

Franciscus de Paula e Comitibus
Balassa de Balassa-Gyarmath
Insign. Ord. St. Steph. R. Ap. Comend.
Excels. Canc. Reg. Illyr. Aul.
Cancellarius Aul. etc.

SCRIPTORES RERUM HUNGARICARUM MINORES

HACTENUS INEDITI, SYNCHRONI, AUT PROXIME COÆVI

QUOS

E CODICIBUS AUTOGRAPHIS, PARTIM ETIAM APOGRAPHIS INTER SE RITE COLLATIS, DESUMTOS ET COLLECTOS.

AUSPICIIS

EMINENTISSIMI S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS, ET S. R. I. PRINCIPIS

JOSEPHI DE BATTHYAN

ARCHIEPISCOPI STRIGONIENSIS ET PRIMATIS.

EX

GRAMMATOPHYLACIO SZÉCHÉNYIANO INSTITUTI DIPLOMATICO-HISTORICI

EDIDIT

MARTINUS GEORGIUS KOVACHICH SENQUICIENSIS.

TOMUS I.

AD

COMITEM FRANCISCUM DE PAULA BALASSA DE BALASSA-GYARMATH.

PRÆMITTITUR

EPISTOLA AD COMITEM GEORGIUM BANFFI TRANSYLVANIÆ GUBERNATOREM.

QUA

DIARIA DE VARIIS REBUS HUNG. INDUSTRIA DIVERSORUM AUTORUM CONSCRIPTA SERIE CHRONOLOGICA PERCENSENTUR.

BUDAE,
TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS MDCCXCVIII.

EXCELLENTISSIMO, AC ILLUSTRISSIMO DOMINO FRANCISCO DE PAULA COMITI BALASSA DE BALASSA-GYARMATH, PERPETUO IN KÉKKEÖ, VÁGH-BESZTERCZE, LIETAVA ET EBERHARD, I. ORD. S. STEPHANI REGIS APOST. COMMENDATORI, S. C. ET R. A. M. CAMERARIO, ACTUALI INTIMO STATUS CONSILIARIO

EXCELLENTISSIME, AC ILLUSTRISSIME
DOMINE COMES!

Prodeunt tandem in lucem TUO *beneficio Scriptores Rerum Hungaricarum Minores, hactenus inediti, singulares quidem materias pertractantes; sed qui multa referunt, nuspiam adhuc vulgata, vel talia saltem, e quibus rationis, modique rerum apud nos gestarum, praesertim vero Status publici plena magis, quam hucdum licebat, cognitio possit hauriri.*

Pridem ego & hanc, & alias huic affines collectiones adornare occeperam, ac vulgaturus etiam fueram, niſi defectu ſumtuum prohibitus fuiſſem, poſtquam tum congerendis undique hiſtoricis ac diplomaticis Monumentis, tum imprimendis multiplicibus lucubrationibus meis, tenues facultates & reditus, quos mihi fortuna pro intenſa licet, ſed honeſta induſtria, ſatis avara manu conceſſerat penitus exhauſi.

Non

Non deerant equidem Mæcenates ac Fautores, qui etiam ære numerato conatus meos literarios ſublevaſſent; neque memini adhuc apud Gentem noſtram ſcripſiſſe aliquem, qui pluribus ſubſidiis pecuniariis privatim adjutus fuiſſet, nullum tamen etiam novi, qui tam exiguis facultatibus propriis pollens ita vela expandiſſet, uti mihi oportere videbatur, ſi tandem magnum aliquid, Gente ac Se-

culo quod vivimus dignum præstandum fuerat. Cur autem rei familiari non parcamus, aut quomodo Privatorum impendia cum de publico & communi sive commodo, sive ornamento agitur, his temporibus continuo imploremus, quibus plerorumque res domesticæ publica calamitate sunt attritæ. Paupertate igitur prohibemur, quo minus altiores in literis, imprimis domesticis progressus faciamus.

Sed

Sed & aliud impedimenti genus eſt, quod haud dixerim, quam parum honori nobis cedat, commercii librarii defefectus, librorum imprimis qui ſeria tractant, aut de rebus domeſticis agunt, lectione neglecta, aut plane ſpreta. Quo fit, ut dum exterorum diligentia, remuneratione non contemnenda, aut incitatur, aut alitur, apud nos vix ullius Operis tot exemplaria divendi poſſint,

quorum pretio typi ſumtus refundantur; nullus proinde librariorum ſit, qui operis cujuspiam editionem cum aliquo Auctoris emolumento ſuis procurandam impendiis ſuſcipiat, & Scriptores ſive boni communis, ſive proprii bonoris ſtudio cogantur ipſi ſuo ære typos exſolvere, aut Mœcenates, qui hoc præſtent precario quærere. Fruſtra plerique domeſtici, & multi exteri Viri docti de

boc

hoc noſtro literarum neglectu queruntur; neque adhuc perſpicio, quousque hoc veterno conſopiti rebus noſtris ita indormitabimus, ut e tanto populi Hungarici, & magno functionariorum publicorum numero vix centeni aliquot inveniantur, qui novos notitiæ rerum domeſticarum fontes avidius delibent.

Neque tamen omnis ſpes excitandorum præſtantiſſimorum ingeniorum apud

pud noſtros Hungaros, nobiliſſimos ſtudii gloriæ igniculos in ſinu foventes, abjicienda eſt, neque exiſtimandum, gentem noſtram ab ingeniorum cultura, quod nobis nonnulli exteri minus civiliter, & per injuriam objectant, prorſus alienam eſſe. Non tam animus, quam occaſio nobis defuit. Multi provinciales promte numerato pretio ſibi libros compararent, ſi eos homines uſuræ, cum dome-

ſtica

stica commoditate conjunctæ adsueti peregre venales exponerent; multi adhuc persuasi sunt, libellis, quos sibi olim obtrusos possident, omnem rerum domesticarum notitiam comprehendi, recentioribus nescio quam perversam doctrinam contineri, & status publici notitia ad arcana falso relata, Cives omnes, salva existimatione, carere, administros vero reip. absque studiorum diligentia sola

quasi

quasi revelatione illa imbui posse. Cujusmodi cogitandi ratio, si magnæ parti alicujus gentis, nescio quo studio, persuadeatur, haud mirum est, quod conatus doctorum virorum voto lentiores progressus faciant.

Laudabiliter igitur TU, *ac* TUI *similes Patriæ nostræ optimates agitis, dum & studia Vestra, & impendia ad has tenebras ocyus dispellendas convertitis,*

gra-

gratoque certe animo gens universa Cives altiore cæteris loco positos suspiciet, ac venerabitur, quorum opibus ac benefaciendi studio rem suam communem utiliter auctam ornatamque in acceptis referendam esse sentiet. Hæc vera est in Societate Civili magnitudo, non iners illa commodorum a republica in se derivatorum fruitio. Celebrabunt vos posteri, dum relinquitis actorum Vestrorum

mo-

monumenta, quæ Vos recte vixisse te-stabuntur.

TU *vero Excellentissime Comes pro-be nosti, quis honos literis tribuendus sit, a quibus unice existimatio post fata perdurans, & immortale nomen expecta-ri potest. Qualem* TE *illæ cum verita-te tradiderint, talem* TE *fuisse posteri credent. Multa in Republica egregie gessisti; de Rege, de Patria, de Civibus*

multa

multa præclare meritus es; nisi etiam de literis bene meritus fuisses, quid TIBI *mutui officii debuissent? debebunt vero postquam illas & delegato officio fovisti, & propriis studiis coluisti, & privatis beneficiis auxisti. Exequentur Eruditi grati animi officia, & omnia facta* TUA, *Tuorumque majorum per sex præterita Secula in Hungaria florentium gesta in clarissima luce ponent. Ego vero a* TE

mul-

multis beneficiis excultus, optimarum literarum, proprioque nomine, primam hanc cohortem Scriptorum minorum. Tuis Subsidiis e tenebris eductam honori TUO *sisto, & novum hoc industriæ meæ atque existimationis de* TE *monumentum nomini* TUO *gratus, volensque inscribo. Budæ die 7. Februarii* 1798.

EXCELLENTIÆ TUÆ

Cultor
M. G. KOVACHICH.

PRÆ-



PRÆFATIO.

Novam Collectionem Scriptorum Rerum Hungaricarum Minorum vulgaturus paulo fusius de ea in vestibulo statim hujus Tomi I. more meo præfari constitui, ut universum Institutum ejus luculenter exponerem, ac deinde in singulis, qui sequentur, Tomis, tanto brevior esse possem,

De Scriptoribus, quos profero, parum præfabor, cum ipsa eorum Opuscula minuta sint, ne si exemplo illorum, qui aliena edunt, Autorum Biographias, & Encomia, de Scriptis eorum Judicia, aliasque notitias historico-literarias, quæ in Bibliographia tractari solent, de singulis proferrem, hæc tantum efficiant, quantum scripta eorum hic vulgata. Contentus ero, seriem duntaxat opusculorum, quæ singulis Tomis comprehendentur, cum adnotatione locorum, unde sin-

gula desumta sunt, & paucis observationibus Præfationi subjungere.

Primum quod hic exponendum esse video, est: ut limites hujus collectionis rite definiam, atque ab aliarum, quas itidem adorno historicarum collectionum finibus discernam, deinde vero rationes declarem, quibus in eadem adornanda versari constitui, demum ea moneam, quæ de similibus conatibus meis Lectores scire desidero.

Complectar nimirum ista collectione *Scripta breviora* ad *Historiam Hungariæ* late quidem, proprie tamen sumtam pertinentia a Topographia, & Biographia usque ad Historiam Literariam & singularia objecta extensa, quæ ad Loca, personas, acta, gesta, eventusque referri, ac paucis comprehendi possunt, & quorum notitia narratione, ac descriptione ad posterorum memoriam transmitti solet,

Habebunt igitur in ea locum, primum *Acta publica*, Historiam duntaxat Actorum, gestorum, tractatorum referentia, uti sunt Relationes de Legationibus, Commissionibus, & similibus tra-

ctati-

ctatibus publicis ex officio quidem, & authoritate publica per homines plerumque ad Corpus Diplomaticum pertinentes factæ, & hoc nomine inter Monumenta Diplomatica censendæ; nobilissima tamen monumentorum Historicorum Species, si gestorum seriem cum notis temporum percenseant, deinde *Epistolæ* quamvis in Encyclopædia peculiarem classem constituant, si tamen Historiam quampiam particularem integram complectantur, inter opuscula Scriptorum minorum referentur. Tum *Historiæ Actorum*, & *Eventuum Singularium Personarum*, *Locorum*, aut *breviorum temporis periodorum*; denique *Chronologia*, & similia privatorum Auctorum Scripta.

In his omnibus requiritur Primum: ut *compendio deducta* sint, nam si hujusmodi etiam singularium objectorum Historia nimis difuse pertractata esset, uti quorumdam Conventuum Diaria, personarum vita &c. justum suapte volumen efficientia, inter *Scriptores minores* locum habere non possent. Tum ut adhuc *inedita* sint, cum typis jam aliquando vulgata peculiari collectioni referventur. Si tamen mihi nec Bibliotheca, nec aliis Historiæ literariæ subsidiis, nec otio ad penitissime investigandum, an, & ubi singula minuta ty-

pis expreſſa fuerint, ſufficienter proviſo, aliquid uspiam alias jam, quod ignorarem, editum, ſubrcperet, quod hoc loco tamquam ineditum adhuc, vulgarem; veniam, ut confido, apud eruditos conſequar. Deinde ut *Synchrona* vel *proxime coæva* ſint; ſcripta enim poſteriorum de rebus pridem præteritis etiamſi, ut plerumque fit; longe accuratius eruderatam hiſtoriam referant, velut commentarii duntaxat fide antiquorum monumentorum nixi, ad claſſem Scriptorum, & fontium referri non poſſunt. Scriptores recentiores præteriti, & præſentis Seculi, cum acta, & eventus referant, quæ in recenti hominum memoria eſſe videntur, cenſeret forte aliquis inter fontes referendos non eſſe; ſi tamen compilationes non ſint, ſed juſtæ, ac originales narrationes, tanto majori etiam jure huc referri poſſunt, quo major eſt notitiæ proxime præteriti, ac recentioris Reip. Status, & eventuum neceſſitas, quo geſta minus ſincere memoria tenentur, & quo magis etiam poſteritatis habendam eſſe rationem, illa ipſa nos admonet, quam in majoribus deſideramus conſervandæ præteritorum memoriæ cura. Viventium tamen Eruditorum ſingularia hujusmodi Opuſcula minora etiamſi omnibus, qui, ut præmiſſum eſt, deſiderantur, numeris abſoluta

eſſent

essent, locum in ista collectione non habebunt, tum quod hæc præcipue monumentis similibus ab interitu vindicandis servire debet, cui viventes adhuc Auctores ipsi obviam ire possunt, tum vero quod minoribus eorum opusculis inter Acta Eruditorum Instituti Diplomatico-Historici peculiari collectione vulganda pro merito locum dare volumus.

Cum Historia Naturalis quatenus producta naturæ in Regnis Animali, Vegetabili, ac Minerali aut alia quæcunque phænomena physice solum considerat, extra limites Civilis Historiæ posita sit, si quæ hujus argumenti opuscula inedita sese nobis offerrent, etiamsi directe ad Hungariam referrentur, quemadmodum nummorum etiam Hungaricorum descriptiones, nisi quopiam alio præterea titulo sese commendarent, ad hancce collectionem non adoptabimus. Aliorum tamen antiquitatis monumentorum præsertim si ad Geographiam, vel aliam Civilis Historiæ Hung. partem referri possint, descriptionibus locum dabimus.

Nonnulli Scriptores ita comparati sunt, ut eos habita Status Reipublicæ ratione vulgari non quolibet tempore expediat, verum alteri ætati

reſervandi ſint, ſimilibus eorum ſcriptis ego in hac mea collectione locum dare non poſſum.

Sunt quædam monumenta, quæ proprie inter Scriptores referri non poſſunt, fontes tamen Hiſtoriarum, aut ſaltem unica ſunt, ex quibus certæ notiones hiſtoricæ deſummi poſſunt, quæ ne poſteritati penitus ſubtrahantur, ubi occurrerint ſingulis Tomis in Appendice ſubjicientur.

Equidem ſemper ita comparatus fui, ut in collectionibus ſcriptorum exiſtimarem habendam eſſe rationem diverſitatis linguarum, quibus ſcripti ſunt, neque has temere eſſe miſcendas, ſed ita ſaltem ſeparandas, ut eadem lingua ſcripta ſi non in diverſa collectione, ſaltem in diſtinctis Tomis conveniant, quod quidem in Opuſculis Latina, Germanica & Hungarica lingua ſcriptis, quamvis paucos in Hungaria Eruditos eſſe ſciam, qui harum linguarum gnari non eſſent, quoniam complura juſta volumina effectura occurrunt, ego quoque obſervare, aliis vero linguis, cum pauciora ſint, ſcripta opuſcula mixtim cum latinis vulgare conſtitui.

In

In edendis Scriptoribus decrevi simplicitate, qua maxima possem, uti, cum scriptores minores nullum inter se alium, quam quod ad Historiam Hungariæ pertineant, affinitatis nexum habeant in illis disponendis Chronologicum duntaxat rerum tractatarum ordinem singulis Tomis absolvendum delegi, Titulos in Exemplaribus, quæ nactus sum, repertos retinui, ubi nullos deprehendi, proprio ingenio, quos aptos putabam præfixi, Textum probatorum exemplarium religiose quidem expressi, ita tamen, ut superstitionem esse putarem, si manifestos in vocibus detortis, vel truncatis calami errores, etiamsi in Autographis occurrerent, non emendarem; aut lectiones variantes proferrem, Notas, Animadversiones, & Reflexiones aut nullas, aut rarissimas textui adspergam, ab aliis tamen additas aut in Exemplaribus repertas retinebo. Est hæc diligentia in textu Sacræ Scripturæ, legum, aut veterum Classicorum Scriptorum utilis, & minime supervacua, in scriptis tamen minoris census ab ætate nostra haud magno intervallo retrusis philologica hujusmodi in verbis, & apicibus superstitio levis, ac prope ridicula esse videtur. Cur enim repertis tot ad illustranda præterita tempora monumentis, ex quorum collatione attentus lector,

& obſcura intelligere, & erronea advertere ſine notis ipſe poteſt, textum juſto majori ſolertia explicando alioquin breve, quod mihi ſupereſt, tempus, aliis lucubrationibus, & collectionibus utilius impendendum, perdam. Poſt ſingulos tamen XII. Tomos ſequentur Indices in eosdem uno peculiari Volumine comprehendendi, qui uſum collectionis faciliorem reddent.

Dum hunc iſtius Collectionis *Tomum I.* inſcribo, & in ſingulos XII. Tomos Indices promitto, ſuapte patet, me multos Scriptores ad eam pertinentes in promtu habere, illamque pluribus Tomis (quorum nullus typis expreſſus, multum infra, vel ultra 30 Phyleras continebit) quin tamen eorum numerum, aut quo ſinguli prodituri ſint, tempus adhuc definire poſſim, continuare decreviſſe, quod & præſtiturus ſum, quamdiu vita, vires, ac facultates ſuppetent, & in detegendis hujusmodi monumentis fortuna, vel ſtudioſi Rerum domeſticarum amici faverint. Hos majorem in modum rogandos habeo, ut viſo iſto initio, ac ſpecimine, ubi ſemet Archiva, Bibliothecas, aut ſingularia hic, atque ibi ſparſa manuſcripta luſtrandi ſponte, aut quæſita obtulerit occaſio, attentius hujusmodi inedita monumenta

hiſto-

historica vestigare, atque reperta accurate describi curare, & mecum communicare, aut me saltem de illis edocere velint, facturi rem, & mihi gratissimam, & Patriæ sibique ipsis honorificam, atque utilem, quibus ego, & sumtus in id erogandos prompte rependam, & meritum in præfationibus candide adscribam, quominus tamen etiam honorariis ad promovendum hocce Patriæ ornamentum aliquos provocem, prohibet me bona de singulis Concivibus meis existimatio quorum nullum tam turpiter lucri cupidum fore credo, ut Patriæ decori nonnisi mercenariam operam locare velit.

Possunt nihilominus etiam opinione citius intervenire causæ, quæ me a continuanda collectione ista prohibeant, quo casu ego quidem semper aliquos futuros esse puto, qui hanc, quam orsus sum, telam pertexant, optarem tamen illos eandem mecum in editione rationem sequi, & non novam Tomorum seriem ordiri, sed hanc ubi ego desiero, prosequi, ne multis, & minutis collectionibus ejusdem generis gravemur, & citationum difficultas augeatur. Cum & ad Gentis magnitudinem pertineat, magnis, & illustribus operibus esse provisam.

Pate-

Patebit aliquando Posteris tam e lucubrationibus quam collectionibus meis luculenter, me licet uni fere loco adstrictum, & a diuturnis, ac longis peregrinationibus non minus facultatum defectu, quam muneris officiis prohibitum, in vestigandis tamen diplomaticis, & historicis Patriæ nostræ, quæ uspiam e præteritis, aut præsenti seculis superessent monumentis ea felicitate versatum esse, ut autem nemini, post me forte paucis tanta, aliis omnibus hactenus ignota, detegendi fortuna obtingeret, hæc mihi favit, ut quæ alii pro deperditis habebant, ego pluribus in locis reperirem (*a*), quæ manca, & discerpta diversis locis membratim disper-

sa

(*a*) Ut e multis pauca nominem, Sigismundi Regis Hung. Regestum super modo exercituandi, cujus memoriam debilia solum vestigia retinebant, e gemino Cod. MS. desumpsi Suplemento ad vestigia Comitiorum inserendum. Vetusta Statuta VII. liberarum Civitatum quorum vix ulla consignata exstabat memoria e gemino itidem in Transylvania, & Hungaria reperto Codice MS. in Codicem Juris Tavernicalis inseram Joan. Decii Barovii Decadem X. inter fragmenta Scriptorum proferam.

ſa eſſent, ſuæ integritati reſtituerem (*b*), quorum pauca hactenus nota erant, eorum integram, & fere continuam ſeriem colligerem (*c*), permulta Authentica Originalia, Authographa, vel ſaltem coæva propriis manibus tractarem, ac plurimorum veſtigia illuſtrarem (*d*). Poteram igitur, uti

---

(*b*) Ars Notarialis, complectens praxim juris Hung. ſub Luduvico I. ſcripta in gemino Codice MS. Biblioth- Cæſ. diverſis in Claſſibus membratim diſperſa a me primum detecta, non quidem integritatem, augmentum tamen mihi debebit, & inter monumenta Antiquitatum Jurisprud. Hung. potiſſimum practicæ Ante-Verböczianæ prodibit. Samuelis Timon Annales in Autographo mancos ex alio Codice, alio loco reperto redintegratos, inter Scriptores Rerum Hung. majores vulgabo.

(*c*) Codices collecta Decreta Regum Hung. Comitialia complectentes ante editionem primam Moſſóczianam manu exaratos vicenis plures hiſce manibus verſavi, & in Subſidiis ad Hiſtoriam Legislationis recenſebo, Regales literas pro plerisque Comitiis convocatorias, prorogatorias, aut acceleratorias collegi, & edidi, Decreta Comitialia, quorum textu caruimus, protuli.

(*d*) Uti plerorumque Decretorum Comitialium exempla Authentica.

uti vel hoc primum iſtius collectionis ſpecimen oſtendit, multa ex Originalibus, & Authenticis, pleraque ex Autographis, aut certe vetuſtis, & coævis ſubinde pluribus Apographis inter ſe collatis ſumma fide, atque accuratione deſummere, & cum loca & fontes religioſe ubique indicaverim, debebam utique eadem fide lectoribus quoque ſingula exhibere.

Hac felicitate uſus jam dudum ad adornandas varias Monumentorum Diplomaticorum, & Hiſtoricorum illuſtrandis rebus Domeſticis deſervientium collectiones animum adjeceram, neque pænitendos progreſſus in illis cumprimis feci, inquibus præcipuum defectum ſentiebamus; ut enim alia ſilentio prætercam ſola monumenta hiſtorica, alia congeſta, alia deſignata in ſequentes claſſes totidem diverſis collectionibus ſucceſſive vulganda, diſtributa habeo.

Scriptores rerum Hungaricarum inediti majores Synchroni, aut proxime coævi, potiſſimum, qui Annales ſui temporis deduxerunt, ordine Chronologico ita diſpoſiti, ut in qua ætate alter deſiit, ab eadem alter Hiſtoriam ſuam ordiatur.

Quo-

Quorum Collectio aliquot Volumina effectura eadem forma folii, qua Schwandtnerus orsus est, sive in continuationem, sive in Supplementum ejusdem, ubi tempora faverint, typis exprimenda jam apparata est.

Fragmenta Scriptorum Rerum Hungaricarum, quorum opera deperdita, vel non integra ad nos transmissa esse credebantur.

Quæ hactenus collegi uno itidem forma folii exprimendo Volumine vix comprehendentur, nisi quædam bona fortuna redintegranda ad ante memoratam collectionem transferre potuero.

Opuscula fugientia, sive collectio breviorum Tractatuum, Commentationum, ac Dissertationum Res Hungaricas potissimum Historiam omnigenam illustrantium, quæ sparsim, seorsimque edita rariora, & emtu difficiliora evaserunt.

Analecta monumentorum Historicorum ad illustrandas Res Hungaricas facientium, quæ in exterorum Operibus sparsim edita ibi minime quærerentur.

Monu-

Monumenta Hiſtorica inedita ad Jus publicum, & notitiam Status Reipub. Hung. facientia.

Scriptores Rerum Hungaricarum omnis ætatis ordine temporum, quæ pertractarunt, diſpoſiti.

Et plures hujusmodi collectionum claſſes aliquando ex Inſtituto Diplomatico-Hiſtorico adornandas & typis vulgandas, quæ in *Grammathophilacio Szechényano* omnes proſtabunt.

Sed erunt fortaſſe adhuc inter noſtrates aliqui, non quod ita ſentiant, ſed quod quacunque de cauſa ſic palam loquendum putent, qui dicant hujusmodi conatus literarios ad eos duntaxat pertinere, qui ad id vocati profeſſa opera literas conſectantur, mihi ab omni eruditionis profeſſione remoto honeſtam quidem literarum delectationem concedendam, hanc tamen in tantis conatibus cum officii mei genere haud quaquam conjunctis intemperantiam vix ignoſcendam eſſe. Scriptores deinde, ita porro ajent, præteritorum Seculorum Hiſtoriam neque Judicio, neque Stilo ſatis expolito literis mandaſſe, neque videri, quæ tanta ſit eorum colligendorum, & vulgandorum ſiue neceſſitas, ſive etiam utilitas. His ego reſpon-

ſpondebo, me nullis ab hac induſtria legibus prohiberi, quæ nulli vitæ generi excluſivo, ut dici ſolet, privilegio conceſſa eſt, exterorum autem exemplis, nec domi prorſus nullis ad id provocari; eruditi vero ſive nomen, ſive profeſſionem tanto minus ambio, quominus ad eam ſive otii ſive occaſionis, ſive facultatum, ſive ab utilitate provenientis etiam incitamenti me habere ſentio, quorum conſcientia *collectoris*, & *compilatoris* duntaxat officio, plus aliis utili, quam mihi glorioſo perfungi contentus, quid de Scriptoribus præſertim Patriæ noſtræ hiſtoricis ipſe ſentiam alio etiam loco profeſſus ſum. Eos ſine monumentorum diplomaticorum auxilio ad exactam, & claram Rerum domeſticarum notitiam Civili prudentiæ neceſſariam nequaquam ſufficere, ut qui plus ſtili, raro tamen feliciter, quam delectus rerum, & adjunctorum Studioſi plerumque tempora, & loca curatius adnotare, & nexum geſtorum, Eventuumque cum cauſis obſerxare neglexiſſent. Cum tamen nec ita obſcuro, uti Leges XII. Tabb. nec ita barbaro ſtilo ſcripſerint, uti Autores medii ævi; cum præterea plurima contineant, quæ in monumentis Diplomaticis nuſpiam occurrunt, cum illis conjuncta rebus geſtis plurimum lucis affundant, non modo legi ſine offen-

ſione

ſione utcunque poſſunt, ſed & ad illuſtrandas res domeſticas velut fontes non ſolum utiles, verum etiam neceſſarii deſerviant, adeoque minime indigni cenſendi ſunt, qui in lucem publicam protrahantur.

Collectiones autem in Hiſtoricis cumprimis, ac diplomaticis ſemper ſingularibus editionibus præfero, quod illæ fontes, ac ſubſidia multa ſimul offerant, quin laborioſe ſingula conquirere oporteat, etſi bonis indicibus provideantur, facilem eorum uſum præſtent; accedit, quod in collectionibus minuta etiam, magni tamen ſæpe momenti locum habeant, & ab interitu, cui ſuapte obnoxia ſunt, facilius conſerventur, & cum præterea veluti plura ſimul varietate quoque ſemet commendent, Eruditis quidem uſui, aliis honeſti otii oblectamento, omnibus vero lecturis alicui utilitati deſerviunt. Notum eſt Viris doctis quanta incommoda defectu collectionum imprimis lucubrantes experiantur.

Siquis alter apud nos, ego certe poſitis, quantum licuit præconceptis opinionibus diligenter circumſpicio quid nobis ad ſinceram, & plenam noſtri ipſorum cognitionem hactenus deſit,

&

& quamvis amplissimum desideratorum campum adhuc propemodum incultum, aut saltem melioris culturæ capacem video, persuasus tamen sum, permulta, quæ alii olim advertent, meam attentionem adhuc fugere, atque inde facile quisque metietur, me collectionibus meis, quantæcunque illæ sint, & plurima a me licet primum detecta contineant, excessivum adeo pretium tribuere non posse, ut me putem Patriæ, nescio quid magni præstitisse, aut plane omnia, quæ aliorum industriam serotinam redderent exhausisse. Justa profecto etiam, quam a prudentioribus quibusque spero, siquid hactenus præstiti, meriti laude indignum me redderem, si opinionem illam, quæ complures ignorantes occupavit, meo calculo probarem, quasi jam omnia eliquata, & in luce posita haberemus, quo alii deinceps remissius in promovenda rerum domesticarum notitia versentur.

Sed dum nos ab interitu vindicandis vetustatis monumentis, & eruderandæ sinceræ præteri-

teritorum feculorum notitiæ tanta induftria infudantes, nullis quidem fumtibus quoque parcimus, jure quodam a Civibus noftris, qui feu in partem publicæ Adminiftrationis vocati fint, feu vocari fe poffe exiftiment expectamus; ut vigiliis noftris in fuam neceffitatem, in commune bonum utantur, ut fimilia monumenta legant; & inde notitias ftatui fuo neceffarias avidius hauriant. ac fua quoque ex parte ad provehenda ifta ftudia aliquid fubfidii contribuant, neque ex avaritia, quod nonnulli faciunt, ab emendis fibi neceffariarum notionum fontibus, & auxiliis abftineant, ne in rebus aliis profufi, turpi parfimonia ignorantiam, & rerum domefticarum neglectum alere videantur, quem nobis exteri adhuc exeunte Seculo XVIII. ita improbant, ut illis non trita toties excufationum verba, fed efficax in literis, difciplinis, ac fcientiis omnibus, atque domefticarum imprimis rerum cognitione Studium in moribus, & civilitate profectum, in omnigena induftria effectum, ætate hac noftra dignum, quibus etiam cum illis in comparationem venire poffimus,

oppo-

opponere jam tandem oporteat, qui si adeo de nostri cultura solliciti sunt, eam nos tanto magis ipsos curare decet, cur enim, si lucubrationes nostræ non legerentur, vigiliis emaciemur.

Budæ in Grammatophylacio Széchényiano Instituti Diplomatico-Historici. Die 15. Decembris Anno 1797.

MARTINUS GEORGIUS KOVÁCHICH
Senquiciensis m. pr.



SERIES
CHRONOLOGICA SCRIPTORUM
HOC
TOMO I.
COLLECTIONIS CONTENTORUM.

I. Anonymi Series Regum Hungariæ, a primo ingressu Hungarorum in Pannoniam Anno Christi 200. usque ad Mathiam Corvinum A. C. 1490. pag. 1.

Desumta ex Apographo Cornidessiano Bibliothecæ Telekianæ Cod. VV. p. 63. in 4. ubi eidem præfigitur Epigraphe Autographum indicans. Extrait de MSS. latins de la Bibliotheque du Roi N. 5941. A.

II.

II. Ephemerides ex Veteri MS. Tabularii Cæſarei Autoris coævi ab A. C. 1368. usque A. C. 1457. pag. 11.

Deſumptæ ex Apographo Cornideſiano Bibliothecæ Telekianæ Cod. VV. p. 44. in 4.

III. Memoriale Rerum ante tempora ætatis noſtræ eventarum e MS. Seculi XVI. ab A. C. 1438. usque A. C. 1559. p. 14.

Deſumptum ex Apographo Cornideſiano Bibliothethecæ Telekianæ Cod. VV. p. 49. in 4.

IV. De Prælio ae Mohàts A. C. 1526. Nota *Sambuci* p. 27.

Ex Codice. MS. Cæſ. Hiſt. Prof. CXCI. fol. 4. p. 1. qui miſcellanea Sambuci manu ſcripta continet.

V. *Franciſci Zay* de Scepuſienſis belli initio & præludio A. C. 1560. p. 29.

Ex Cod. MS. Biblioth. Cæſ. Hiſt. Prof. CXCI. fol. 4. p. 2. qui miſcellanea manu Sambuci Scripta continet.

VI. Origo Ottonis Ducis ex Matre, Autore Anonymo circa A. C. 1479. p. 30.

Ex Cod. MS. Biblioth. Cæſ. Hiſt. Prof. DCCVIII. fol. 155. cum monito Adami Franciſci Kollár.

VII. Geneologiæ Dominæ Annæ Aviæ Cæſaris Maximiliani II. ſuccincta narratio. Autore Joan. Sambuco A. 1573. Kal. Sextil. p. 31.

Ex Cod. MS. Biblioth. Cæſ. Hiſt. Prof. CXCI. fol. 25. p. 1. qui miſcellanea Sambuci manu ſcripta continet, cum monito Ad. Fran. Kollar.

VIII. Geneologia illuſtrium familiarum d. Albret, Foix, & Candelles ſub Ferdinando I. Rege Hung. ſcripta p. 33.

Ex Cod. MS. Biblioth. Cæſ. Hiſt. Prof. DC. fol. 1. cum monito Adami Franciſci Kollar.

IX. Geneſis filiorum Sereniſſimi Regis Ferdinandi, Rom. Hung. Bohemiæ &c. Domini mei Clementiſſimi ex Sereniſſima Anna Regina natorum Authore *Nicolao Olaho*. A. C. 1549. ſcripta p. 41.

Ex Cod. MS. Bibl. Cæſ. Hiſt. Prof. CXCI. fol. 22. p. 2. qui miſcellanea Sambuci manuſcripta continet, hic vero indiculus Olahi

manu-

manu ſcriptus eſt ; cum monito Adami Franciſci Kollár.

X. De Maximiliani I. in Hungaria electione *Nota Sambuci* cum monito Adami Franciſci Kollár. p. 43.

XI. De Origine Odii Joannis Vaydæ *Nota Sambuci* cum monito Adami Franciſci Kollár. p. 44.

Ex Cod. MS. Biblioth. Cæſ. Hiſt. Prof. CXCI. fol. 18. p. 1. qui miſcellanea manu Sambuci ſcripta continet, eſt autem ſcriptura Sambuci lectu difficillima.

Nota : Hæc præcedentia VIII. monumenta deſumſi ex Apographo Cod. Bibliothecæ Széchenyianæ continente Hiſtorico-Geneologico-Geographica T. I. pag. 9. 13. 17. 21. 145. 149. 157. 169. in 4. Eſt autem Tomus hic e MSS. Feſtetichianis, illa ex Kollarianis, hæc ex Autographis Cæſareis deſumpta.

XII. Mors Joannis Cociani. Vera nimirum narratio cur fuerit occiſus A. C. 1534. p. 45.

Ex Cod. MS. Dipl. Hiſtorico Bibliothecæ Sze-

Utrum-

Utrumque ex Protocolo expeditionum Consilii Locumt. sub Ferdinando I.

XVIII. Ephemerides quas *Nicolaus Olahus* in Ephemeridibus Astronomicis Petri Pitati Veronensis A. 1552. impressis suamet manu adnotavit ab A. C. 1552. usque A. C. 1559. p. 92.

Ex Apographo Cornidesiano Bibliothecæ Telekianæ Cod. V. V. p. 114. in 4.

XIX. *Pauli de Gregoriancz* Episcopi Jaurinensis Mnemosinon sive Prælati, & Barones cum Officiis & Residentiis ætate nostra, nimirum A. C. 1558. p. 98.

Ex Cod. MS. Dipl. Hist. Biblioth. Széchényianæ olim Nicolai Istvanffy. pag. 305. Autographum indubie erit in collectione Decretorum Comitialium, I. Regni Hung. opera ejusdem Pauli de Gregoriancz adornata circa hunc, ut apparet, Annum 1558. quam tamen nuspiam hactenus deprehendi, nisi sit Codex Nadasdianus in Bibliotheca R. Universitatis Hung. Pestini, quod mihi verisimillimum est, & alibi uberius deducam. Ex eo deinde in diversos Codd. MSS.

Decre-

Decretorum dimanavit, utpote, quantum ipſe reperi, in eodem Codice Nadasdiano fol. 518. in Codice Beytheano-Eſzterháziano minori fol. 170.

XX. *Sigismundi Thorda* Ephemerides, quas Ephemeridibus Nicolai Simi Mathematici Bononienſis A. C. 1554. Venetiis impreſſis ſua manu inſcripſit. p. 112.

Ex Exemplari Biblioth. Collegii Poſonien. ſub Litera M. N. 26. & Apographo Cornideſiano Bibliothecæ Telekianæ Cod. VV. pag. 103. in 4.

XXI. Vita D. Palatini Thomæ de Nadasd Autore Gabriele Zentgiurgy Secretario ejusdem cum notis Nicolai Iſtvanffy. p. 128.

Ex Cod. MS. Dipl. Hiſt. Biblioth. Széchényianæ olim Nicolai Iſtvanffy. pag. 377.

XXII. Coronatio Regis Maximiliani Anno 1563. p. 137.

Ex Autographo Archivi Civitatis Bartphenſis.

XXIII. Nomina Prælatorum & Magnatum Regni Hungariæ, qui Sacratiſſimi Imp. Maximiliani

Regis

Regis Hungariæ felici conronationi interfuerunt Posonii Anno 1563. d. 8. Mensis Sept. p. 146.

Ex Chartophylacio Verantiano - Draganichiano jam Grammatophylacii Széchényiani.

XXIV. Diarium Legationis nomine Maximiliani II. Imp. & Regis per Ant Verantium, Albertum de Wyss, & Christophorum a Teuffenpach ejusdem Oratores ad Portam Ottomanicam susceptæ A. C. 1567. Autore *Ant. Verantio.* p. 149.

Ex Autographo Chartophilacii Draganichiani, jam Széchényiano.

XXV. Brevis Descriptio cursus vitæ Benedicti Zercheky Secretarii Cancellariæ Regiæ sub Ferdinando I. & Nicol. Olaho manu ipsius conscripta circa A. 1568. p. 154.

Ex Stylo Cancellariæ Ferd. Regis ab eodem Zercheky compilato & Nicol. Olaho dicato inter MSS. Biblioth. Jos. Card. de Batthyan. fol. 944. a.

XXVI. *Nicolai Istvánffy* vita Autoris Francisci Forgách Episcopi Varadien. p. 155.

Ex Autographo MS. Codice Biblioth. Szécsényianæ olim Nicolai Istvánffy.

XXVII.

Ex

Ex Scheda coæva, & Apographo Cornidesiano, Biblioth. Telekianæ Cod. VV. p. 47. in 4.

XXXII. Diarium Conventus Regnicolarum Posonium A. 1608. in mensem Januarium Autoritate Regia indicti, ac dein interrupti per Ablegatum Civitatis Soproniensis a die 9. Jan. usque diem 3. Februarii deductum. pag. 211.

Ex Autographo Archivi Civitatis Soproniensis.

XXXIII. Relatio Antonii Nigroni a Sua Majestate Constantinopolim missi Anno 1613. p. 245.

Ex Copia MS. Jankovichiano Aczéliani.

XXIV. Relatio Legationis D. Georgii Hoszszutóthy, qua ad Principem Transylvaniæ Gabrielem Bethlen functus est. p. 277.

Ex MSS. cornidesianis.

XXXV. Relatio Legationis Romanæ, quam obiit Cardinalis Petrus Pazman jussu Suæ Cæsareæ Majestatis apud Suam Sanctitatem Urbanum PP. VIII. Anno 1632. p. 287.

Ex MS. Cod. Bibliothecæ Hedervariensis C. M. Viczay Acta ejusdem legationis referente.

XXXVII.

potiſſi-


potiſſimum e ſententia Verböczii ſubjiciatur, licet nec Biographiæ Regum, Decretis eorum jam a Zacharia Moſſoczio editis ſerius præfixæ, quarum Autorem nondum noſcimus, ab his magnopere diſcrepent, viſum tamen eſt hoc quoque monumentum hiſtoricum Anni 1552. hoc loco referre, cum expediat cognitionem rerum majoris momenti, quantum fieri poteſt, ad ipſam earum geneſim protendere.

APPENDIX

HUJUS TOMI I.

XLI. Curæ, & nimiæ ſollicitudinis invictiſſimi Mathiæ Regis Hung. &c. de ſucceſſione Illuſtris Ducis Joannis Corvini filii naturalis Exemplar, & imago, ſeu Inſtructio privata pro Præpoſito Poſonienſi ad Illuſtrem D. Ducem Calabriæ. p. 341.

Ex Apographo Chartophilacii Verantiano-Draganichiani in Grammatophylacio Széchényiano.



SCRI-

MARTINI GEORGII KOVACHICH

SENQUICIENSIS

SCRIPTORES RERUM HUNGARICARUM MINORES

INEDITI

TOMUS I.



SCRIPTORES
RERUM HUNGARICARUM
MINORES INEDITI.

I.

Anonymi Series Regum Hungarriæ a primo ingressu Hungarorum in Pannoniam A. C. 200. usque ad Mathiam I. Corvinum A. C. 1490.

Primus Ingressus Hungarorum ex Scythia in Daciam & Pannoniam sub Ductu sex Capitaneorum. Primus fuit A.D. 200. Nomina Capitaneorum: Primus fuit Ethele, secundus fuit Rebue, tertius fuit Buda, quartus fuit similiter Rebue, quintus vero fuit Ala, sextus vero fuit Radica. Anno Domini quadringentesimo quinto Attyla electus fuit in Regem Hungarorum, & idem habuit duos filios, puta Aladar & Chaba, Aladar — primogenitus filius Regis Athylæ post obitum Patris sui exivit de Pannonia & rediit in Scythiam. Regnavit autem Rex Athyla annis quadraginta quatuor, & vixit annis centum & viginti quinque. Secundus Ingressus Hungarorum de Scythia in Daciam & Pannoniam sub ductu septem Capita-

pitaneorum, anno Domini Septingentesimo quinquagesimo septimo. Nomina Capitaneorum, primus Arpad filius Almus, secundus fuit Zoboldii, tertius fuit Gyula, quartus fuit Daouem, quintus fuit Leel, sextus fuit Verbuchus, septimus fuit Evvre.

Iste Dux Arpad filius Almus, qui Almus fuit filius Elud, qui fuit filius Od, qui fuit filius Edemen, qui fuit filius Chaba filii Athylæ Regis, hic Arpad genuit Zolthan, Dux Zolthan genuit Chopon, Dux Chopon genuit Geiisam, & Michaelem, Michael genuit Ladislaum Calvum, & Vagul, Ladislaus autem Calvus genuit tres filios scilicet, Andream, Abbum, Belam & Leventham.

Iste Dux Geiisa primogenitus Ducis Chopon genuit Sanctum Regem Stephanum ex Sarolth filia Giilæ. Hic Geiisa primus inter Hungaros Christianus factus est, baptizatus fuisse dicitur a Beato Adalberto Episcopo Wiatizlatensi

De Coronatione Sancti primi regis Stephani,

Christianus autem Rex Stephanus filius Geiisæ Ducis, primus Rex Hungarorum coronatus est anno Domini millesimo primo, hujus filius fuit Sanctus Dux Emericus, decessit ante patrem in Virginitate.

Regnavit autem Sanctus Rex Stephanus annis quadraginta & sex, obiit in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis & sepultus est Albæ in Basilica, quam ipse fundavit ad honorem Beatæ Mariæ semper Virginis.

Post Sanctum Regem Stephanum regnavit Rex Petrus Alemannus, qui regnauit annis Sex, expulsus & occisus fuit prope Albam in Villa Zamor anno Domini millesimo quinquagesimo quinto, & sepul-

pultum eſt corpus eius in Quinque-Eccleſiis, in Eccleſia quam ipſe fundavit anno tertio Regni ſui.

Expulſo Petro Rege, Alba in Regem coronatus regnavit tribus annis, expulſus & interſectus prope Villam Alba nomine, penes Ciſciam anno Domini milleſimo quinquageſimo octavo, & ſepultus in ſuo Monaſterio Saar, quod ipſe fundavit.

Occiſo Rege Alba coronatus eſt Rex Andreas Albas filius Ladislai Calvi, qui coronatus eſt anno Domini milleſimo quadrageſimo ſeptimo, deduxit ſibi Rex Andreas Albus in uxorem, filiam Ducis Ruthenorum: a qua annis quindecim mortuus eſt in Villa Siroch, anno Domini milleſimo ſexageſimo nono, ſepultus eſt in Chyhon in Monaſterio Sancti Aniani quod ipſe fundavit.

Mortuo Rege Andrea, coronatus eſt Rex Bela Belim frater Andreæ Albi, filius Ladislai Calvi, & genuit in Polonibus duos filios ſcilicet Geiiſam, & evatum Regem Ladislaum, in Hungaria vero genuit Lampertum. Poſtquam enim Sanctus Rex Stephanus convertit Hungariam ad Chriſtum, bis in Paganismum verſa eſt, primo tempore Regis Andreæ Albi, ſecundo vero tempore Regis Albæ Belyn, ſicut nunc ſcriptum eſt.

Regnavit autem piiſſimus Rex tribus annis, obiit autem anno Domini milleſimo, ſeptuageſimo primo, ſepultus eſt in Monaſterio Rancti Salvatoris, quod ipſe conſtruxerat in loco, qui dicitur Zugzaro.

Poſt Regem Belam Belin coronatus fuit Rex Salomon filius Andreæ Albi, qui regnavit annis undecim, & habuit in uxorem filiam imperatoris Theutonicorum nomine Sophiam, ſed fuit ſine prole. Expulſus fuit de Regno Hungariæ, fugit Theutoniam, ubi migravit ad Dominum de anno ignoramus, &

ſepultus eſt Poleæ in Civitate Hyſtriæ, uxor autem & mater ejus in Agmund requieſcunt.

Poſt Regem Salomonem regnavit Rex Geiiſsa primus Regis Belæ Beliin.

Regnavit autem Rex Geiiſsa tribus annis & genuit duos filios ſcilicet Colomanum & Almum, erat autem fide Catholicus devotiſſimus, & chriſtianiſſimus Princeps, obiit anno Domini milleſimo octvageſimo, & Waciæ tumulatur in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis, quam ipſe fundavit et dotavit.

Poſt mortem Regis Geiiſsæ coronatus eſt Sanctus Rex Ladislaus filius Regis Belæ Beliin & regnavit decem & novem annis, & menſibus tribus, & fuit ſine hærede, migravit ad Chriſtum anno Domini milleſimo nonageſimo quinto, Kalendas Auguſti feria prima, cujus Corpus Waradini devotiſſime veneratur.

Poſt mortem Sancti Regis Ladislai coronatus eſt Sanctus Rex Colomanus filius Regis Geiiſæ primi: Hic Rex Colomanus prius fuit Epiſcopus Wardinenſis, ſed quia fratres, quos habebat, morte ſunt præventi, ideo Summo Pontifice cum eo diſpenſante regnare compellitur. Regnavit autem Rex Colomanus annis decem & octo, & menſibus ſex & diebus quinque, & genuit duos filios, ſcilicet, Ladislaum & Stephanum. Migravit ad Dominum anno Domini milleſimo centeſimo decimo quarto III. nonas Februarii, feria tertia, cujus Corpus Albæ quieſcit.

Mortuo Rege Colomo, Stephanus filius ejus in Regem coronatus, cui ſucceſſit Stephanus filius ejus ſecundus, qui regnavit annis decem et octo, menſibus quinque, deceſſit ſine hærede anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo primo, cujus Corpus Varadini quieſcit.

Mor-

Mortuo Rege Stephano ſucceſſit Bela cæcus, filius Almi Ducis filii Lamperti Ducis, qui fuit filius Regis Belæ primi: Regnavit autem Rex Bela cæcus annis novem & menſibus undecim, & genuit quatuor filios, ſcilicet Geiiſsam, Ladislaum, Stephanum & Almum, migravit ad Dominum anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, idibus Februarii feria quinta, cujus Corpus Albæ quieſcit.

Mortuo Rege Bela ceco, Rex Geiiſsa ſecundus, filius ejus primogenitus coronatur, qui coronatus *quarto Calendas Martii in Dominica invocavit me, tranſactis duobus diebus poſt mortem Patris ſui*, & regnavit annis triginti, menſibus tribus & diebus undecim, & genuit quatuor filios, ſcilicet Stephanum, Belam, Arpad, atque Geiiſsam. Obiit anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo primo, pridie Kalendas Junii feria quarta, cujus Corpus Albæ quieſcit.

Mortuo Rege Geiiſsa ſucceſſit filius ejus Rex Stephanus tertius, qui regnavit annis undecim & menſibus novem, & menſibus tribus, in cujus Imperio Dux Ladislaus filius cæci Belæ uſurpavit ſibi coronam dimidio anno, migravit ad Dominum anno Domini milleſimo (centeſimo) ſeptvageſimo ſecundo, cujus Corpus Albæ quieſcit.

Poſt hoc Stephanus frater ejus uſurpavit ſibi coronam, et regnavit quinque menſibus & diebus quinque. Obiit in Caſtro Zemlém, cujus Corpus Albæ inter ambos fratres Ladislaum & Stephanum: Lucas Strigonienſis Archiepiſcopus excommunicaverat, & periculum eis certiſſime futurum eis prædixerat, eo quod ſeſe illegitime fecerat coronari. Dictus vero Rex Stephanus tertius filius Geiiſsæ ſe-

cundi ſine prole deceſſit anno Domini milleſimo centeſimo (ſeptvageſimo) tertio, cujus Corpus Strigoni quieſcit.

Mortuo Rege Bela ſucceſſit Rex Emericus filius ejus, qui regnavit annis octo & menſibus ſeptem & diebus ſex, hujus uxor fuit Domina Conſtantina filia Regis Aragoniæ Cæſaris Frederici per Conſilium apoſtolici copulatur, & genuit unum filium nomine Ladislaum. Migravit ad Chriſtum anno Domini milleſimo centeſimo (ducenteſimo), cujus corpus requieſcit in Eccleſia Agrienſi.

Succeſſit Ladislaus filius tertius Regis Emerici, qui regnavit menſibus ſex & diebus, deceſſit ſine prole in fine ejusdem anni, quo Pater ejus mortuus eſt, videlicet anno Domini milliſimo ducenteſimo primo, nonos Maii, cujus Corpus Albæ quieſcit.

Mortuo Rege Ladislao ſucceſſit Andreas Secundus filius Belæ, qui coronatus eſt vigeſimo ſeptimo die poſt mortem Ladislai Regis, quarto Kalendas Junii in Pentecoſten, cujus uxor fuit Domina Gertrudis de Alemannia, de qua genuit Belam, Colomanum, & beatam Eliſabeth, & hos de prima uxore, de ſecunda uxore filia Marchionis Eſtenſis genuit Stephanum Patrem Andreæ tertii, & regnavit annis triginta. Iſte Rex Andreas exportavit multas Reliquias. Migravit ad Dominum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, cujus Corpus Waradini quieſcit ad pedes Sancti Ladislai.

Succeſſit Bela quartus filius Andreæ Secundi, qui regnavit annis triginta tribus, obiit autem piiſſimus Rex Bela anno Domini milleſimo ducenteſimo quinto: 1268, nonas Maii feria ſexta in feſto Inventionis Sanctæ Crucis inſula Budenſi, & ſepultum eſt corpus ejus Strigonii in Eccleſia Beatæ Mariæ cum conſor-

te

te ſua nomine Maria filia Imperatoris Græci, & Duce Bela filio ſuo chariſſimo requieſcit, ubi hi verſi continentur:

Aſpice rem charam, tres cingunt Virginis aram;
Rex, Dux, Regina, quibus adſint gaudia trina.
Dum licuit; tua dum viguit, Rex Bela poteſtas,
Fraus latuit, pax firma fuit, regnavit honeſtas.

Poſt ipſum anno Domini ducenteſimo Sepvageſimo primo cœpit regnare filius ejus Rex Stephanus per totam Hungariam, & regnavit annis duobus, & genuit unum filium nomine Ladislaum, & filiam Mariam, quæ fuit data in Matrimonium Carolo Claudo Regi Siciliæ de qua genuit Carolum Martellum, qui quidem Carolus Martellus genuit Carolertum, poſt Carolum Robertum, quem poſtea Hungari vocarunt Carolum. Obiit Rex Stephanus optimus princeps anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptvageſimo quarto, anno tertio Regni ſui magni, ſepultus eſt in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis in Inſula Budenſi in loco Reginarum.

Succeſſit filius Ladislaus ejus, & coronatus eſt eodem anno, quo mortuus eſt Pater ejus, videlicet anno Domini milleſimo ducenteſimo octvageſimo. Iſte Rex Ladislaus filiam Regis de Apulia in Conjugem habuit, ſed ſpreto Jugo conjugali adhæſit filiabus Cumanorum Aydicam Cupchech & Mandulcam vocatis, ac alias quam plures, in Concubinas habebat, & ſic fuit occiſus a Cumanis. Tempore iſtius Ladislai Regis — incepit Hungaria reflecti a ſua Magnificentia in caſus flebiles, in quo Rege, quia ſine hærede deceſſit, defecit Semen maſculinum Sanctorum Regum. Regnavit Rex Ladislaus annis decem & ſeptem, obiit anno ducenteſimo Nonageſimo primo, ſepultus eſſe dicitur Chamodini.

Post cujus Regis mortem eodem anno decimo octavo die Andreas Dux de Venetiis introductus fuit in Hungariam, vivente adhuc Ladislao Rege in Hungariam subintravit, eo quod esset Dux qui debebat habere portionem in Regno Hungariæ Regis Andreæ titulo avi sui, cum autem fuisset occisus Rex Ladislaus, a Baronibus Regni, feliciter est coronatus. Regnavit autem Rex Andreas annis decem & fuit sine hærede, anno Domini millesimo trecentesimo primo in festo Sancti Felicis in Pineis, in Castro Budensi, regnavit (requiescit) in Domino, & sepultus est in Ecclesia Sancti Joannis Evangelistæ apud fratres minores.

Mortuo Rege Andrea missum fuit pro Carolo parvo, pro nepote Stephani quinti filio Martelli Caroli; sed quod iste Carolus in tenera ætate adhuc erat, introductus fuit contra eum Venceslaus filius Regis Bohemiæ, quem Hungari Ladislaum vocaverunt. Regnavit tribus annis, sed propter Dissentiones reliquit regnum & reductus fuit ad Patrem suum in Bohemiam cum Corona Regni Hungariæ, & cum magno Damno Hungarorum, & præcipue Ecclesiæ Strigoniensis.

A Coronatione Ottonis Ducis Bavariæ Reductionem Venceslai sive Ladi introductus fuit iterum contra Carolum & quosdam Prælatos & Barones Regni Hungariæ Otto dux Bavariæ & coronatus est Albæ in Regem Hungarorum, regnavit tribus annis, sed postea captus spoliatus & expulsus fuit de Regno Hungariæ, & Regnum devolutum fuit omnino ad Carolum.

Expulso Ottone Carolus in Regem coronatur, cæpit uxorem Rex Carolus filiam Ladislai Regis Poloniæ Elisabeth nomine, & genuit quatuor filios scilicet

licet Carolum, Ladislaum, Ludovicum, & Andream. Regnavit Rex Carolus annis quadraginta duobus, migravit ad Dominum anno Domini millesimo, tricentesimo quadragesimo & sepultus est Albæ.

Mortuo tumulatoque glorioso Principe Domino Carolo Rege Hungariæ, Dux Ludovicus filius ejus in Regem coronatus. Regnavit autem Rex Ludovicus quadraginta & uno annis, & viginti duobus diebus, & genuit tres filios, scilicet Mariam, Edvigam & Catherinam, migravit ad Dominum Rex Ludovicus anno Domini millesimo trecentesimo octvagesimo secundo, cujus Corpus Albæ quiescit.

Post Obitum Regis Ludovici, coronata fuit Domina Maria filia Regis Ludovici, quæ fuit data in matrimonium Sigismundo filio Caroli Imperatoris & Regis Bohemiæ. Regnavit Domina Maria quatuor forte annis postea obiit, anno Domini millesimo trecentesimo octvagesimo quinto., & sapulta est Varadini Julia Regina Maria. Defecit tandem Semen utriusque Sexus Sanctorum Regum.

De Coronatione Regis Sigismundi filii Caroli Imperatoris, & Regis Bohemiæ, coronatusque est vigesimo ætatis Suæ anno, regnavit in toto annis quinquaginta & mensibus novem, & genuit unicam filiam nomine Elisabeth. Migravit ad Dominum anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, ætatis suæ anno septuagesimo primo, cujus Corpus Varadini quiescit. Post Regem Sigismundum electus fuit in Regem Albertus Dux Austriæ, gener ipsius in favorem Elisabeth filiæ ejusdem Sigismundi uxoris scilicet Alberti, coronatusque fuit in Die circumcisionis Domini, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, & regnavit anno uno, & mensibus novem, natusque est ei filius posthu-

posthumus Ladislaus nomine. Obiit Rex Albertus anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, cujus Corpus Albæ quiescit.

Mortuo Rege Alberto introductus fuit Rex Ladus Poloniæ & regnavit annis prope quatuor, juxta mare periit anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, ibidem est sepultus. Hic fuit Princeps optimus, moribus institutus, religiosus, pius, castus, ferox, & magnanimus in armis.

Post mortem Regis Ladi Poloniæ electus fuit Johannes de hunii in Gubernatione Regni Hungariæ, & gubernat Regnum annis pene octo, obiit in Nandor Alba anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, sepultus est in Ecclesia Transylvaniæ.

Ladus filius Regis Alberti duodecimo ætatis suæ anno ereptus fuit de manibus Frederici Regis Romanorum. — Corona Regni Hungariæ nihilominus per eundem Fredericum retenta. Hic fuit Juvenis probis moribus pollens, pudicus, fidelis & pro ætate prudens, cæpitque regnare vivente adhuc Joanne Gubernatore, obiit Pragæ anno ætatis & coronationis suæ decimo octavo, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, Pragæ quiescit Cathedrali Ecclesia. Coronatus est Rex Mathias anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, videlicet in quinta feria majoris Hebdomadæ, & obiit autem invictissimus Rex Mathias anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo in hebdomada magna feria tertia.

II.

Ephemerides ex veteri MS. Tabularii Cæſarei Auctoris coævi, ab A. C. 1368. usque A. C. 1457.

Anno Domini MCCCLXVIII. Natus eſt Rex Sigismundus Imperator in die S. Valentini.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. Præfatus Rex Coronatus eſt in Regem Ungariæ in Alba Regali, in die Palmarum.

Anno Domini MCCCLXXXXVI. Introierunt Francigenæ, & Anglici, & magna pars Chriſtianorum, & interemti ſunt a Cæſare Turcorum.

Anno eodem MCCCCXXXIII. In die S. Trinitatis Dominus Maynhardus de nova domo cum aliis Baronibus prope Civitatem Gurein non remote a S. Procopio fecit magnam Stragem in Thaboritas, Orphanos, & Caſſalentos hereticos ſic nominatos numero decem millium, regnante tunc Imperatore Sigismundo, & durante Concilio in Baſilea.

Anno Domini MCCCCXXXVII. In Craſtino Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis venit invictiſſimus Romanorum Imperator Sigismundus, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Bohemiæque Rex in - - - Znaima Marchionatus Moraviæ, qui & in eodem anno laudabiliter pacificavit terram Bohemiæ ex parte Huſſitarum hereticorum.

Anno eodem tandem directe in die octavo proxime ſequenti in Puſonio - - - electus eſt gener ſuus in Regem Ungarie, Dalmatie, Croatie illuſtriſſimus Princeps Albertus Auſtriæ, Stirie, Karinthie Dux, & Moraviæ Marchio.

Anno

Anno Domini MCCCCXXXVIII. In die Circumcisionis Domini coronatus est idem Serenissimus Princeps Albertus in Regem Ungarie in Alba Regali.

Anno eodem in Dominica Reminiscere electus est præfatus Albertus in Regem Romanorum ab Electoribus in Frankuordia, & tandem infra Pascha & Ascensionem Domini miserunt Electores Imperii solenem ambasiatam ad præfatum Albertum, ut dignaretur assumere Imperium, ipse tamen diu renuens tandem inductus a multis assumsit onus prefatum in Ecclesia S. Stephani in Wienna.

Anno eodem in festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli coronatus est idem Rex Albertus Imperator in Regem Boemiæ sollenniter.

Anno Domini MCCCCXXXVIIII. In vigilia Simonis & Jude - - - hora octava mortuus est Serenissimus Romanorum Ungariæ Boemiæ Rex - - - mortuus est in Ungaria zum Langendorf, & sepultus in Alba Regali.

Anno Domini MCCCC. Quadragesimo in festo Kathedræ S. Petri natus est in quodam Castro dicto Gummarn in Ungaria Ladislaus filius - - - Regis Alberti.

Anno eodem feria IV. post Quasimodogeniti assumsit Regnum Romanorum a Legatis Electorum Serenissimus Princeps Dominus Fridericus Dux Austriæ &c.

Anno eodem in ipso die Penthecostes coronatus, & unctus est in Regem Ungarie filius Alberti, scilicet Dominus Ladislaus adhuc existens infans tredecim hebdomadarum, portatus a nobilibus portatoribus in Cunabilis discendendo

dendo in Weissenburg, & ascendendo - - - in Austriam.

Anno Domini M (CCCCXLIV.) feria IV. ante festum S. Thomæ Apostoli mortua est Elisabeth uxor Regis Alberti Felicis recordationis & sepulta in Jaurino, id est Raab mater illustrissimi Regis Ladizlai.

Anno eodem MCCCCXLVIII. Commissum est magnum prelium a Johanne de Hunnyad Gubernatore Regni Hungarie, & a Cesare Turcorum.

Anno Domini MCCCCLIII. Zog kunig Laßlau zum erstenmal gen Behmen.

Anno Domini MCCCCLVI. An sand Vincenzentag zoch kunig Laßla ze Wien aus mit sambt den von Cili, und lager die erst Nacht ze Lawsse, darnach ze Preßburg und zugen gen Ungern.

Anno eodem war der wolgeborne Edel Fürst Graf Vlrich von Cily ershlagen, oder ermerdet von den Weidam Laßla, des alten gubernators Sun und von Canishi Laßla von Sprinzenmarkcht und anderen Ihren Mithelfern ze kriechishen Weissenburg in Geshloß an sand Martentag.

Anno Domini MCCCCLVII. ist gestorben der durchlewchtigste Fürst und Herr Herr Laßla zu Hungern und Behmen &c. Kunig &c. an sand Clemententag zu Prag, und ist daselbst begraben in dem Tum.

Anno eodem Ee und bevor der Kunig starb, was ein Lobleiche Botshaft zu Prag ausgegangen von Hungern, Behmen, Osterreich und Merhern umb Junckfrauen Magdalena des

aller-

allerkristenleichigsten Fürsten und Kunig von Frankreich Tochter, die denn benanten Herrn Laßlawen Kunig &c. Versprochen war.

III.

Memoriale Rerum ante tempora ætatis nostræ eventarum, e MS. Seculi XVI. ab A. C. 1438 *usque A. C.* 1559.

Anni.

Nobilissima Civitas Zaazsebes per Cesarem Thurcarum obsessa fuit. 1438
Magnif. Joannes Waywoda felicis memorie habuit bellum in Rygomezw contra Thurcas. 1448
Egregia Urbs Constantinopolis per Mahumetem expugnata est. 1453
Ingens illa, & validissima pestilentia per universa Climata Mundi regnavit. 1455
Nominatissima Civitas Belgrad per Amuratem Cæs. Thurcarum obsessa fuit. 1455
Joan. Capistranus de Observantia vitam cum morte commutavit dormit in Zewlews. . 1456
Sereniss. Princeps Mathias Rex D. G. coronatus est in Regem Hungariæ. 1458
Illustris Vir Mich. Zylagy per Thurcas detentus est. 1460
Drakul Waywoda Moldavus per Mathiam Regem captus est. 1462
Introitus Mathiæ Regis in Moldaviam factus est. 1469
Nobilissima Civitas Vienna per Seren. Regem Mathiam Hung. debellata est. 1477

Magnif.

Anni.

Magnif. Stephanus de Battor proſtravit Thurcas in Kenyermezw.................1479
Maximilianus Rex egregiam Civitatem Albam Regalem occupavit.................1492
Thurci ſunt proſtrati prope Rubram Turrim penes Cibinium.................1493
Myhna Waywoda Tranſalpinenſis per Jakſyt Cibini occiſus eſt.................1510
Cruciferi quorum Dux Gregorius Siculus erat, inſurrexerunt.................1514
Bellum Mohachienſe fuit. In eodem prælio Rex Ludovicus periit.................1526
Joannes Rex electus in Regem Hungariæ & Tranſylvaniæ.................1526
Ferdinandus Romanorum Rex coronatus eſt in Regem Hungariæ.................1527
Joannes Rex per Tranſylvanienſes, qui partem Ferdinandi fovebant, e Regno iſto in Poloniam expulſus.................1527
Idem Joannes Rex ex Polonia egreſſus, Civitasque Buda illi per Cæſarem Thurcorum donata eſt.................1529
Zulimanus Cæſar ad obſidendam Civitatem Viennam profectus ferro, & igne ubique devaſtata usque Civitatem Lynch.....1529
Zaar Jowan, alias Fekethehomo dictus per Valentinum Thwrek, & Emericum Chybak prope Zegedinum captus, & capite truncatus eſt.................1530
Buda Civitas Regia per Alemanos obſeſſa fuit, in ea exiſtente Seren. Rege Joan.....1530
Ceſar Thurcarum aſcendit ad obſeſſionem Kwzegh, quæ non potuit expugnari.....1532

Eme-

Anni.

Emericus Chybak ex genere Ludovici Gritti per Urbanum Batthyany & Joannem Doczy in pago Felmer Capite truncatus est. 1534

Eodem Anno Ludovicus Gritti, cum Joanne Doczy propter mortem Emerici Chybek per Regnicolas Transylv. in Civitate Megyes occisus est. . . . .

Fames maxima ita, ut proprium filium pater assavit in Sylvis, & comedit, fuit. Cb. Thordensis emtus est fl. 5. d. 75. . . . 1534

Seren. Rex Joannes expeditionem contra Germanos fecit, ac Thokay arx illi data est. 1534

Eodem Anno Kochyaner profligatus est circa Civitatem Ezek.

Civitas Cassoviensis data, & obtenta, ac manibus Seren. Principis Joannis Regis deventa. 1536

Petrus Waywoda Moldavus per Cæsarem Thurcorum e Regno expulsus, simulque cum uxore in arcem suam Chycho venit. 1538

Sereniss. Princeps Joannes Rex Isabellam Reginam filiam Regis Poloniæ in Conjugem suam duxit. 1539

Petrus Waywoda Cæsari Turcarum ex Chycho per Joan. R. missus. 1540

Joannes Sigismundus natus est in Civirate Budensi 7. die Julii. 1540

Seren. Rex Joannes motus propter quasdam Conspirationes Primorum Transylvaniæ, tres Arces Bullyassyok Almas,

Leta

Anni.

Leta & Dyod vocatas expugnavit, atque ipſos Bullyaſſyos una cum Collega ſuo Stephano Maylath Nota perpetuæ infidelitatis ex conſenſu totius Regni, & Judicio omnium Baronum celebratiſſimorum notare, ac coram cunctis promulgari facit, qui in Arcem Fogaras ſimul cum uxoribus & liberis ſuis ſeſe receperunt.... 1540

Itaque cum idem Seren. Princeps Joannes Rex in Zaazſebes Civitate Regia exiſtimaret, præfecturus ad expugnandam arcem Fogaras Walentinum Thewrek fidelem capitis ſui cuſtodem cum militibus ſuis, & Andream de Bathor in obſidionem arcis Fogaras miſit, interim in Civitate eadem febre vexatus, tandem paraliſi & apoplexia ictus 22. die Julii hora 8. ante meridiem ſeſe mediam agente obdormivit in Chriſto, cui idem Chriſtus Servator noſter miſereatur, orandus eſt. Amen.... 1540

Tandem poſt curriculum temporis non longi Corpus ejusdem Joannis Regis piæ memoriæ ad Dewa ductum eſt, & inde Lyppam; exercitus vero Regis per primores Dominos privatim in Arces, & loca munitiora diſtributus, partim vero cum corpore Regio e Regno egreſſus eſt, quorum Ductores D. Petrus Petrowyth, Valentinus Thwrek, & Fr. Georgius relicto Balthaſare Bornemyzza in Zaazſebes fuere, qui ſimiliter cor-

Anni.

pus Regium ſecuti usque Budam per ſpatium temporis. Nam Lyppæ Corpus fere duobus menſibus eſt ſervatum, unde D. Stephanus Werbewczy, & Joannes Ezeky Quinque-Eccleſien. ad Cæſarem Thurcarum ſunt legati pro defenſione Reginalis Majeſtatis Relictæ, & ejusdem Orphani ſimul cum Regno Hungariæ, & pertinentiis ejusdem.. . . 1541

Interim vero cum hæc agerentur, Primores Regni Tranſylvanienſis trium Nationum Diæta facta, Maylath, & Emericum Balaſſy in Capitaneos Regni ejusdem conſtituerunt, qui dum pro pace agerent Regni hujus cum exercitibus defuncti Regis in locis, ut dictum eſt, fortioribus relictis, pepegerunt Inducias ſub quibus dum Emericus Balaſſy Nobiles & Ignobiles plagatim vaſtaret, per Bornemyzza Balth. & Nobiles hujus Regni expulſus eſt e Regno, capto Caſtellano & Caſtello Sombarkew. Dum vero res Balaſſii, & Nobilium Regni hujus, prout jam præſcriptum, in adverſum traheretur, Stephanus Maylath miſertus Collegæ ſui convocatis ad ſe potioribus hujus Regni Siculis, & Nobilibus aliquot, tum D. Wolfg. Bethlen & Franc. Horwath, ac Mich. Horwath, ceterique partem filii Orphani Regis Joannis foventes Thordæ Diætam cum exercitibus ſuis agere & fugare, ac illuc diſpergere, & tandem in reverſio-

ne

Anni.

ne ſua paulo poſt, dum eos circumveniſſet, ex conſenſu potiorum Dominorum qui tum erant, utpote: Magnif. D. Nic. Thelegdy & M. D. Franc. Kendy, ac Siculorum aliquot, pacem cum ipſis inivit, ac concordiam fecit, ne Regnum hoc per domeſticum hunc furorem ac inteſtinam rabiem prædæ expoſitum livore, & ferro domeſtico conſumerent, & ſic per menſes aliquot quiete manſit.

Rebus itaque Regnorum Hungariæ, Dalmatiæ ac Tranſylvaniæ poſt obitum Seren. Joannis Regis ſub Guerris, ac diſturbiorum mille factionibus per Arces ac Fortalitia, Civitates & Oppida in tranſverſum ſeſe agentibus Corpore Regio Albæ Regali tumulato, Reginalis Majeſtas ſimul cum Orphano filio ſuo, & Petro Petrowyth. Fr. Georgio, Valentino Thewrek, & ceteris ſuis fidelibus Budam Civitatem munitiſſimam a Germanis ſeſe defenſuram, victu, & ceteris ad id Inſtrumentis diſpoſitis propoſito firmioris animi manſit.

Germani autem, & Barones Hungarici, partem Regis Ferdinandi foventes non poſt multos dies tumulationis Regis Joannis, prius expugnata primaria ac munitiſſima arce Wyſſegrad Coronæ Sacræ Regnorum Hungariæ Dalmatiæ ſervatrice fideli, & ceteris arcibus in partibus illis exiſtentibus a capta Alba Re-

 gali

Anni.

gali Civitate & loco munitiſſima, & propter coronationem, & Regum omnium fere in ipſa tumulationem nominatiſſimum, Budam, Budam inquam Civitatem omni loco munitiſſimam, elegantiſſimam, formoſiſſimam, ac divino cultu celebratiſſimam oppugnantes omnibus rebus bellicis inſtructi ſuper aquam & terram obſederunt. Quorum Dux ille exercitatiſſimus Belliductor Rogondorph, & Capitaneus ejusdem ſtrenuus Leonardus Feelcz de tempore tumulationis Regis Joannis usque in hodiernum diem, qui eſt feſtus dies divæ Margarethæ Virginis, muro, & fortalitiis ejusdem omnibus fere jam interea deſtructis, & factis jam inpetibus quam plurimis circum circa ſubfoſſionibus diverſis, interfectis etiam pluribus & potioribus, & infimæ Claſſis viris fortiſſimam fortiſſime vigilantem, vigilantiſſime oppugnaverunt. Cum autem tam fortiſſime utrinque pro reſervanda atque expugnanda Civitate dimicaretur, intervenit Mehmeth Begus Belgradi Banus cum armatis & bene inſtructis militibus Thurcarum 600. miſſus ex mandato Cæſaris Thurcarum, ut Budam incluſis opem ferret, quo ſubſidio Germani, & DD. Proceres Hungarici intellecto, ut ſuis tutius conſulerent, circa, vel ad latus divi Gerardi Montis grandi foſſa circumcirca caſtra

metati

Anni.

metati ſunt, portam vero caſtrorum recta verſus Danubium pontem ipſum, quem artificioſe exſtruxerant, ſuper hiſtrum, ut parti eorum, quæ Civitatem Peſt occupabat, auxiiia dare poſſent, proſpectantem, ac bombardis & fortalitiis ornatam curioſe ornaverant. Cum quibus Tnurci ab una, ac Hungari Budam incluſi ab alia parte minus feliciter dimicaretur, paulo inferius Thurci coacti ſunt caſtra mutare, auxilium Cæſaris maxima ſpe, ac animo cupidiſſimo exſpectantes. Interea dum Budæ Civitatis nobiliſſimæ res ſic ſeſe ageret, Petrus ille Waywoda Moldavus, & a Cæſare Thurcarum in priſtinum Regni ſui Sceptrum remiſſus, parte vero alia Radul Waywoda Tranſylvaniam, ac Kochybegus Perſonalis Cæſaris Thurcarum per Partiſtas Thurcarum vocati in reprehenſionem D, Steph. Maylath tunc ſeſe ſtrenue gerentes cum ſexingentis militibus Walachorum Regnum iſtud Tranſylvaniæ nobiliſſimum vaſtari, igne ferroque conſumturi intraverunt, ac usque terram Fogaras, Barcza, Sepſy, Kyzdy & Chyk combuſſerunt, captis eorum, quos potuerunt, ac trucidatis Colonis omnibus, ac circa fluvium Olth caſtra metati ſunt, contra quos dum niteretur Stephanus Maylath propter Regnicolarum inertiam, quos Partiſtæ Thurcarum inſurgere deterrebant, ſolus

 reli-

Anni.

relictus cum suis in arcem suam Fogaras pro defensione suorum, & liberorum sese recepit, unde cum impetum cum 400 fere suis militibus contra tantum populum faceret, feliciter missis ad eum vadibus ex utrisque Valachorum nationibus primatum duobus post Waywodas, quos ipsi Loyonsoth, nos vero Cancellarium vocamus, ac exercitus similiter post Kochybegum primarium Thurcus addicta super hos fide Cæsaris Thurcarum, ac ipsorum omnium, feria IV. ante festum Mariæ Magdalenæ ex arce Fogaras in Castra eorum cum 400. militibus, apparatu bellico ditissimo ipsum sequutis evocatus est, ac prima fronte cominatus, tandem vesperi, cum cenare vellet, ex tentorio suo vocatus, ac per Waywodam Moldavum captus est, omnibus suis militibus tunc in prædam versis, ac pluribus ex eis oblita & Cæsarum suorum fide trucidatis, quo facto omnes Regnicolæ cum Partistis Thurcarum Cæsari Thurcarum, & filio Joannis Regis fide deposita sese dediderunt. Stephanum vero Maylath compedibus ligatum, atque Kochybego traditum ut ferret conspectui Cæsaris Thurcarum exercitum suum sub conditione præscripta versus Regna & loca eorum verterunt, Stephano Maylath ad arcem Bodon du-

cto,

Anni.

cto, qui, ut fertur, sub custodia tenetur.

Interim dum Regni Transylvaniæ per hos Waywodas & Thurcas res sic gereretur, ac post exitum eorum e regno hoc pacatum foret Regnum, Primarii hujus Regni quousque ad Reginalem Majestatem adfert ipsis Waywoda daretur pro Capitaneo Regni D. Balthathasarem Bornemyzza, additis lateri ejusdem pro majore hujus rei remissione Georgio Bagdy & Emerico Wegedy Archidiacono Thordensi ex communi consensu non proclamatum habuerunt. Zwlymanus ille Thurcarum Imperator dum considerasset invalidam potentiam suorum, quos in Subsidium Budensium contra Germanos miserat, convocatis ad se omnibus suis Copiis, ac primariis Bassis & Waywodis Begis, apparatu bellico instructissimo, & manu valida in auxilium suorum, & oppressionem Germanorum profectus, Buda ex obsessione liberatur circa feriam festi decollationis Bapt. Ad Castra Germanorum adventare cœpit. Cujus adventum dum imprimis M. Petrus Pereny per exploratores suos fidos intellexisset, cœpit fervore coactus admonere, ne exspectarent validissimam manum Cæsaris Thurcarum, in castris ibi positis, sed pro majori tutela in Civitatem Pesth sese reciperent, ac inde si opus foret,

Anni.

longius possent progredi quousque plura Regis eorum subsidia divulgi possent, nam Cæsaris multitudo numero trecenta millia hominum esse armatorum ferebatur, Germani tamen in fortuito casu eorum spreto etiam consilio ipsius* Pyryny nihil facientes Cæsaris Thurcarum adventum in loco Castrorum suorum perseverare statuerunt. Petrus vero Pyriny cum suis & Casparo Seredy, ac aliis Hungaris Partem Ferdinandi foventibus Danubium tranatavit, relictis Germanis, ac Hungaris ceteris, quos dum magis, ac magis præsentia Cæsaris adventus urgere cœpisset, tandem pœnituit eos consilio non uti Pereny, statuerunt itaque id se facturos (quod) prius displicuerat. Phriges miseria cœpere sua sapere. Nocte intempesta omnia Instrumenta bellica navibus imposuerunt suis, ut & se & sua trans Danubium reciperent. Quam rem, dum inclusi Hungari Budam percepissent, accensis prius lucernis, pulsis etiam tintinnabulis & tubis sonantibus pedes universi ad expugnandos & occidendos cum Germanos, tum Hungaros, partem eorum foventes, quorum primus erat Valentinus Thewrek irruerunt ab una, ab alia vero parte ipsi Thurcæ similiter invaserunt, ex quibus multi interfecti, ac una eorum navi submersa, ceteri flu-

vium

Anni.

vium Iſtrum cum magna clade ſua verſus Peſth deſiderantes diu occupaverunt, partim tranſeuntes, unde collecto exercitu ſuorum, in moremque conflictus conflato verſus Strigonium pro tutiori ſuorum defenſione profecti, hoſtibus ſeſe ſequentibus inſultantes, atque animi fortitudinem affirmantes ſui prope Strigonium aliquot ex ſuis deſideratis, ex hoſtibus vero in ipſo itinere ſequentibus ſex millia fere interfectis caſtra metati ſunt. Cæſar vero Zwlymanus maxima alacritate ultus ſuos Hungaros Budæ exiſtentes animi favorabilem Serenitatem Caſtris circa Budam metatis ut facilius ni fallor Hungaris imponere clariſſime oſtendit. Qua recognita DD. Barones Hungari Budam incluſi ſeſe jam liberatos tamquam fideles Servi Domino ſuo una cum puero Regis & Dono pretioſiſſimo apertis palam portis Civitatem obtulerunt, quorum primus Stephanus Werbewczy, Petrus Petrowyth, Tutor pueri Regis Frater Georgius Theſaurarius pueri Regis, Valentinus Tewrek Cuſtos pueri Regii, Urbanus Batthyan, a Cæſare prius excepti benigniſſime, tandem ad occaſionem in Caſtris Cæſaris potenti ſub cuſtodia detenti præter puerum Regis, qui eo die Reginæ in arcem miſſus eſt, & Budæ domos Baronum Prælatorum Thurci Janyſſari deprædan-

tes,

Anni.

tes, ac omnes Servos eorundem expoliantes e Civitate exire proclamaverunt. Tandem transactis aliquot diebus ad orationem Stephani & Bassarum Consilium omnes Barones Dominos præter Valentinum Thewrek dimisit ea conditione, ut una cum puero Regis & Reginali Majestate venirent ultra Tibiscum versus Lyppam, ubi Reginalis Majestas cum filio suo quietam duceret vitam, possidentes Partes citeriores Tybisci & Transylvaniam, ipse vero ultra, citraque regiones Danubii manu sua protegere velit, ne cogeretur sæpe in defensipnem Budæ venire, relicto in ea ex Hungaris Stephano Werbewczy, & uno Bassa Ozlanbek vocato adjuncto collaterali sibi, simul cum sex millibus Thurcarum, Budam & Pesth possideri. Usque Tybiscum nulli Nobilium; ne in digitum quidem transversum alicui Colono imperari posse, sed omnes sub uno servitutis jugo tenere. Reversus itaque Zulymanus Belgradum venit, ubi usque ad messem suos refocillandi causa quiete permisit sedere, captivo secum abducto Valentino Thewrek, qui etiam modo illic captivus detinetur. Stephanus Werbewczy non post multos dies discessionis Cæsaris Budæ finem suorum dierum fecit.

Isabella

Anni.

Isabella vero Regina cum filio suo Orphano & Baronibus partes suas foventibus tota hyeme illa Lypæ hibernavit, consulentes, siquid de Regni sui defendiculo, sanum æque ac salubre, & pro temporis ratione diu perdurans adjunctis etiam finitimis consiliis adinvenire possit.

Anno eodem 1541. Buda Civitas amænissima in manus Cæsaris Thurcarum Zwlymani remansit. 1541

Strigonium, & Alba Regalis ad manus Thurcicas devenit. 1542

1559. Izabella Kyralne Aſzony meg holit Gyula-Feyr Waratt Septembernek 15. Napan ebéd utan 12. oran ky ewlyen Isten Orſagaban. El temetek Vaſarnap. . 1559

IV.

De Prælio ad Mohach Nota Sambuci.

Zay dixit, quemdam Melchiorem Astronocz (fors Astronomum) pro fatuo habitum, eo die, quo exivit Buda; rogasse, ne Rex vel eodem saltem die Buda exiret, se fatale quid sentire. Tomoreum non fuisse causam conflictus & subiti impetus, sed Regi svasisse, ut exspectaret Budæ, sed alios svasisse Tomoreum honorem sibi poscere non expectandos alios. Sed optimus Consiliarius Christophorus Comes S. Georgii fuit, qui apertæ svasit Regi, exspectaret Budæ, dum omnis posset nationis exercitus convenire ex eo numero facile & Turca, de prælio deliberatum iri.

Tur-

Turcam non paratum venisse ad pugnas & expugnationes, uti certe verum dicebat, nam Machinis, & aliis carebat, sed tantum ad prædam, sciendo se metui, nec nos priores unquam ad impetum futuros. Itaque Rex Budæ dum esset, qui exercitus jam adesset Christianus, eum ultra Dravam, & quoquo versus a Buda ad loca exurenda, & præcipienda omnia mittendum. Si Turca vellet Budam progredi ex exercitu interim a Christianis misso facile conjecturam captum iri, an prælio satis sint, si non essent futuri sufficientes, Regem Albam, vel Strigonium, vel Posonium decedere debere in tutum, Turcam non facile secuturum Austriam versus. Hæc ille svadebat, qui tamen non erat cum exercitu apud Regem, ob Ladislaum Archiepiscopum, contra quem inimice jurarat, se nuspiam fore, ubi ille esset. Ceterum certum est, Turcam eo tempore nequidem de prælio cogitasse, aut instructum fuisse, sed tentoriis loca definisse, ut ibi aliquamdiu lateret, nostri vero pessime & confuse omnibus ordinatis, ut vix centeni in eodem loco coacti forent, & semper tribus ordinibus permixtis, Ungarorum, Bohemorum & Germanorum peditum. Ea nocte nocturnus excubitor fuit Valentinus, Török, qui mane pulcherrimum equum a Turcis occisis nactus erat phaleratum, &c. Nec putabamus nos eos præliari velle. Sed erat insignis juvenis Andreas vel Albertus Marczal, qui 32. equitibus extra ordinem conjurat & vovet vitam Patriæ, se ducturum eos 32. ad Cæsarem Turcarum usque locum tuto, & ictu ensis petiturum illum, illi insecuti, cum Turca Tormentorum fumo suorum nihil videret, isti 32. per Janiczeros pervadunt usque ad Turcarum Imperatorem equo insidentem, qui cum Marczallum cruentum (an currentem) sibi audacis-

sime

ſime appropinquare vidiſſet, arcu eum in pectore - -- percutit, ſed fruſtra ob ferramentum, eoque telo fruſtra reſiliente cœperat (corpore) præ metu tergum vertere voluiſſe, cui dixiſſe fertur quidam proximus: quo vadis inepte, te perdes & famam? Ideo adhuc Turcæ in compedes conjiciunt equum Turcici Cæſaris in aciebus inſtructis, ne fugiat.

V.

Franciſci Zay de Scepuſienſis belli initio & præludio Sambuci.

Anno 1560. Zay in Caſſovia Capitaneus cum milite mittit 61. cum videret tria Caſtella Vayvodianos, Salcam, Oczanam & N. exſtruxiſſe ad fines Tybiſci & noſtros, cogitat de re Zay diligenter. Salcam recipit ab iis. -- Caſtelli præſidium Zayum non exſpectat, Oczanam imperfectam tormentis recipit, in quo Stephanus Seredy et alii ad fidem redeunt. Hæc 600 Equis Zay feliciter perficit. Interea dum ad nuptias filiæ Balaſſæ Melchioris Cupam mittit, & mandata famulo de reducendo Balaſſa ſub prætextu ex conſenſu Cæſaris mittit, qui Balaſſa pollicitus eſt; cumque Oczanam recepiſſet Zay, illico cum Nicolao Bathori quoque tractat, is Balaſſam urgeat, fore ſecura omnia, conveniant ad certum diem in Zunger, ſe 800 equis iſthuc venturum, totidemque Nicolaum Bathori, quo venit & Balaſſa; itaque ipſum recuperavimus. Quo tempore Vayda ſua contrahit, nihil ſe movet dum Stephanus Bathori Sathor occupat, itaque Seredius accitus eſt, dixit Zay, quod Stephanus Bathori certe neſciſſet dolos Vaydæ, nam cum dimiſſus eſſet ad Cæſarem, & Seredius quoque illum huc miſiſſet, iterum mittit Vayda cum literis famu-

lum

lum post Bathori, eundem Seredius tute post eum dimisit, quo adolescente Bathori accepto, noluit aperte progredi huc, sed cum referre gradum nequisset, huc venit, & jurat Bethlen Farkas, quod innocens fuerit & inscius immutati animi Vaydæ & consiliarios iniquos Vaydam fefellisse. Hæc 4. Decembris Anno 1568.

VI.

Origo Ottonis Ducis ex matre.

Bela Rex Hungariæ Pater Andreæ Regis Patris S. Elisabeth, & Belæ Regis, habuit duas sorores, quarum unam nomine - - duxit Leopoldus Dux Austriæ, & genuit Henricum & Fridericum, qui ambo sine filiis decesserunt. Aleram duxit Fridericus Dux Bohemiæ frater Ottocari Regis Bohemiæ & genuit ex ea Ludmillam, quam duxit Albertus Comes de Bogen, & genuit ex ea tres filios Liupoldum Clericum & Bertholdum & Albertum Comites. Mortuo autem eo, dictam Ludmillam (Laodamiram vocat Aventinus Annal. Boicor. Lib. VIII.) duxit Ludovicus Dux Bavariæ & genuit ex ea Ottonem Inclytum Palatinum Comitem Rheni Ducem Bavariæ.

Adami Franc. Kollar Monitum.

Fragmentum hoc genealogicum habetur in Codice, qui Anonymi gesta Ducum Bavariæ continet & Antiquitates Monasterii Bavarici de inferiori Altaich. Est autem ibi cum aliis genealogicis Fragmentis, quæ a Nesselio communicata edidit celeberrimus Leibnitius Scriptor: Brunsvicen. T. II. p. 21. Hæc autem Autor scripsit circa A. 1479.

VII.

Genealogiæ Dominæ Annæ Aviæ Cæſaris Maximiliani II. ſuccincta Narratio.

Regulorum Foxeorum quibusdam, credo eosdem cum Floxeis eſſe. Comitatus in quatuor Aquitaniæ Diœeſibus præcipuus habetur. Illuſtres ſemper Regii etiam ſtemmatis fuere, quos eosdem Gandeleos vulgus appellat Certe Leonora Nevarria ſceptri heres Gaſtoni Foxeo nupſiſſe legitur, Regioque titulo maritum extuliſſe. Eisdem parentibus ſuſceptus Narbonenſis Vice Comes. - - Sed quod ad conſilium noſtrum proxime facit, ut Annæ aviæ Cæſaris Maximiliani II. cognatos, certosque ortus indicemus, ſubjicio. Lodovici Valeſii nondum Regis Galliarum Sororem Mariam filiam dicunt quondam - - - de Foix, & minorem natu Julium de Gandales vocatum, ſuſcepit & quatuor filias Annam Wladislai uxorem nuptam eidem 1494. alteram Barbaram matrimonio nuptam Jacobo V. Scotiæ Regi, matrimonio iterato junctam, quod annum tantum cum ſorore Henrici VIII. Angli vixerit 1517. quæ ad annum 1550. usque ſuperstes fuit. Tertiam illigatam nuptiis honoratiſſimis Ferdinando Catholico nomine germanam 1507. quartam Comitibus Belgicis d'Eſpinoe. Hanc reperio ex Annalibus & narrationibus ſenum in Ungaria progeniem. Ceterum ut nugas ex invidia aliquorum excitatas ſtudio Beatricis Aragonæ de Annæ Reginæ injuſto, incertoque ſtemmate diluamus, de memoria proborum, optimorumque ſenum in Ungaria teſtimonio ita habeto: Cum Wladislaus Beatricem, cujus ſubſidio & autoritate Regnum Hungariæ adeptus, videlicet ſpe nuptiarum erat, eam ſperneret, ac prorſus rejiceret, fortaſſis quia inepta ſoboli gignen-

gignendæ, quibusdam etiam non legitimo thoro edita videretur, adeoque animum ad alias nuptias, nihil proficiente contra Cardinale Urso-Ursino, sed urgente Agriense cum Oratore Gallico Ruberto inclinasset. Collaudata Anna Gandale quid animi habeat, post constitutas Regni, fratrisque Alberti controversias in Conventu Procerum frequentissimo Rex aperuit, seque Beatricem dote non ignobili ornatam, locupletatamque dimissurum enunciavit, cujus vocis jnjuria qui Beatricem sequebantur, moti, Regis uti animum ab Amore Gandales averterent, persvasisse multis feruntur Regulis ab Oratore Ruperto Nobilitatis dignitatem & arma Gandalea statim requirerent, cumque obæsam annam intelligerent, æque futuram posteritati amplificandæ, ut Beatricem iniquam; Orator, ne quid moræ cogitationis negligeret, Insignia totius Aquitaniæ profert, Leonem Cæruleum in Clypeo, nisi fallor rubro, sed paulo post, ne quid impedimenti error minimus optimæ annæ, conjugioque injecto crearet, celerrime e Galliis cuncta certiora exquirit. Ludovici XII. - - - testimonio comprobata. Vix mensis unius intervallo effigies Annæ cum Insignibus Gentis advolat, duas vaccas cum aliquot rectis lineis clypeo versicolore conspiciunt; quæ differentia armorum voces calumniosas excitavit. Fathiu forsitan esse, hoc est, notham Annam æque ac Beatricem, in eadem retia & incommoda Wladislaum casurum. Sed patuere mox singula liquido, ac duabus sororibus Reginis illustrem, certoque ortam patre, & matris fratre Ludovico XII. nemo dubitavit &c. Ex hac honestissima & pudicissima uxore Wladislaus denique anno, ut colligitur salutis omnium 1499. Annam matrem Cæsaris Maximiliani II. & Ludovicum Regem 1503. procreavit, cujus Lodovici e partu etiam mor-

tua

tua eſt. Hæc Lodovicum ad Sacrum fontem allatum omnino cognominem, ut alibi adnotavi, fratri ſuo Julio eſſe voluit, ſed Baronum optio pervicit Reginæ voluntatem. Hæc ex narrationibus ſenum, aliquaudo partim etiam lectionibus eorum temporum ſubjicere volui. Si quid certius repertum fuerit, gratiſſimum meis Commentariolis accidet. 1573. Viennæ Kal. Sextil. Joannes Sambucus.

Adami Franc. Kollar Monitum.

Quæ de Comitibus de Foix Sambucus narrat, ea fere omnia ſumſit ex Froiſſardi Annalibus ut ipſemet in fronte hujusce ſcripti ſui adnotat. *vide* inquit Fraſſardi. Sed hæc recentiores multo diligentius diſpexere. Reliqua ex Narrationibus ſenum, ut ait, habuit, quibus fidem habere par eſt. Epigraphen exteriorem hanc ſcripſit. *Commentariolus de Anna Avia Cæſaris Maximiliani II. Domini noſtri Clementiſſimi. Sambucus.*

VIII.

Genealogia illuſtrium familiarum d'Albret, Foix & Candalles.

Rex Aquitaniæ Mitairus reliquit filios tres: Joannem, Guilhermum, & Arnoldum, Jon maximus natu factus eſt Rex Aquitaniæ, & Dominus d'Albret, Wilhelmus Comes d'Arminiaco & Arnoldus Comes d'Aſtrac. Penes heredes Jonii longa ſucceſſionis ſerie in linea directa permanſit prædictum Regnum & Dominium, donec deficiente Stirpe maſcula tota hereditas devolveretur ad filiam unicam quæ

fuit heres Domini d'Albret. Eo tempore Laurentius Guerinus Rex Poloniæ & Lotharingiæ duxit uxorem prædictam heredem filiam unicam, reliquit Ducatus Poloniæ & Lotharingiæ fratri suo minori natu retentis tantum modo Insigniis, a quo per lineam maternam descendit Godofridus de Polonia (Bouillion) & fratres, qui postea factus est Rex Hierosolymitanus. Ex prædicto Laurentio Guerino (ortum habuit ex Stirpe Regia Franciæ) natus est Amanyon Dominus d'Albret, ex eo continua successione mascula duravit dicta familia d'Albret usque in hodiernum diem. Auspicatur autem a Bernardo Domino d'Albret.

Bernardus Dominus d'Albret duxit uxorem Martham de Arminiaco filiam Comitis Joannis d'Arminiaco & Beatricis Comitissæ de Charollois ex qua procreavit filium Arnoldum Amanyen.

Arnoldus Amanyen Dominus d'Albret, Comes de Gaurs & Vice Comes de Tartas duxit Margaretham de Bourbon quinto natam filiam Petri Ducis Bourbonii & filiæ Caroli Valesii, quæ erat Soror Reginæ Franciæ, ex qua suscepit plures liberos; maximus natu est Carolus.

Carolus Dominus d'Albret Comestabulus Franciæ duxit filiam heredem Baronis de Sully, Dominæque N. heredis de Craön, quæ antea erat desponsata filio Ducis Beriæ, qui obiit ante consumatum matrimonium. Erat vidua Domini de Trimouille. Ex ea dictus Carolus suscitavit plures liberos. Prædicto Carolo Rex Franciæ Carolus VI. concessit A. 1389. ut Insignia Regia adderet suis, & locaret in dextrum latus. Sunt tamen, qui dicunt, Regem tantummodo abstulisse (forte legendum *obtulisse* Sambucus, ut videtur adnotat) lineam transversalem in Signum

Do-

Domus Bourbonicæ. Occidit in prælio Dagnicourt, relicto filio Carolo, & filia Joanna.

Carolus filius Caroli d'Albret Comestabuli Franciæ, & Bonæ filiæ Ducis Bariæ, ex qua procreavit filios quatuor, & duas filias.

Joanna filia Caroli d'Albret Comestabuli, & heredis de Craön fuit desponsata Joanni Comiti de Foix, ex qua procreavit plures liberos.

Joannes Dominus d'Albret primogenitus dicti Caroli & Annæ d'Arminiaco duxit Catharinam filiam Vice Comitis de Rohan, & filiæ Ducis Britanniæ, quæ erat vidua Domini de Dynant, ex qua suscitavit plures liberos. Primogenitus vocatus est Alahus Amanien Dominus Dorval; secundogenitus dicti Caroli d'Albret duxit Isabellam tertiogenitam Comitis Boloniæ Averniæ Baronis de la Thour &c. quæ erat vidua Vilhermi de Britannia Comitis de Pointhieurs ex qua procreavit filios duos & unicam filiam. Primogenitus fuit Joannes d'Albret, Gaston. Primogenitus prædicti Joannis de Foix & Dominæ Joannæ d'Albret, duxit Eleonoram Reginam & heredem Regni Navarræ, ex qua procreavit filios tres & totidem filias. Primogenitus vocatus est Gaston nomine patris. Secundogenitus Dominus N. de Foix Comes de Bennoyer, & de Lavaul, Captau du Buc, Dominus de Cadilac duxit in uxorem filiam & heredem de Candalle in Anglia, quæ erat Soror Ducis de Suffert ex qua procreavit filium unicum Gastonem de Foix & duas filias. Tertiogenitus Dominus N. de Foix Dominus de Lautrec duxit filiam Odeti Doriæ Comitis de Cominges, ex qua suscitavit filium unicum & unicam filiam. Filius fuit vocatus Odet, cujus fiet mentio infra.

Alanus Dominus d'Albret Comes de Dreux de Gaurs &c. Primogenitus prædicti Domini d'Albret & filiæ Vice Comitis de Rohan duxit uxorem Franciſcam de Britannia Comitiſſam de Pointhieurs & de Perigot, Vice Comitiſſam de Limoges & Dominam de Avesnes, quæ erat filia Vilhelmi de Britannia Comitis de Pointhieurs & filiæ de la Thour & Boloniæ, ex qua ſuſcitavit filios tres & filias quatuor.

Joannes d'Albret primogenitus Amanienis Dominus de Orval ſecundogeniti Caroli d'Albret, & Iſabellæ de la Thour viduæ Comitis de Pointhieurs duxit Carolam filiam Joannis a Burgundia, Comitis de Nevers & de Rethel, quam procrearat ex Paula de Pointhieurs ſecunda uxore, ex qua reliquit duas filias: major natu nupſit Carolo Clivenſi, ut infra dicetur.

Gaſton de Foix Rex Navarræ primogenitus prædicti Gaſtonis de Foix, & Dominæ Eleonoræ Reginæ Navarræ duxit Magdalenam filiam Regis Caroli VII. Anno 1462. ex qua reliquit filium unum Franciſcum Phoebum & filiam unicam.

Joannes de Foix ſecundogenitus Gaſtonis de Foix & Eleonoræ duxit filiam Ducis Aureliæ & filiæ Clivis Anno 1472. ex qua reliquit filium unum, & unicam filiam.

Tertius cognomento Infans de Foix obiit ſine liberis, ſed filia primogenita prædicti Gaſtonis & Eleonoræ Reginæ Navarræ fuit deſponſata Franciſco Duci Britanniæ filio Richardi de Britannia, ex qua reliquit filias duas, Major natu nupſit Carolo VIII. Franciæ Regi, uti infra dicemus.

Secunda fuit deſponſata Gaſtoni de Foix, Comiti de Candalles, quemadmodum dicemus:

Ga-

Gaston de Foix Comes de Candalle, de Bernoges & de Lavaul filius secundigeniti supradicti Joannis Comitis de Foix, & Dominæ Joannæ d'Albret, qui erat Comes de Bennauges, & Captau de Buc Dominus de Cadilac &c. Duxit uxorem supradicti Gastonis Comitis de Foix & Eleonoræ Reginæ Navarræ, ex qua procreavit filios tres, & filiam unicam, qui in secundis nuptiis duxit Isabellam d'Albret tertiogenitam filiam Domini d'Albret, & Franciscæ de Britannia, Comitissæ de Pointhieurs, ex qua procreavit filios duos & filiam unam.

Odet filius Comitis de Foix & Domini de Lautrec fuit Marischalchus Franciæ, duxit uxorem Franciscam d'Albret filiam secundogenitam Domini Dorval & filiæ de Navers, qui factus est Comes de Artelois, Baro de Doucy, & heres plurimorum Dominiorum, ex qua reliquit filium unicum.

Joannes primogenitus Alani d'Albret Comitis de Dreux & Franciscæ Britannæ Comitissæ de Ponthieurs duxit Mariam Reginam, quæ semper gessit titulum Regni Navarræ, ex qua suscitavit filios duos, & filias quatuor. Gabriel secundogenitus dicti Alani d'Albret, Comitis de Dreux fuit Dominus de Avernis, sed obiit sine liberis. Amanius tertiogenitus fuit Cardinalis.

Ludovica filia primogenita dicti Alani d'Albret, Comitis de Dreux fuit desponsata Carolo de Croy Principi Chimarensi, Domino Avesnarum &c. Reliquit filias quatuor.

Carola secunda filia dicti Alani fuit collocata in matrimonium Duci de Valentinois filio Papæ Alexandri Anno 1498. Reliquit filium unicum.

Isabella tertiogenita filia dicti Alani nupsit Gastoni de Foix Comiti de Candalle uti supra diximus.

Anna quarta decessit sine liberis.

Maria primogenita filia Joannis d'Albret primogeniti Amanionis Domini Dorval, qui erat secundogenitus Caroli d'Albret, & Isabellæ de la Tour, cujus supra facta est mentio. Nupsit Carolo Clivensi Comiti de Nevers & Deux, ex quo reliquit filium unicum.

Secunda nupsit Domino de Lautrec, ut dictum est supra.

Franciscus Phoebus filius Gastonis Regis Navarræ, & Magdalenæ filiæ Regis Caroli VII. fuit Rex Navarræ annis duodecim, obiit sine liberis, sed Catharina Regina Navarræ filia unica dicti Gastonis nupsit filio Domini d'Albret uti supra dictum est.

Gaston filius Joannis Comitis de Foix & filiæ Ducis Aureliæ, qui erat Dux de Nemours, Comes de Foix Capitaneus Generalis Regis Franciæ in Italia cecidit in prælio Ravennali Anno 1512. sepultus Mediolani in Ecclesia Majori.

Germana filia Comitis Joannis de Foix & filiæ Ducis Aureliæ, Soror prædicti Gastonis nupsit Ferdinando Regi Arragonum, ex quo nullos habuit liberos. Postea nupsit Joanni Marchioni Brandenburgensi Anno 1518. in Hispania. Tertio nupsit Friderico filio Regis Neapolitani.

Anna primogenita filia Ducis Francisci de Britannia, & filiæ de Foix & Navarræ, Ducissa & Heres Britanniæ & Comitissa de Tampes nupsit Carolo VIII. Regi, Franciæ qui decessit sine liberis Anno 1498. quæ postea nupsit Regi Ludovico XII. ex quo reliquit filias duas. Mortua 1513.

Secundogenita dicti Ducis Francisci moritur admodum juvenis.

Ga-

Gaſton de Foix, Comes de Candalle, de Benauges & de Lavaul primogenitus Gaſtonis de Foix Comitis de Candalle & filiæ de Foix duxit Martham Comitiſſam Deſtrac ex qua reliquit quatuor filios & unam filiam.

Secundus Joannes de Foix Archi epiſcopus Burdegalenſis & Primas Aquitaniæ.

Tertius Petrus de Foix duxit filiam heredem de Pent Labbé in Brittannia.

Anna filia prædicti Comitis (Gaſtonis) de Candal nupſit Regi Hungariæ. Reliquit filium unum & filiam unam. Filius Ludovicus duxit Mariam tertiogenitam filiam Philippi Regis Caſtellæ, Sororem Cæſaris Caroli V. defunctus ſine liberis. Filia nupſit Ferdinando Infanti Hiſpaniarum qui nunc eſt Rex Romanorum Hungariæ, & Bohemiæ &c. (*a*)

Alanus de Foix Vice Comes de Caſtillon filius primogenitus prædicti Comitis de Candalle ex ſecunda uxore filia d'Albret. Duxit filiam heredem Domini de Montpeſac.

Secundogenitus Amonion factus eſt Protonotarius. Ludovica filia unica prædicti Comitis Candalle ex ſecundis nuptiis, nupſit Franciſco de Melem Comiti Deſpinoy Domino Danthong & de Richeburg; reliquit plures liberos.

Henricus primogenitus Joannis de Navarra, qui gerit titulum Regni Navarræ duxit Margaretham de Valois, Sororem Franciſci Regis Galliarum, ex qua reliquit filiam unicam heredem, quam duxit Antonius de Bourbon Dux Vendormienſis, qui jam gerit titulum Regis Navarræ.

Anna

(*a*) Ætas Autoris hujus genealogiæ. *Koll.*

Anna primogenita filia Caroli de Croy Principis Chimacensis & Ludovicæ d'Albret, nupsit Philippo Duci ab Arschot &c. Reliquit filios tres, & filiam unam. Ludovica filia supradicti Ducis de Valentinois & filiæ d'Albret nupsit Domino de la Trimoulle, qui antea duxerat filiam Ludovici Bourbonii Comitis de Montpenrier.

Carolus filius supradicti Comitis de Nevers & filiæ heredis Dorval Dux Clivis, Comes de Nevers duxit N.

Claudia primogenita filia & heres prædicti Regis Ludovici XII. & Annæ Ducissæ Britanniæ nupsit Francisco Valesio Regi Franciæ, ex quo reliquit plures liberos; Franciscum primogenitum, qui obiit sine liberis, Henricum jam Regem Galliarum, Carolum ducem Aurelianensem defunctum, & Margaritam nondum maritatam.

Adami Franc. Kollar Monitum.

Hæc Genealogia Gentis Albretinæ & Foixorum, ex qua fuit Anna Wladislai II. Conjux, manu Gallica, ut mihi quidem videtur scripta est rerum potiente in Hungaria Ferdinando I. Scholion manu Sambuci Scriptum indicare videtur, ab eo lectam, aut possessam fuisse. Quidquid autem de hoc sit, videtur mihi omnium, quas quidem legerim, esse accuratissima. De Gente Foxiorum professa opera egerunt Petrus de Marca in Opere *Histoire de Bearn* Biblioth. Eugen: LIX, B. 10. ubi in Epistola ad Lectorem Scriptores, qui de Gente Foxionum egerunt, laudat tres videlicet *la Periere Tolosain*, *Bertrand Elie de Pamies* & *Othagaray*. Protulit etiam in lucem

cem Tabellam Genealogicam Foxiorum Henelius Annal. Siles. T. II. pag. 374. seqq.

IX.

Genesis filiorum Serenissimi Regis Ferdinandi Roman. Hungariæ & Bohemiæ &c. Domini mei Clementissimi, ex Serenissima Anna Regina natorum.

Elisabeth nata est Lincii Anno 1526. dieg. Julii mane hora 4. quæ postea nupta erat Sigismundo Augusto Regi Poloniæ Mortua Anno 1545. Junii 15.

Maximilianus natus est Viennæ Anno 1527. die 1 Augusti hora XI. Minuto 30. post meridiem, qui duxit uxorem Mariam filiam Caroli V. Imperatoris, fuitque electus in Regem Bohemiæ Anno 1549. die 9. Februarii.

Anna nata est Pragæ 1528. die 7. Julii mane hora 4, quæ nupta est filio Ducis Bavariæ.

Ferdinandus natus est Lincii Anno 1529. die 14. Junii hora 3. post meridiem.

Maria nata est Pragæ Anno 1531. die 15. Maji minutis 15. post meridiem, quæ nupta est Duci Clevens.

Magdalena nata est in Inspruck Anno 1532. die 14. Augusti, horis 8. & Minutis 30. post meridiem.

Catbarina nata est Viennæ 1533. die 25. Septembris mane per 15. minuta ante horam 5. quæ nupta est Duci Mantuæ.

Leonora nata est Viennæ Anno 1534. die 2. Novembris mane minutis 15. ante quintam.

Margaretha nata est in Inspruk Anno 1536. die 15. Februarii hora 4. Minutis 30. post meridiem.

Jo-

Johannes natus est Pragæ Anno 1538. die 10. Aprilis mane hora 3. qui mortuus est in Inspruk intra annum.

Barbara nata est Viennæ Anno 1539. die ultima Aprilis mane inter tertiam & quartam.

Carolus natus est Viennæ Anno 1540. die 3. Junii mane inter quartam & quintam.

Ursula nata est in nova Civitate Austriæ Anno 1541. die 24. Julii horis 15. Minutis 45. post meridiem, quæ obiit in Inspruk duos annos nata.

Helena nata est Viennæ Anno 1543. die 7. Januarii mane hora octava, id est, horis quatuor ante meridiem.

Joanna est nata Pragæ 24. die Januarii Anno 1547. hora 8. ante meridiem, quam ex Sacro fonte suscepi ego Nicolaus Olahus Episcopus Agriensis Cancellarius Regiæ Majestatis in Hungaria: Serenissima Regina Anna retinuit secundinam usque ad 26. diem ejusdem Mensis horam 11. ante meridiem, quæ obiit 27. mane circiter horam octavam, eadem ferme hora, qua pepererat.

Philippus Rex Hispaniarum filius Caroli V. Imp. Romani natus est in Hispania 21. Maji Anno 1527. prima hora post meridiem.

Adami Franc. Kollar Monitum.

Hæc Adnotatiuncula genealogica ipsiusmet Olahi manu scripta est, qui eidem Epigraphen exteriorem fecit hanc: *Genesis filiorum & filiarum Majestatis Regiæ Domini mei clementissimi scripta per me Pragæ* 14. *Octobris* 1549.

Quod autem hic Olahus memorat, Joannam ab se ex Sacro fonte fuisse susceptam, idem testatur ipse

ipse Ferdinandus in Diplomate sub finem Hungariæ, & Atilæ Olahi a me vulgati.

Hæc omnia descripsi in Bibliotheca C. Fr. Széchény ex Cod. MS. continente Historico Genealogico Geographica T. I. pag. 9. 13. 17. 21. 145. 149. 157. 169. in 4to Kis Czenk die 4. Junii 1796, M. G. Kovachich m.p.

Est iste Tomus ex MSS. Festetichianis, illa ex Kollarianis, hæc ex Cæsareis &c. desumta.

X.

De Maximiliani I. in Hungaria Electione Nota Sambuci.

1514. Post cruciatum bellum seditio rustica Nobilitatem fere exstinxerat, nisi Joannes Zapolya egregia, multaque celeritate cædem compressisset. Ibi tum ex Rakosiensis Generalis Decreti - - - uti mortuo Ladislao Corona Vaydæ ob detectas vulgi insidias, neminique alieni nominis imponeretur, decretum, contra quam Ladislaus ad Viennam egit; cujus memor Vayda, victo Ludovico tardius successit contentione relicta ob pactum Rakosiense Valentino Terek, Perénio &c. Sed controvertitur, an Ladislaus Polonus id - - - tum - - - poterat contra Rakos, & Ludovico mortuo, an non Vayda voluntate Gentis, actisque in Regem poterat electionis, & suffragiorum fuisse licitorum hinc apparet. Ideo per totos quatuor dies Ferdinandus distulit Coronationem Maximilani filii, quod electum eum dixerunt, non datum Regem Tandem ne vis fieret, præliumque, scriptum pro *electus*, nominatus fuit Rex Hungariæ.

XI.

XI.

De Origine odii Joannis Vaydæ Nota Sambuci.

Tempore Ladislai Stephanus Scepusiensis, & Laurentius Dux, Bosnensis Regis nepos vel filius valde potens, conjuraverant de mutuo patrimonio, si sine liberis decessissent. Atque ita cum uterque liberos haberet, tum tamen iis mortuis præter Joannem, mortuo prius suo patre, confirmavit fœdus Joannes cum Laurentio firmiter, ut ea spe ad majora niti posset, & filiam quoque Ladislai Annam, antequam cum Maximiliano esset transactum, speraret: Eodem tempore postea Emericus Perény Palatinus, & Joannes Dragffy, & Stephanus Bathory tum adhuc Comes Temesiensis (quarta dignitas a Rege; nam Palatinus primus, secundus Vayda, tertius Banus quartus Comes Temesiensis) quoque inierunt societatem, ut sine ipsorum consensu nemo Palatinus fiat, vel majores dignitates aucupari possit. Interea moritur Emericus Joanne in Transylvania absente. Per corruptam nobilitatem eligitur Palatinus Stephanus Bathory, quam rem indigne ferens Joannes, corrupta omni nobilitate cogi in Hatvan Comitia perfecit, & istis magna populi frequentia deponit. Bathori & Magister libellorum Verbetzy, fit & Notarius Palatinalis. Hinc odia magna (etsi Dragffy non erat ita curiosus unitorum Studiorum) Moritur Laurentius senex Dux ad eosdem dies; ibi Joannes a Ladislao & aliis ex conventione bona postustulat. Adversatur primum Thomas Cardinalis, deinde Ladislaus Varga (sic) Archiepiscopus, corruptus promissis 50000 ex iis Bonis, si Ladislao More illi viduam Laurentii efficeret. Litibus & rixis res

acta

acta varie, Interea Ladislaus Rex Pragam, & alio profectus, donat Bona illa Ladislao More & viduam Laurentii, & quia Donationis literæ erant in extero Regno confectæ, non Sigillo Regni Hungariæ decretæ, conqueritur Joannes de illegitima Donatione; ea Cautela Rex, & Ladislaus Archiepiscopus prætensa, statim ad easdem literas Donationis Bohemicas in Cella Joannis Hali aurificis Budæ confit Sigillum amplum, Regium, & apponitur loco alterius Sigilli in Bohemia appositi: itaque obtinet More omnia. Hinc odium omne in reliquos, & quidem tempore Ludovici deinde exclusus Joannes sua propria ex arce iracundus & spretus discessit, & dixit trajecturus Danubium: O Buda! O Buda quam sæpe requires me, ut intrem in arcem adhuc. Indeque omnia in Ludovicum & ceteros semper molitus est & alios, quia valde erat potens, & 4000. hominibus sæpe itinerabatur comitatus.

Adami Franc. Kollar Monitum.

Huic Historemati Sambucus inscriptionem præfixit hanc: *Nota de Origine odii Joannis Faydæ*, quæ si componas cum eis, quæ sunt supra nullas dubitabis Ludovicum a Scepusio ad Mohach fuisse proditum.

XII.

Mors Joannis Cociani, vera nimirum Narratio cur fuerit occisus.

Postquam Cocianus, uti Ungari eum vocant, e clade sui exercitus, quem in hostilem terram relictis

a

a tergo arcibus Turcicis quam plurimis incaute duxerat, elapſus eſſet, domum ſuam ſe recepit, quam in Carnis habebat, cumque a Ferdinando Viennam acceſſitus, eſſet ut rationem rei male geſtæ redderet, confiſus in ejus Regis clementia, neque ſubterfugere auſus, Viennam venit, ubi tam Regem, mitem alioquin & benignum, ſed tunc ob deletum adeo florentem exercitum, ac primarios Duces, nobilesque aut captos, aut interfectos juſta ira exacerbatum, quam Senatores diverſis criminationibus ab eo averſos reperit, & nullum excuſationibus ſuis gratiæ apud eos locum invenit. Itaque juſſo in Cuſtodiam ire, adhibiti ſunt Cuſtodes, qui ne elaberetur, diligenter curarent, neque tamen amicorum, ac affinium aditus ei prohibitus fuit, aut alia liberæ cuſtodiæ ſolatia, ita, ut a nobilibus quoque matronis in ſpeciem viſitandi nonnunquam adiretur, unaque cum eis cibum ſumeret, cumque in dies de Regis, ac Senatus clementia deſperaret, conſilium de fuga cœpit, ac cuſtodes aut vino ſopitos, aut cartharum ludo intentos eludens, deceptis etiam Arcis, urbisque ipſius excubiis, e feneſtra (quam ferreis clathris munitam, effringere quidem non poterat, ſed qua lateritio operi ſaxum interne committitur, perfoderat) ſe dimiſit, ac equis, qui per fidos ſibi miniſtros in fine ejus ſuburbii, quod meridiem ſpectat, ſervabantur, in tutum ſe recepit. Ferunt autem primariam quamdam matronam argenteis duabus lagenis incluſos funes ei clam ſubminiſtraſſe vino ſuper infuſo, quibus ipſe in evadendo uteretur. Ita cum undique a Regiis quæſitus ad carcerem & ſupplicium reducendus ſibi formidaret, ad Mehemetem Paſſam, qui tunc Nandoralbæ nomine Solimani præerat, literas ſcribit, quibus ſignificabat, ſe ad turcas tranſiturum,

ſi

ſi ſtipendia, ac honores ſibi darentur. Eas literas, addito etiam commendationis ſuæ certo teſtimonio Mehemetes Conſtantinopolim miſit. Atque iſthuc, cum paſſim ea res, & Conſilia Cociani de transfugio vulgi ſermone circumferrentur, Ferdinando innotuit, & quod ejus indignationem in majus auxit, ipſæ quoque Cociani Litteræ per Vezirium Deaz Paſſam ad eum miſſæ ſunt. Rex igitur, datis in omnes partes literis, eum capi, ac vinctum compedibus ad ſe adduci, aut ſi ſecus non poſſit, priusquam ad hoſtes tranſeat, e medio tolli jubet. Erat tunc Cocianus in arce Coſtanicia munito loco ſita, quam fluvius Vnna circumfluit, & quæ olim ad Prioratum Auranæ pertinebat, ſed eo tempore ditionis Comitum de Zrinio eſſet, per ſpeciem impetrati a Joanne Comite ibi hoſpitii, re tamen vera, quo commodius fuga elabi, ac citius e propinquo ad hoſtes tranſire poſſet. Rex itaque, datis clam ad Nicolaum Comitem Joannis fratrem mandatis, ſe moleſte, graviterque ferre ait, datam ei in ea Arce habitandi poteſtatem, ſimulque negotium ei dat, illius e medio tollendi: Is eo profectus in arcem admittitur, et cum a prandio Cocianus ſe in cubiculum recepiſſet, duos milites, genere Croatas Georgium Crabus, et Ioannem Hoyzith ad eum mittit, ipſemet in arcis porta ſubſiſtit, varios cum aliis, ac cum ipſis portæ Cuſtodibus *ſermones*, qui majori ex parte e Bohemia per Cocianum eo adducti erant, ſermones conferens, nequid ab illis, quo ejus conſilia turbarentur, periculi immineret. Ii ad ſuperiorem ædium partem aſcendentes, ſe quædam ad eum pertinentia adferre ſimulant; cumque dimiſſis a Cociano arbitris ingreſſi eſſent, prior Georgius pugione eum vulnerat ſub ventrem, et quamvis plaga lethalis eſſet, tamen

ipſe

ipſe quoque arma, quæ non procul appenſa erant, arripere conatus, a Joanne ſecuri per caput percutitur & concidit, tum ejus cadaver in ſubjectam arcis aream projiciunt. Caput deinde præciſum Viennam ad Regem mittitur, quod ibi a ſorore ejus, quæ Ulrici Aicingeri conjunx erat, tumultuario funere ſepultum fuit. Ejus hæreditatem omnem, ac fundos in Carnis & Styria filii ejus, quos tres reliquerat (Balthaſarem, Wolfgangum & Joannem) obtinuerunt, ita ut perperam ii ſentiant, (inter quos Jovius) qui magna cum Comitis injuria, ditionem omnem Cociani, ob occiſum eum, Comiti a Rege attributam dicere audent. Rex deinde lata lege, eum non tam ob rem fœde geſtam, quam quod certis argumentis, ac literis manu ejus ſcriptis, meditati ſceleris & transfugii reus erat deprehenſus, jure cæſum pronunciat. Qua de re ejus Diplomata nunc quoque exſtant.

XIII.

JOANNIS REGIS HUNG. DECESSUS

Joanni Statilio, qui tunc Oratorem agebat in Gallia per Antonium Verantium A. C. 1540. *perſcriptus.*

Antonius Werantius Joanni Statilio Avunculo ſuo S. D.

Binas ad te non ita pridem, & utrasque parvo tempore dederam literas. Alteras Cornelio Seppero Legato Cæſareo, alteras Hyeronimo Jacuino Ci-

vi

vi Venzonensi. Ex quibus Joannis Regis nostri Summum vel potius inevitabile vitæ periculum facile intelligere potuisti. Nam primis simul ac Albam Gyulam pervenerat, Apoplexia gravissime fuisse correptum, postremis ad ultima redactum fata, & vivendi spe omnino destitutum accuratissime descripseram, ne incrementis quidem morbi prætermissis. Habeas his ejusdem obitum toti certe Reipublicæ Christianæ summo dolore deplorandum. Porro quum ei Cœli mutationem Scioli quidam persuasissent, quæ vel omnium physicorum sententia crescente adhuc morbo, judicatur esse plurimum metuenda propter vertiginem, quæ ex intempestiva jactatione, & lucis splendore causari consuevit, Saxosebesum sese contulit, ubi denuo Apoplexia, postea etiam Epilepsia per plures dies conflictatus, tandem solutis omnibus in langvorem nervis Corporis, officioque linguæ consopito decubuit, nonoque de hinc die nullo interim Sermone edito, aut motu facto, nec sumpto Epulo, sed perinde ac Saxum jacens, & interdum admodum torve intuens, acie oculorum in obliquum intenta cum summa patientia, & constantia, quam semper sanus præsetulerat, citra omnem molestiam, atque horrorem quo homines in agone vitæ constituti solent cruciari, hora octava ante meridiem decessit. Eo tum, & motum terræ sensit tota Transylvania, ut magni momenti Regem mundus obiisse intelligeret. Cujus mortem ne natura quidem Signis carere voluerit, verum ut ejus omnem transitum ex ordine intelligas, quodque postea actum in rebus publicis, quove pacto ubique tumultuatum inter proceres, longiore opus erit, & quidem tali Epistola, quales tu, dum abes, a me semper exigis, ut, quanto tardius propter locorum distan-

tiam perferuntur, tanto uberiores veniant, nihilque etiam, quod in vulgi turba jactare intelligam, non exarandum curem, ut veritatem rerum ex multis multorum opinionibus velut aurum ex montium ruderibus erutum, ac repurgatum facilius colligere possis. Itaque Principio uti jam habes, quum Saxosebesi morbus ex omni parte fortius illum occupasset, urgereque videretur ad extrema, præsertim lue Comitiali valde confectum triduo antequam ambulare desiisset, cæperant eum Vires solito celerius destituere. Advocatisque Consiliariis Stephano Verbucio, Petro Petrovio, Valentino Turco, Georgio Vttissenio Heremita, & Joanne Ezechio, neque enim alios admitti patiebatur, quod ægritudo nimis eum deformaverat, quantum in horas deficeret, admonuit quædam etiam de statu Rerum, ne tum quidem Officii, curæque Regiæ oblitus, contulit. Interim advolat Nuntius de nativitate Filii, fit publica ubique lætitia & mutuæ omnium gratulationes. Pater etiam resumpto nonnihil Spiritu factus hilaris, petit Equum, adducitur satis ægre, inscendit prodit in Campum (quod vel ex instituto quodam pene quotidie faciebat) confirmaturus populos eoque protractis Bombardis duabus quæ vix bicubitali longitudine, pauloque dispari laxitate in altum diriguntur, indeque velut fulgura superne Urbes casu, non impetu feriunt, vulgo mortaria appellatæ diu jaculatum, neque id feliciter ut omnia ejus fausta infaustis miscerentur in finem usque, quemadmodum scis hominis fatum, ubi immenso illo sonitu, ac boatu offensus aures, semianimis rediit domum, quæstus assidue stridore quodam valido adeo sibi repleri caput, ut armatorum acies in eo præliari putaret, Postridie tandem in lectum corruit, Tabulas

bulas Teſtamenti condidit, factaque Confeſſione ritu Catholico comedit ſacrum Panem, & Calicem bibit, Conſiliarios deinde hortatus, ut curam tam ſui, quam Regni ſedulo gererent, ne quod ipſe ſua induſtria, magno labore, & multorum convitiis exercitus Chriſtianis repoſuerat, eorum incuria in priorem fortunam periculaque reciderent, uxorem ac filium ſuum non deſtituerent, & ſi e re publica fore judicabunt, etiam coronent, ex Auſtriæ Domo Principem non peterent, neque unquam ejus generis cuiquam ſtuderent, ne impoſterum quoque graviora ſuſtinere cogerentur, quam hac mea inquiens (ut ſuperiores Reges Veſtros non commemorem) cum Ferdinando Rege nondum ſopita contentione, ſuſtinueritis, quippe cum & me vel ab ipſis incunabulis ſemper ea familia acerbiſſime eſt perſecuta, & conata Hungarorum dominationem quoquo modo uſurpare Solymanno Cæſari parata jam ab ſe munera tempori mitterent, ut morientis etiam meam erga ſe fidem agnoſceret, vosque veſtram, qui ſupereritis apud eum probetis Nec ludetis Domini operam, hoc enim vobis proderit, hoc miſera ſtabit Hungaria, hoc colliſi ordines revalebunt, hoc uxorem meam ſervabitis & liberos meos promovebitis, neque aliunde mea quidem Sententia Vobis veſtri tum Regni, tum veſtrum omnium incolumitas ſperanda eſt, quam a ſolo Solymano, quod equidem ſic ſe excuſans, quaſi dixiſſet impie; non ſuadere, ſi inter Chriſtianos Principes Chriſtianum amorem, modumque veræ concordiæ cognoviſſem, & in quibus dum plus pietatis, æquitatisque, quam ambitionis cupiditatisque quorumdam etiam incuriæ, atque contemptus rerum noſtrarum reperiſſem, quin vos, qui tranqui-

 litati,

litati, æquoque ſemper ſtuduiſtis, periclitabamini: Ego exilio premebar, & cum Domeſticis meis magno inſidiarum, ac proditionum æſtu grave habebam negotium, Turcumque incredibili arte, admirandis Officiis, & ſubjectione plus quam privati hominis continebam, ne ad ſubjugandum totum, quod Regni erat reliquum, raperetur. Sed hæc vos melius, qui mihi ſemper a Conſilio exſtitiſtis. Itaque ad eum meo judicio recurretis, illi vos tutandos exponetis, poſtquam ſic ferunt tempora, ſic volunt ſuperi. Tu Georgi Vtiſſeni, quem ego ab exiguo ſtatu mihi ipſi velut pro arbitratu meo hominem formans ad ſummum rerum faſtigium promovi, et multis Viris præclaris, atque Illuſtribus genere prætermiſſis, qui & ingenio, & potentia pollerent in locum pene germani fratris quem unicum habebam, mihi adjunxeram. Uxori meæ, ac filio chariſſimo peculiariter Tutor, & procurator eſto. Vos cæteri Domini Fratres mei. (Sic enim ex uſu omnes, quibuscum loquebatur blande in omni Vita compellabat, ſumme ſtudens homines humanitate demereri. Hungarice efertur *Urak* Domini; *Atyámfiai* Patris mei filii) hoc eſt Fratres) quos pariter & amavi, & ſuper multos evexi, ſiquid exſtincto mihi gratitudinis, ſiquid ſoliti Officii ex fide, quam ſemper erga me conſtantiſſime probaviſtis, adhuc exhibere non pigebit, Parentis munus tam in filium, quam in uxorem meam ſuſcipite. Ipſique Georgio Veſtra Concordia, veſtris ſtudiis, veſtris Conſiliis, opeque, oro, adeſte ſemper, & auxilio ſitis, quo melius Provincia ſua fungi poſſit. Odiis vero inteſtinis pro veſtra prudentia, pro modeſtia, proque animi candore omni conatu occurrite. Ne ſi fortaſſe illa neglexeritis, aut etiam fovebi-

vebitis, præſertim Rectore ſpoliati celerius & invicem collidamini, et filioli mei ſucceſſionem perturbetis, uxorem in triſtiorem luctum, atque in ultimas difficultates conjiciatis.

Poſtea vix verbum per totos eos VIIII. dies, quibus uti jam diximus, cum morte luctatus eſt, edidit. Niſi, quod miſerabili quadam ſpecie defixo ſæpius aſpectu in Conſiliarios, acclinatoque etiam, quantum poterat ad eos capite, diu reſpiciebat. Tanquam ſi loqui vellet. Deinde cum nequiret, demiſſis ſenſim palpebris, doloris utique ſignificationem in vultu relinquebat, quo eorum animi magis dolore feriebantur indeque non ſine lachrimis, ejulatum gemitibus comprimentes abſcedebant. Donec iterum velut a ſomno experrectum, Cubicularii nunciabant oculos aperuiſſe, ſicque per hæc momenta ſubinde, ad eum regreſſi, invitantes ad dicendum, ſi quid reſtaret, quod eos vellet, exanimatus eſt.

Deceſſum ejus iidem Conſiliarii per dies de induſtria ſuppreſſerunt, quotidie ter, & quater cum medico de more ad illum ventitantes, donec mutuis ſe ſe fœderibus devincirent. Majladumque, ac Balaſſam Wajvodas in ſententiam ſuam adducerent, quæ res imprimis per Valentinum Turcum, dehinc per Nicolaum Telegdinum diu, & fruſtra tentata, cognitaque tandem ipſorum pertinacia, nihil cunctati, quum perturbata ratio Status Regni, ad reparationem aliquam maturare hortabatur. Mox una omnes, data primum atque accepta inter ſe ſe ſecuritatis ſocietate, fidem ac ſtudia magnis Juramentis Reginæ ac Joannis filio obſtrinxere Valentinus ipſe, quod vix credebatur, cujus fides inter Joannem, & Ferdinandum ſemper fluctuaverat, caput etiam ad hoc devovit, totusque in eo eſt ferociſſimo ſpiri-

tu, ut Ferdinandus in Regnum nullo pacto admittatur. Hinc ad res gerendas, quas lugubre tempus attulerat, animum curamque adjecere, & initio statutum, ut perfidia Vajvodarum vi etiam expugnetur, si sponte illorum partibus non accesserint. Secundo loco Stephanum Verbucium Cancellarium cum Joanne Ezechio quinque Ecclesiarum episcopo ad Imperatorem Turcicum cum muneribus & pensione diu jam promissa, & pactis sancita, neque adhuc vel semel persoluta, miserunt, Georgio Vtissenio Regni Quæstore, cui per Regem ea legatio erat delegata, retento, quo ille potissimum, cui Rex tum uxorem, tum liberos, cæteraque omnia sua crediderat, domi esset, & militum, & Regni curam gereret, quo alioquin diu jam fungebatur, opesque & pecunias Regias, quas in manu habebat, conservaret.

Summa autem Legationis hæc fuit: ut mora de Legatorum expeditione imprimis commissa ob periculosam conjurationem Wajvodarum, quæ armis erat sopiendia, deinde ob gravem atque diuturnam valetudinem Regis, cujus causa omnes reliquæ actiones cessaverant, excusetur. Postea sciret Cæsar Joannem Regem humanis rebus exemptum, quique dum adhuc viveret, ac sensu, & ratione uteretur hæc ad ipsum mandata dari præcepisse, se scilicet memoria semper tenuisse, qui Hungariæ Regnum sua ipse virtute, ac ferro a Romanorum Rege accepisset, sibique Dei beneficio dono contulisset, nuncque pro hac in se tum munificentia, tum amore singulari agere gratias immortales quas alioquin semper alias egerat, quotiescunque tanti benefactoris mentem subibat recordatio. Cæterum cum Deo optimo maximo ita complacuisset, ut id temporis moreretur. illud ipsum Regnum ea fide, qua moderandum acce-

cepe-

ceperat filio obtinendum, possidendumque reliquisse, atque obnixe orasse Cæsarem vellet hujusmodi successioni annuere, & ipsius filii ejus paulo ante suscepti, nec adhuc visi, uxorisque infelicissimæ, & Hungarorum orbitatis tutelam pro sua magnitudine, & bonitate assumere, se demum nunquam, ne tum quidem, quum decederet, dubitasse Cæsaream illius mentem ea clementia, ac liberalitate, qua in patrem cum universi orbis terrarum admiratione usus est, in filium quoque usurum. Solaturumque pietatis muneribus uxoris calamitates.

Alia quædam ad communem populi usum pertinentia ab ipsis Consiliariis adjuncta prætermitto: hæc duntaxat inserui quæ Joannes filio consulturus nuncianda curaverat.

Valentino postea, & Andrea Báthoreo data Provincia obsidendæ Arcis Fogarassii cum toto Exercitu mercenario, nobilitatisque ordinibus, quos Rex ex Hungaria adduxerat, idque vel ea sola ratione, ut utrumque Vajvodam in ea, in qua esse ferebantur intercluderent saltem, si obtinere non possent. Ne cum conjuratis versarentur. Et quum illa Arx, ut scis, & natura ipsa, & Majladi industria validis operibus instructa est, & cuivis etiam Principis potentiæ expugnatu difficilis, injunctum, tria circum eam Castella erigi, & præsidiis compleri, ne tanquam pestes egredi possint, quique aut fame, aut diuturnæ obsidionis affecti molestia, ad deditionem compellantur, neque has copias e Transylvania interim sunt dimissuri, aut mutaturi consilium, donec in obsessos omnem vim, fortunam, atque ingenium experiantur. Esto, quod & Turcarum auxilia erunt advocanda. Nam adhuc iis tuto terremus adversarios, nihil tamen his terriculis permoventur.

 quip-

quippe qui in dies magis, ac magis Saxonum Civitates, & reliquas duas nationes in studia Regis Romanorum tum nuntiis, tum literis sollicitare non cessant, sed nondum quicquam videntur proficere, quum omnia sileant ob externarum Copiarum præsentiam, sicque ad fucum ut putamus, conversi, ne nihil interim velle videantur. Quod honestum dici non posset. Honorem enim in proscriptione ademptum, & bona omnia sine dilatione, & sibi, & cæteris conjurationis authoribus reddi postulant, quandoquidem conjuratorum adhuc res non sunt in fiscum redactæ, neque Causæ actio requisita, se vero vicissim omnium injuriarum, quas a quibuscunque perceperunt, nunquam recordaturos, imo daturos etiam ultro veniam omnibus, quos aut accusatores, aut suspectos hujusmodi inimicitiarum habuerint. Demumque in ipsorum sententiam ac societatem fœderis ituros offerunt, & pollicentur. Responsum est, omnia, quæ postularunt, fore illis integra, si prius, & statim, ut ipsi quoque fecerunt, Reginæ, ac Joannis filio fidem juramento addixerint. Deinde ad eam profecti, supplices admissi veniam fuerint deprecati data insuper utrique quum salutis securitate tum obtinendorum Bonorum, Arciumque firma spe, atque fiducia, de honore reddendo, quem adeo temerarunt, ut abluendo ne Marisus quidem insignis Transylvaniæ fluvius sufficeret, admodum langvide transigitur. Tamen hoc quoque rejectum in Reginæ gratiam. Illi ad Reginam proficisci veniam petituri paratos se se receperunt, verum jure jurando fidem cuipiam obstringere nequaquam velle, nisi cum toto Regno eodemque inclinaturos, quo omnes Transylvani. Præterea indicerent publica Comitia, liceret omnibus ordinibus tuto convenire, ut quod quemque

que

que deceret, ac toti Hungariæ conduceret, decerneretur. Nemo ſuis rebus ſtuderet, publicis conſuleretur. Fortiores, melioresque, & qui prudentes eſſent, Caſtris anteponerentur, donec meliorem viam inſtaurando Regno fata demonſtrarent. Se nec a conſenſu Procerum diſceſſuros nec novi quippiam molituros, quod communi ſaluti obſeſſet, aut non ab omnibus probaretur. Hæc omnia a Majládo, veteris odii memore ad Eperienſem Civitatem in Caſtris quum amor, & Imperium non ferat ſocium, contracti potiſſimum in invidiam Vtiſſenii jactabantur, quem videbat primatum inter Magnates habiturum, publicaque potiturum poteſtate, quum Regis Teſtamento, tum potentia & authoritate ſumma, quam dudum ſibi fortunæ cujusdam beneficio non tam quæſitæ, quam a Deo quodam injectæ (Vidimus enim valde aliquando tenuem & refugientem aulam) ſupra omnium vires comparaverat. Porro omnes ejus felicitate tametſi officioſiſſime univerſos demereri ſtudebat, offendebantur, fuereque haud pauci, qui ejus fortunæ infenſi, & Joannem deſeruerant, & averſabantur filium. Facileque & Majladus, & Balaſſa, niſi forte hoc prætextu ſceleris opinionem minuebant, ad officium reduci poterant, ſi Vtiſſenius cum Republica nihil commercii habuiſſet. Verum præviderat Vtiſſenius, quo megæræ iſtæ colubros intendebant, quique Patri inſidias ſtruxerant, facile omnes mortales cognoverant, eos ne filio quoque patrocinaturos a quo opprimentur ſolius Vtiſſenii magnitudine arcebantur. Itaque Conſiliarii non fidentes Vajvodis injuratis, quod in ſe facilius injurios fore non dubitent, qui ne Regi quidem ſuo tam nefario ſcelere appetito, pepercerant, neque conventum adhuc indicunt, neque eos libe-

libere finunt agere. Et tum omnia experiuntur, ut ad jurandum inducant, antequam de Comitiis ſtatuant, & cum nullos conatuum eventus, quibus tantopere inſudant, verbis aſſequuntur, vim, & arma jam tandem aggredi meditantur. Nec ſane dubitant, quin brevi illis potientur, vel duabus de *Cauſis*: oblata ſcilicet imprimis Saxonum inſperata nunc primum declaratione ſtudiorum, qui quum certo certius Vajvodarum intemperiis conſilia ſua adjunxiſſe, noſcerentur. Tametſi Turcarum, metu multum caute, & cum lance omnia intendentes ſagaciter, quorſum tum ipſorum Vajvodarum audacia, tum, pueri res eſſet evaſura, nudius quartus delectis duobus viris ex ſingulis ſedibus miſerunt ad Conſiliarios, qui totius Gentis errorem, ut dicebant, potius, quam delictum excuſantes, quod in tanto rerum turbine non in utramque partem modo, inter quas agitabatur Controverſia, ſed in mille nutare fuiſſent coacti, donec certo Conſilio cognoviſſent, in quo tuo, & ſine honoris detrimento declinare debuiſſent, quod qui ſequendi non erant. Superiores non nihil eo - - - - videbantur, - - - - - - , dum maximam, & meliorem partem Regni conjuratione ſua complectebantur, Reginæ, ac filio per manus ipſorum Conſiliariorum in Urbe Saxoſabeſſiana frequenti Procerum conventu fidem obligarunt, nil aliud poſtulantes, quam ut a Turcis, & a Primatum rapinis defenderentur. *Alia Cauſa eſt*: Quod omnes fere Arces; illæque potiores Tranſylvaniæ cum Saxoſabeſſo ipſi habeant, in poteſtate, hisque omnibus præſint Croatæ veterani Regis Milites cum oportunis præſidiis, ne quid Provinciales novis ſtudiis obturbent, ad quod natura ipſa facile proni ſunt, dato authore etiam vili

de

de caufa: Arcium hæc nomina: Déva, Diodum, Chiculium, Gurginium, Vecium, Czpczoum, Balvanum- Leta, Almafum, & Hunyadium, tunc postremo Alba Gyula, Hela, & Petra Michaelis, quam quidem, ut falubrius & prudentius poffunt pro inftabilitate temporum artificio quodam fe fe in ambas partes gerunt, & utrisque conantur probare cum Regno interim fentientes (Exemplo illorum, qui malis adhærere nolunt) ne furorem conjuratorum experiantur, donec voluntatem, & Juffa Domini acceperint. Sed ne etiam hoc ignores Francifci Kendy utraque Arx Vecium, ac Zentivanium cum Colonis falis fodinis Colofienfibus & bona parte fuppelle&tilis occupata. Ipfe Varadini non fine cuftodia exulare juffus, quamdiu fumma conjuratorum capita opprimantur. Gerendyum Caftellum a Martino, qui Majlado perpetuo affidet, receptum. Et Cafpari Pereffio, Francifcoque cognomento Croatæ, per ipfum Regem paulo prius quam decederet collatum, ut vel ex hoc confideretur, quid de aliorum qui in fe confpiraverant, facultatibus fit futurum. Vincium & Borbereccum, vicina fibi oppida, quæ Majladi erant, Radulo Tranfalpinenfi Vajvodæ reftituta, cujus vetufto jure fuiffe perhibentur, ut ipfum a Majladi amicitia dimoveret, in qua plurimum ille fceleri fuo reponere adjumenti ferebatur. Quod ad alia attinet, Maximam omnium invidiam conflavit Rex Georgio Vtiffenio, quod ei tutelam filii commiferit, jamque videntur quidam reluctari ejus Adminiftrationis aufpiciis, ipfumque ad Gubernationis gradum afpirare, nec id tamen plane, quod ejus potentia timeatur irritare. Verum ille non dejecto animo Regiam munificentiam metitus, egregie utitur fortuna fua. Inque tum Matris, tum filii nego-

tio

tio & eſt, & videri vult ſummus. Neque id inproſpere omnium enim in illum conjecti oculi, omnium in ipſa rerum, conſiliorumque ſita deliberatio. Sed expeditis multis. Regium corpus tumulandum reſtabat, eratque in Hungariam eferendum, ut de more patrio Albæ Regali cum cæteris Regibus conderetur.. Sed Vajvodarum oppugnatio prohibebat. Itaque Albæ Gyulæ reponendum decreverant, donec repreſſis Tranſylvanis diſſidiis, ſedatiore animo eggredi, & ſecuri a novis tumultibus funeri peragendo vacare potuiſſent. datoque de his ad nos mandato adjecerant Theſauros quoque Regios una cum cadavere affuturos, quibus cuſtodiendis ne nos omni ſollicitudine, atque impendio gravaremur. Curaturos ſe ſe diligenter ſignificarunt. Nos etſi de ſuſcipiendo corpore Principis optimi nulla ıenitentia uſi fuiſſemus. Utpote ſubditi, & alioquin etiam cupidi, ut hæc noſtra Baſilica tanti Regis ſepultura redderetur inſignior, audita tamen Theſaurorum mentione, quod dicam? timuimus neſcio quid quum alia loca munitiora, & ſervandis Theſauris aptiora, quorum jam memini, eis non deerant, itaque cauſati primum albam munitiones nullas habere, locum deinde laxum, & muris infirmum eſſe, nec nobis ſumptus, viresque ad tutandum tantos Theſauros ſatis ſuppetere, & cujuspiam militem abſente noſtro Præſule, admittere nequaquam audere; vereri inſuper, ne ſi qua Regis filii partium præter opinionem contingeret inclinatio, aut ab adverſariis domeſticis, qui in nos ſolos, & in redditus noſtros rugiunt, aut ab externo quopiam Principe, quemamodum jam de Ferdinando Rege multi ſomniant, & nos, & Theſauri juxta periclitemur, quanto modeſtius potuimus removendos ab hac ſententia nixi ſumus,

The-

Thesauros omnino, non corpus suscipere recusantes. Visum hoc initio sane quan difficile, lataeque in curia contra nos summa indignatione declamatum, neque a minis, neque ab injuriis satis amarulentis temperatum, parumque abfuit, quin nos severissime animadverteretur. Nec deerit aliqua muclta nummaria, qua hic apud nos omne crimen expiatur. Omnis pæna redimitur, verum quorumdam amicorum suorum svasu, verso in aliam partem, ut fit, consilio, quod absentia sua difficillimo tempore plurimum Rei publicæ inservierat, evasimus & nos, & Alba Julia declinatum. Dévamque tum corpus, tum Thesauros deportavere, ibique expenso mense uno dum Balthasárem Bornemissam præficiunt, Transylvaniam', illique sedem Saxosabessi addicunt, dessignatis ad hoc aliis quoque hic illic pro locorum opportunitate præsidiis, quibus Vajvodarum interim temeritas cohiberetur saltem, donec ea in re alia ratio iniretur, quum eorum factio parvo tempore, atque negotio sopiri non poterat, & ad sepeliendum Regem magno Austriaco aparatu urgebantur, quem jam tum in procinctu esse, fierique Petri Pereny & Francisci Frangepani Archi Episcopi Colocensis instigatione afferebatur, Budam discessere. Hic si quivis, quo affectu a populis, per quos deferebatur Joannes, occurebant, certe omnes cum ingenti flectu & mærore infelicissimi sæculi sui conditionem quæribunda oratione Præficarum more lamentantes, testantesque imperii Gentis suæ ultima adesse tempora, & imposterum etiam triste, nescio quid ominantes, quod jam Hungaria nunquam Reges Christianos esset habitura, verum avertat Deus sinistrum omen, ubique tamen imago veri luctus, dolorisque apparebat, tanquam alium Mathiam amisissent, resque erat oppido

mi-

miſerabilis, proſtratum videre, quo ſtabat Hungaria intueri exſtinctum, & occupatum tenebris, quo & gens lumen quoddam, & priſtinum decorem, exiſtimationemque recuperatura videbatur, referant & illud, quod quid indigne accidit illi itinere ne etiam mortuo defuiſſet alicunde hoſtilitas. Sparſum erat in vulgus, quod una cum corpore, Theſauri quoque exportarentur, quare magna Latronum colluvies partim ex valachis, partim ex Raſcianis in Alpium Aurariarum receſſibus Offon, Chereiſi, & Abrugy ſpe prædæ conflata, trajectoque mariſo in morſenam ſylvam perexerant, quæ quam vaſta, atque horrida ſit, quamque immani hominum genere incolitur, Tute diu noſti, quippe quam nullus viator ſine pallore transmittit, ubi ingenti arborum materia pro viarum anguſtiis, quod ſæpe apud nos fit contra hoſtes impedito tranſitu opportunis in latebris ſe abdunt, ut in prætereuntes facerent impetum. Erant ii, uti accepimus, prope quadrigenti pedites, raro gladio omnes tamen Sagittis inſtructi. Illi equites mille excædebant bene armati. Itaque non auſi primum agmen, neque ſecundum intra quod Corpus vehebatur attingere in poſtremos, qui lento gradu, & incompoſite cum impedimentis ſequebantur proſiliunt. Exoritur clamor, coeunt omnes, ac certamen non omnino incruentum committitur, verum dum & Latrones magis prædæ, quam pugnæ intendunt, qui ſuperiores iis ſequi viderant, & Conſiliarii non longe progreſſi, quandoquidem explicandæ viæ, jubentes arborum moles amoliri, curam impendunt. Audivere ſtridorem, cognitoque, quod impedimenta vim paterentur, ſubito magna pars eo recurrunt, Impedimenta, quæ jam convolvebantur, eripiunt. Latrones plurimos con-

confodiunt. Reliqui fuga ſeſe huc illuc proximam in Sylvam proripiunt, neque inſequendi fuit Conſilium, alias inſidias ulterius metuentibus, at jam ut finiam Epiſtolam, tibique & Conſiliariorum animus, & Conſilium noſtrum conſtet. Erant quidem ipſi ea mente, ut hoc prætextu Corporis, ac Theſauri Regii cuſtodiendi, quemadmodum ab amicis tuis monebamur, Albam intra manus ſuas acciperent, dubitantes, ne ſicut aliqui in hoc noſtro Collegio Canonicali alias ſemper amici Majlado & Balaſſæ fuerant. Tu vero nimis longe aberas, ita omnes ad eorum partes, relicto Joannis Filio, tranſiſſemus, cujus tempeſtatis magnitudinem vel ex hoc licebit tibi conjicere, quod dum noſtra quoque fide jam in dubium venerant, qui, toto ferme Regno ſequente ipſorum Vajvodarum inſaniam, illisque pecuniam conferente ad vires augendas, ſemper & accuſatores eorum apud Regem, ipſosque Confiliarios fuimus, & nunquam nec in Comitiis favimus, nec nummum contulimus, nec verbum dedimus, quo nos in ſuis vel per horam reputare potuerit. itaque collato conſilio cum Petro Moro tuo hujus loci Præfecto, placuit in omnem eventum, ne, hoc mutato in deterius tempore, reque publica ſic mille furiis exagitata domum, ac fortunas tuas cum noſtris una regendam alicui incautius traderemus ſubmoventes omnes ejusmodi voluntate affectos dexteritate & modeſtia. Alioqui relicta hic apud nos ſola opinione Theſaurorrum, quorum jam dudum Conſiliarii altis quibusdam venis reconditis, curam habuerant, magno diſcrimini, quamvis nullum externum militem admiſiſſemus, & nos, et Epiſcopatum tuum objeciſſemus, quando quidem nunquam a Vajvodarum licentia quieviſſemus, verum iſthæc

omnia

omnia Dei benignitate commode & cum dignitate tua transacta sunt. In Hungaria adhuc nulli sunt motus, congregari tantum modo optimates feruntur, quique domi suæ, ut morem habent in obitu Principum, ne quid molestiæ a quopiam vel hoste, vel etiam vicino acciperent, donec novus crearetur. Majladus - & Balassa audito Consiliariorum discessu literas dederunt ad Petrum Morum, quibus eum hortantur, ut Arcibus tuis diligenter invigilet. Ne & tuo, & Regni damno quis in eas irreperet. Cæterum acerrime caverunt, ne a Regno dissentiat, abeatque post Georgii Vtissenii Collegarumque ipsius Nænias. Hungaros jam pridem coronatum Regem habere Ferdinandum, cui etiam te in compositione Waradiensi pacis nomen dedisse, ac fidem cum cætæris, qui in eo Comitio fuerunt. Interveniente Joannis morte scribebant, juramento obligasse. Vellet igitur horum meminisse, & Arcibus custodiendis magna Solertia prospicere, ne & hic, quod habes amittas, & istic, ubi pro Regno laboras cogaris fortasse frustra novas spes auspicari, omnino captabant dolis hominem, ob idque ab honesto machinam ordiebantur. Sed Petrus utpote Valachus vafricie non inferior, & alioquin totus consutus dolis, cognovit palmones. Et Literas in Sacrario toti Collegio nostro legendas exhibuit idque communi Consilio ad Consiliarios transmittendas duximus, nullo interim Vajvodis facto responso, ut ab omni prorsus suspicione tuti permaneremus. De Valetudine nostra quid opus? salutis quidem ingens copia, quietis, pacisque nulla. Tuis Proventibus avari, & unitatis turbatores plurimum inhiant, imo Thasnadienses jam haud mediocriter carpunt, nec nos satis animi, nec audaciæ, Consilii etiam satis parum

parum habemus propter absentiam tuam; Dies igitur, & noctes festina priusquam concutiatur Regnum. Nam alioquin omnia ita videntur ab imis sensim commoveri ut mare, quum proximam minatur Aquilo, aut Affricus tempestatem.

(*a*) Tempus erat hic desinere scd propter novam faciem præsentium rerum nostrarum minime lætam, adhuc addam, quod nunc maxime necessarium duco. Legationem cum qua profectus es in Gallias omnino irritam fore ob Regis mortem, Tibi persuadeas. Novis etenim temporum rationibus, nova Consilia, novæque hominum voluntates in Reypubl. solent accommodari, quicquid istinc retuleris secus te sunt audituri, quam audivissent si is infelix supervixisset. Audient tamen, sed utcumque, dimidiatis auribus, perspecta Scribo. Nam pendebunt animis, donec videant, quid sub hac occasione, quam Joannis mors obtulit, poterit tum vis, tum fortuna Ferdinandi. Neque alia causa, nisi si Turci metu filium Joannis complectentur, utpote cujus virtus ne in segete quidem adhuc est, Ferdinandum procul dubio major pars meditantur. Cui rei ni mature occuratur ultra, quæ Turco dabitur ansa celerius gentem hanc evertendi facile innocentissimus, infans excludetur, qui etsi amorem hostium parentis causa non mereretur, christiana tamen contemplatione, ac orbitatis gratia, pietate saltem sustentari deberet. Quamquam itaque monere te qui & pru-

---

(*a*) Hæc alia est epistola alioque loco collocanda. *Authogr. in marg.*

prudentia & ingenio ſine cujuſpiam ſuggeſtione plurimum præſtas, ſupervacaneum ſit, tamen quum ſemper viſus ſum tibi magis placuiſſe, quum me de honore commodoque Principum meorum animadvertiſti eſſe ſollicitum, ad quod etiam tuo exemplo pene quotidiano ab ipſis unguiculis hortari atque animare ſolitus es, non prætermittam filium jam pro patre tibi commendare rogareque ad ipſius curam capeſſendam, cujus mater ſummum, & peculiare auxilium, quo in hac viduitate ſua, filiique chariſſimi orbitate indiget, in te uno habet repoſitum, præſertim donec apud iſtum, & pium, & magnanimum, bonitateque, ac munificentia celebratiſſimum Regem perdurabis. Cujus ope ſicut Maritus ejus magna ex parte ab exilio ad Regnum rediit, & in amicitia Turci diutius permanſit, ita nunc orbitatis filii ſingulare Patrocinium in illius mente collocavit. Et ne tam pluribus morer. En ſublato optimo Principe, vides, quam late Regni Statum magna labes occupavit. Fluctuant ſiquidem proceres, Tyranni inſurgunt, tumultuant plebei, & pueri ſcitiſſimi, raræque indolis fortuna periclitatur, quid jam Ferdinandus ad hanc novam occaſionem moliatur, habes, quid & Turcus interim cogitet, facile, ſcio, conſideras, & meo quidem certe, imo omnium, qui res noſtras propius noverunt, judicio, niſi huic puero Galliarum Rex affuerit, non video, quomodo poterit per has peſtes ſubſiſtere, cujus etiam vitam haurire, ne dum Principatum intercipere adnituntur. Igitur cura mi Avuncule, quam maturrime, & incumbe quam acerrime, ut iſtius Regis ampliſſimi Patrocinium apud Turcam tua opera conſequatur, in obtinendo Paterno Regno. Erit hoc quum ipſi Regi Franciſco ſumme glorioſum, & nobis utile, tum ti-

bi

bi apud hanc gentem celeberimos ad primarios honores, & immortalitatem gradus. Neque frustra laborabis. Sunt hic primi Ordinis non pauci Viri inter populum quam plurimi, qui hoc abs te non optant modo, sed etiam magnis Votis efflagitant. Quorum nomina non exprimo, causa est: supprimi volunt. nosces tamen suo tempore, & nosti partem, et ne quid, quod huc facit, videar omisisse, si forte pueri hujus, quem Deus sospitet, aut fortunam labi contingeret, aut necessitatis magnitudo Virum Principem postularet, hunc sibi, quicunque ille esset, modo Regio non sanguine solum, sed & animo commendaretur. Malunt istinc accersere, quam iis perditis, & facinorosis portentis domesticis subesse. Germanum, Hispanumque dudum jam adulta nausea respuentes, cæterum Rege sibi opus esse Reginam non deesse dicunt, quam ego tibi, ut quam parcissime, atque obiter laudem, omisso ætatis, formæ, facundiæ, ingenii, prudentiæ, comitatisque præconio, cujus pene vivam imaginem in vultu, in ore, in toto demum homine decentissime præsefert, omnium virtutum & gratiarum domicilium appellamus adeo de se admirandæ cujusdam probitatis & modestiæ specimen nunquam non præbet, & omnes homines benevolentia, studio, humanitate demeretur. Ejus te curam penes filium suscipere, quum propter mariti beneficia, & tuum decorem, ne integritati solitæ desis; tum ob Regni salutem, & quæ digna sit, quæ multarum Principum Fæminarum nostræ memoriæ, ætatisque celebritati præferatur, imprimis convenit Avuncule, qui quidem virtute præditis semper suffragaris, eosque promovere studes, quos cum laude vitam agere cognoscis. Huic certe Reginæ, ne alias multas, & eximias ejus ani-

mi dotes commemorem, quum Epiſtola poſcit jam Cataſtrophen, tanta eſt in his anguſtiis ſuis toleran-tia, tanta fortitudo, ut, ſi ſingula recenſere vacaret, virum, non fœminam divinum, quoddam non humanum eſſe diceres. Et quia noſtra gens, quæ ſummis etiam Regibus ſine vigore, clavaque, ſic enim dicere conſuevit, parere neſciit, huic velut ad Avos ſuos Scythas relegata ferocia, caput ſummiſit unde cuique licet facile conjicere, qualis & quanta mulier hæc futura erat Princeps, ſi felicius ei conjugium contigiſſet. Poſteaquam in hoc ſollitudinis, extremoque miſeriarum ſtatu tam præclare gerit Majeſtatem. Sed de his fortaſſe fuſius, non tamen ſine Judicio. Si enim feſtinans in Gallias, vix eam a nuptiis ter conſpexeris idque tum, quum adhuc intra nuptarum reſpectus contineretur, quantum abeſt, ut abſens penitus cognoſcere potueris, quum poſtea in matronali curſu jam conſtituta fungeretur terna Dominationis authoritate: Mariti, filii, ſua ipſa libertate virtutes ſuas,quas tunc ſimulare non nihil forte poterat, veras, non fictas perpetuas, non temporarias, nec ſimulationi, ſed ingenuitati, candorique aſcribendas eſſe declaravit. Verum hæc ſic ſe habere, cognoſce, ac matura rem hujus pueri, matriſque prius bene conſtituere, quam Auſtria in quorumdam pectora novos hamos nova philtra conjiciat, quum non ignores, quam homines ſimus. Vale Vii Cal. Sextil. M. D. XL. Albæ Gyulæ.

XIV.

XIV.

Excidium Albæ Regalis sic habetur.

Oppugnante Turca Solymano Valponem, & Soklosium Arces, jam constiterat publica fama per Hungariam, coactam etiam illam expeditionem non duarum Arcium tantum modo, sed & Quinque-Ecclesiarum, & Albæ, & Strigonii causa; missi itaque sunt a Rege Optimates aliquot Albam, ut circumspicerent, quid facto opus est, providerent etiam de rebus, omnibus quibus hostibus resisti possit. Ii perspectis omnibus, ubi primum jam & Quinque-Eccl. Civitatem in Turcæ potestatem venisse audivere, eundemque Albam magnis itineribus properare vulgatum est, consultare cæperunt, quid agere debeant, mansuri ne sint ibidem omnes, an partim, an ne unus quidem eorum? visa tandem vi hostis magna, & Urbe ad muniendum difficili, & pecuniæ publicæ facultate nulla, nulla etiam Principis solida hac in re deliberatione, & provisione nervi bellici, omniaque demum in trepidationem, & præcipitem celeritatem perducta omnes Alba decedunt. Cives destituti ne omnino soli tantum hostem exciperent, ex circumvicinis agris Hajdones Convocant, & in Urbem admittunt, ad hos et Germani accesserant, circiter octingenti, qui paulo ante, quam Vilhelmus a Rogendorff obsedisset Budam, post Joannis mortem Castra Tata, & Alba ibidem præsidii gratia relicti erant. Hoc igitur numero militum Alba tunc tantummodo instructa erat, quando Turcæ adierunt.

Hic describendum, qua inde a Civibus arte dimissus est, quod descriptum habetur alibi, & de Strigonio similiter.

Quum igitur Turca dimissa Alba Strigonium veniret, Comes Philippus Tornielus Novariensis qui cum VII. millibus militum peditum Italorum Regis stipendia faciebat, & præsidebat Jaurino extemplo per Vértes alio scilicet itinere non qua Turca veniebat, misit Albam cum 900 peditibus tres Duces Carolum Svecum octavium Scrobatrum, & Roscalem, iisque præfecit nepotem. Jo. Dominicum Torniellum. Missi cum iis, & germanorum 400. iisque accerrime præceptum, ut eam Urbem interim, dum Strigonium oppugnatur muniant, munitis itaque partibus aliis, quas etiam Sárvizina palus tutas reddebat, eam maxime neglexerunt, cui maxime erat consulendum. Nam quum ea Urbs in media palude sita est, latioribusque, aquis ab aliis lateribus vallatur, latus Portæ, quam Budensem vocant, quod eo spectet, eaque Budam pergitur, & fossam angustiorem habet, & suburbium illi nimis propinquum adjacet, quod validiore munimento erat confirmandum, & quanquam milites præviderent periculum, & necessitatem ejus loci muniendi tamen nulla ratione Cives ad sedulitatem, & opus potuerant compellere, segniter enim omnia agebantur, tanquam vel securitati aquarum confisi, vel Turcæ gratiæ, de qua antea egerant, vel fortasse plebea etiam contumacia, atque avaritia fecerint, nescitur, verum factus Rex de his certior, existimavit Ducem eo mittendum esse, qui majori authoritate polleret, & cujus virtus aliis etiam temporibus perspecta fuerat, mittit cum quinquaginta Catafractis Equitibus Albam Georgium Varkochum Virum & genere clarum, & factis notissimum, erat jam tunc res Strigoniana circa finem, quum Varkochus Albam missus est. Adiitque ingens vitæ periculum, quando in itinere constitueretur, aliquot in locis,

locis. Nam totus ille Tractus, qui est inter Albam, & Strigonium partim Turcis, parttim Tartaris, quorum XX. millia fuisse feruntur, infestabatur. Quum igitur Albam evasisset, perspecta totius urbis munitione, reperit Suburbium, quod Budensi portæ adjacebat, esse muniendum, in eoque Hostem esse expectandum. Protracto itaque Vallo ab ipsa porta recta regula ad paludis ramum, quod Sclopi jactu ab urbe aberat, eduxit totum militem, & partem Civium in Suburbium, jam enim cognitum erat per Exploratores, quod ex ea parte, quam sciebant Turcæ debiliorem esse, & negligentius munitam, essent oppugnaturi. Nec etiam tempus Varcocho dabatur illud Suburbium muniendi melius, quia Turcarum adventus jam in horas nuntiabatur. Vallum autem illud solo aggeri non impense alto impositum, solis palis, & asseribus eminebat, nulla etiam ex interiori facie lata statione concinnatum, quo propugnatores largiori commeatu huc illuc discursare possent, coacti enim erant eodem vestigio in finem usque persistere, quo initio constiterant. Propugnacula autem Vallo nulla, quæ prominerent ex angulis facta erant, ideo locus non erat unde vallo subjectis bombardis ex obliqua jactatione summoverentur. Uti igitur potuerunt, sic sese munivere in suburbio Civitati non fidentes propter murorum præ vetustate Cariem, & multis etiam in locis casum, igitur Turca recepto Strigonio Albam intra vigesimum diem pervenit. Sed cum per Vértes esset iter habiturus præmiserat Exercitus partem, qui Tatam expugnarent.

Forte cognito Turcæ Consilio, Philippus Torniellus erat cum II. M. Italorum in Komar, & consultabat de præsidio Tatam mittendo, Annibal Tassus bo-

nonienſis ultra Tatæ curam poſtulavit. Offerendo de ſe omnia maxima. Philippus quum videbat rem momenti maximi, præmonuit hominem, ne ſic imprudenter, ambiret. Arcem longe Strigonio debiliorem eſſeque magni negotii, quicunque ejus ſalutem capeſſere voluiſſet, quare ſi ei rei tam arduæ, quam de ſe pollicebatur, ſciret ſe non fore ſufficientem, ommitteret, quod petebat. Illo præſciente ſuam jactantiam obtinuit, miſſusque eſt cum 300. Italis, adjectis ei Germanis Collegis cum totidem Colonis, qui ambo ex condicto ſe ſe obtulerunt. Sed adjecit illis: gererent ſe ita, ut ambitioni reſponderent, profecti eo, Turcæ quoque haud mora conſequuti. Arcem dicto celerius, ne digitis quidem Oppugnantes ſed ad primam petitionem dedidere, ſalute ſola impetrata, datæque ambobus Ducibus veſtes Talares aureæ, ut inſignibus Veſtibus indutis inſignius patefieret eorum ignavia, reverſi Comarum tanquam eſſent excuſabiles a Philippo protinus capite plexi ſunt. Idque non tam quod ambierant rem dignam laude, ſed quod ſine ulla oppugnatione muliebriter ſe ſe ſubdiderint. Tatam Turcæ diruere, quod Solymanum ægerrime tuliſſe ferunt, debuiſſe enim locum conſervaſſe, quandoquidem Regium erat Opus, cui ubique in Hungaria ad id usque tempus pepercerat. Ut Budæ & Viſegrado. Diruta Tata, Turca Albam obſedit. Die 13. Auguſti. Cœpitque acerrime Suburbium, de quo plura diximus oppugnare. Noſtrorum, qui intra Suburbium erant, vix VII. M. hominum cenſebantur. Turcarum integræ acies, & ſæpius cum 20. Vexillis accedebant, eratque illorum oppugnatio irrequieta, ita ut nullum ferme diem ſine impetu transmiſerint. Poſt VIII. diem ubi videre parvum in

Sub-

Suburbio esse militem, bombardarum etiam subsidio destitutos. Nam solis lapidum jactationibus & ferro obsistebatur. Quia nec Bombardarium habebant, nec bombardarum copiam, quando quidem IIII. duntaxat erant majores, minus paruissent, pulveres, vero & globi jam absfuerant, nec ut dixi superius, vallum loca habebat, ex quibus hostis semoveretur, ad CCCCC. passus propius vallum subiere. Ea res nostris ademit omnem spem resistendi animo tamen numquam demoti, assidue vallo jam Turcæ subierant, & in summo cominus pugnabatur adeo: ut etiam facile perspicere possent, quid agerent, & quot essent, quam que debili vallo vallarentur, rati itaque victoriam in manu esse, nec ulterius differendam. Solymanus in diem decollationis Joannis Baptistæ, Hungaris sæpe alias funestum, edicit summum omnibus impetum, præfatus, pudorem esse maximum, tam vilem munitionem, & tam paucorum militum vim, tam diu, tot millibus hominum resistere. Observato die oppugnationi designato Suburbium magna vi invadunt, oppugnant, instant. Nostri jam ante publico consensu, atque edicto in mortem mutuo devoti, ob amorem fidei, & honoris decorem, fortiter obsistunt, & virtutem tantam omnes promiscue edunt, ut alii, ante alios procidentes hostium violentia; visæ sunt & muleres ferro, atque hasta uti, seque non aliter morti objicere, quam viri, quibus & saxa, & quidquid jaculorum in hostes opus erat, subpeditabant, rejectus tandem hostis est non exigua cæde, & vulnerum incommodis acceptis, nostri etiam multi desiderati, & afflicti, oppugnatio enim, dicitur talis fuisse, qualem milites, qui intus erant, eorum ætate nullibi viderunt. Tenuit contentio a solis ortu, ad occasum

sum usque, nec quievere tota die, præterquam in meridie vix sesqui horam;vidisses, inquiunt; nostri milites, tanta arte, & dexteritate, & celeritate, fessis recentes copias succedere, quanta ne fortasse Romanorum temporibus visa est. Instabant autem uni loco, cujus & infirmitas hostibus nota erat, & quod præ cæteris diligentius custodiebatur. Hujus custodia Carolo Zanetto militi Brixiano notæ virtutis viro, qui Italici exercitus ordinandarum Acierum Magister erat, commissa erat, igitur quum ex meridiana illa quiete omnino aliquid novi vererentur, diligenter in hostes prospectabat, quinam ex peditum agmine moti, primos eorum videt asseres senum palmarum circiter longitudine, & latitudine capitibus impositos in vallum maximo impetu ferre, conclamat Carolus ad Arma, accurritur, & quidem una ab utrisque partibus, erat autem hostium animus præfatos asseres trans vallum in nostram custodiam abjicere, tanquam negligentius custodiæ intenti essent, adeo ut supra memoravimus vallum humile, atque imbecille erat, & his repellendis occupatos opprimere. Sed non successit Carolus enim simul ad arma convocando cæteros, in hostes hastam dirigit, & modo hunc, modo illum a vallo prohibendo spatium suis accurendi dedit, & asserum commentum irritum fecit. Ea victoria tam memorabili non mediocriter confirmati, majori animo in mortem conjurant, quamvis non æquis viribus, quia jam multi ceciderant, & graviora imposterum ab hoste obfirmato ad victoriam verebantur. Nec fefellit eos opinio, die enim prima Septembris, quæ tertia erat a Joannis Festo quum tunc ingens, & valde densa caligo occurrerat, rati Turcæ divinitus id sibi opportunitatis datum, maximis agminibus expeditis, nova

va

va vi, & quia ultima totum vallum invadunt, oppugnant, instant, inceptis fortissime hærent, jam ferro, jam Sclopis jam omnibus machinis & instrumentis bellicis abstinent, rem manibus gerunt, ab obsessis quantum licuit magna virtute, & constantia prohibiti, sed superati demum. Hostes namque 40. M. dicuntur exstitisse. Igitur intra sesqui horæ spatium divulso & distracto vallo transiliunt aggerem, quem exiguum fuisse diximus, irruerunt in Suburbium, fit cædes, fit nostrorum in Urbem fuga, sed incassum, nam quicunque ferrum hostis evaserant, in fossa, quæ portis suberat præ nimia omnium trepidatione glomeratim alii alios eo detrudentes exstinquebantur, Cives namque timentes ne una cum fugatis in Urbem penetrarent, nimis namque in eorum tergo imminebant, clatra portarum ferrea demiserant, nec ulla ratione ea patefacere voluerant, quamdiu hostes pedem retulisse viderunt. Ea irruptione occisi sunt ad mille & CCCCC viri. Pro portis, qui ferro ceciderunt amplius quam 300 inventi sunt, jam enim a nemine resistebatur, dum quilibet fugientium prior in portis ire festinat, fossa certe complures hausit, qui superfuerunt paludum beneficio salutem quæsivere alioquin & Turcæ quum jam quos cæderent, non haberent, & ab aditu Urbis vi machinarum arcerentur, receptui cecinere, & retracto pede ab Urbis mænibus in Suburbio consedere. Cæsari suo nuntiata victoria. Varkochus equo insidens non postrema bellicæ virtutis commendatione dignus, quantum in uno strenuo Viro fortitudinis contra tot esse potuit, ultimus omnium qui fugam capessebant, existens, inhibere conabatur insequentium hostium impetus, non quod speraret ullam victoriam, sed ut clarius occumberet,

post-

poſtquam evadere nequierat. Igitur ipſe quoque in ponte, qui portis adhærebat, obtruncatur. Sunt qui affirmant Varkochum ipſum cum reliquis Ducibus præcepiſſe, ne, ſi quo caſu victi ſic fugerent, ut hoſtibus miſcerentur, porta illis pateſieret. Minus damnum Regem per cepturum ex morte tam paucorum militum, quam ſi Urbs tanti momenti in hoſtium poteſtatem deveniret, quæ ratio etſi ex magnitudine animi profecta non parum laudis afferat tanto Duci, Cives tamen vix excuſari poſſunt, ſi reſpexerimus, quid initio, quid poſtremo cum Turcis egerint, ad quos inſciis militibus clam legationem dimiſerunt, quod infra commemorare non prætermittam, at poſſeſſo Turcis Suburbio quod XX diebus oppugnatum eſt, magnam ferunt Solymanum tenuiſſe admirationem, quod tam pauci milites tamdiu tam vile munimentum contra vim ſuam protexerint, eamque ob rem omnibus promiſſa incolumitas, quicunque abire voluiſſent, urbe tradita. Nihil tamen ea indulgentia Barbari moti, qui namque ei cladi ſuperfuerant, 500 circiter exſtitere, factique in Urbem reduces ineunt Conſilium de Urbe munienda, communicant ii cum Civibus voluntatem, & ſecundario hoſti reſiſtunt ſpem non exiguam pollicientes de Regis auxilio, qui jam revertebatur ex Bohemia, fidem poſtremo eis faciunt, ſe in mortem ipſam pro eorum ſalute pugnaturos. Laudavere virorum conſilium, extulere virtutem, voluntatem obtulerunt, precati etiam ad peragendum quod monebant, & ſimulavere in patientia omnia, quippe miſſos in caſtra hoſtium clam nuntios, qui de deditione agerent, rebus, ſalute, & libertate impetrata, permiſere hoſti Civitatem. Nec prius id novere milites, quam Nuntii aureis veſtibus induti

rediiſſe

rediisse in civitatem conspecti sunt. Sic detecta plebeæ turbæ perfidia, desistunt ab incepto. Tres inde potiores per Diploma pub. fidei ad Turcas profecti jussi sunt Arma deponere, salus, & res concessæ, data insuper III. M. Equitum, iter diei deducti sunt, & demum dum per Vértes Sylvam Papam versus & Jaurinum pergerent a Hajdonibus pluribus in locis ut inermes damna pertulere, dilapsique & ii huc illuc, vix tercenti rediere ad Philippum Torneillum, qui ubi Regem Viennam advenisse intellexit, accepto Commeatu in Italiam regressus est, Cives vero dimissis militibus, Urbem, uti erant pacti, Turcas accipiunt, nec ullum, uti eis præceptum erat vel Civem suum vel militem Hungarum cum Italis exmisere (*quid jam hic actum alibi habetur*) Turcæ vero potiti Valpone Soklossio, Quinque-Ecclesiis, Sixardo, Alba Regali, Tata & Strigonio, aliis quibusdam Arcibus non exiguis rediit Constantinopolim. Rex erectus ad expeditionem faciendam, ut immediate per vestigia hostis nondum his locis communitis invadat, & recuperare tentet, hyemis, quæ jam ingressa erat, difficultatibus prohibitus, distulit, tandem & Inducias cum hoste quinquennales fecit &c.

XV.

Deditio Albæ Regalis.

La Campagnia tutta se ne riempi. Le donne, et i Fanciuli, e Vecchi impotenti battendosi a palme piangievano & lamentavano le loro sventure. Ma l'animosi Soldati in contratisi ne' nemici combattendo in quella Guisa che ne casi estremi delle perdute speranze, e della morte vicina fare si suole sostenero

nero lunga pezza l'impeto, e calca di Turchi, sforziandossi di regitarli fuori per conservarsi l'honore, la vita, e la liberta, e gloriosamente morire. Fu crudele e sanguinosa un gran pezzo la bataglia in piu parti, ma la moltitudine de'Turchi, e la ferocita di Janizeri era tale; che quei pochi soldati Christiani, che animosamente s'oppossero, furono tutti spenti e consamati, gl'altri creden. e speran. di ritirarsi a salvamento nella Citta; non volonno della strema lor fortuna far prova. Percio dicono coloro, ch' intenden. come si dee l'arte della guerra, che ni uno pericolo e maggior'in una terra assediata, quant'e l'haver uno, o piu reddotti dietro alle spalle da potersi ritrar'. per cio ch'gl'huomini fuggono naturalmente i casi adversi, che sourastanno loro, e volontieri tra la paura della morte, e la speranza della vita mettono tempo. Quinci ve'ne ch'la Vittoria di Turchi non fu, come stata Sarebbe sanguinosa, se ostinatamente havessero tutti combattuto e difeso un ripo sforciato, il Borgo d'Alba, i Soldati Christiani, che fuggivano avanti a Vincitori per entrar nella Citta trovando attraversato, e chiuso il Rastello da Cittadini, accio e'Turchi mescolatamente non entrassero con essi loro vedendossi gli nemici, e la morte alle spalle si giettavano in quella profonda palude, e creden. col nuotare, o travando alcuno guado, uscire delle aque nell' asciuto in sicurita. E quantunque gl'Ultimi vedessero affugar la maggior parte di primi, non restavano per cio di cacciarvisi dentro, essendo l'affirmarsi su la ripa certissima morte, e loggietarsi nell' aqua alcuna speranza di vita appartava pur seco in cossi fatta Guisa.

Sol-

I Soldati Christiani che si stavano dinanzi alle porte d'Alba, o furono amazati da Turchi, o s'affogarano nell'aque, o nuotando, o caminando sopra i Corpi morti di loro Compagni, si ridussero nell'afflitta Citta.

Vedendo i Cittadini, & il Magistrnto d'Alba, perduto il Borgo quasi tutta la Militia forestiera, & i Capi, & i Soldati di stima per chio ch'il Generale Varkocci o fu tagliato a pezzi nello sforciare delli Ripari, e portata la sua testa in cima d'una lancia due giorni continovi per scorno, e per dispreggio per lo essercito nemico erano morti tre Capitani Lombardi, & uno Tedesco quasi tutti i Luoghi tenenti gl'Alferi & i Sergenti dell'essercito, & i Turchi si preparavano per assalire, & isforciar la loro Citta, Tal che non haven. Soldati, o Capitani, in cui potessero fidare la Citta devole, e gl'huomeni sbigotiti, anchora chi'i Tedeschi, egli Italiani volessero combattire, e difendersi fino a la morte deliberorno non dimeno quelli d'Alba temendo i nemici con quella istessa via, con la quale sforciarno il Borgo, sforciarssero anchor la terra da rendersi, volendo piutosto far prova della clemenza, che dell'ira del Re di Turchi, i Soldati forestieri non potendo gli opporre alli Ongari, si raccomandavano loro, dubitan non esser dati in preda a nemici vincitori. Ando il Giudice supremo Magistrato d'Alba con due altri Gentil huomini il giorno seguente a far la Capitulatione con i Bassa, i quali promisero loro per nome di Sultano Solimano quanto essi a dimandavano, chioe ch'i forestieri soldati sarebbono lasciati andare in liberta con robbe, & arme loro, ch'quelli d'Alba restarebbono nella terra loro, e gode rebonsi le case, e le possessioni loro, viven so-

ſotto l'ombra del gran Signore con le leggi, e Magiſtrati propri, pagan. gl'tributo, ch' eſſi giudicaſſero ſtar bene.

Divulgatoſi in Alba l'accordo fatto con Turchi, i fanti a pieti foreſtieri, e gli Hajdoni inanzi che gli nemici entraſſero dentro per la palude ſapendo il guado, e per altre vie ſe ne uſcirono fuori diverſamente cercant ciaſcuno per l'acqua, e per le ſelve di ſalvarſi la vita. Ma a Cavaglieri, che erano reſtati 200. non poten eſſi coſſi toſto uſcir fuori a Cavallo, tolſero i Turchi l'arme alle porte, e gli Tartari i Cavalli, gl'Arneſi, & a molti la vita alla Campagna, tal, che quei proveri ſoldati per fugir la morte giettandoſi da Cavallo ſi occultavano ne i Boſchi, e nelle foſſe, caminando, ſotto la notte con la giuda delle ſtelle dol noſtro polo che ſouraſtavano loro, paſcendoſi d' herbe, e di radici, come le fiere ſelvagie ſtate ſi foſſero. Pui de g l' Ongari, ch'de Tartari, o Turchi temendo in modo, che quei pochi, che ſi ſalvarono quan giunſero in luogo ſicuro piu d'ombre, d'homeni, che d'homeni vivi havevano ſembianza.

Mentre ch' l Turchi ſi ſtettero Sotto Alba Regale, i Tartari, che non ſano iſpugnare Citta quelle Genti, coſſi volendo Sultan Solymano acchio ch' a giuto alcuno ne ſoccorſo andarvi poteſſe correano rubbando, & abbruſcian le contrade vicine, e trovandoſſi ſparſi tra loro, furono aſſaliti dal Conte Nicolo di Zdigna (Zrina) e dalla Cavallaria Ongara, e tagliatine a pezzi da III. M. (3000) o pocho meno ad un ſolo tratto, es' il Conte non reſtava in quella Scaramuza ferito, ſi puo creder certo, che tutti quei Barbari rouinavano a fatto. Ma partitoſi egli, la Cavallaria Ongara hebbe molti danni

ni da Tartari, e da Turchi, che non seppe ella come di prima giudata da quel valoroso Capitano prehendere e cognoscere in avantaggi, e star insieme unita e ristretta.

Entrato in Alba il Signor Turcho, volle la prima Cosa, ch'egli facere vedere, e visitare le sepolture di Re d'Ongaria, che molte ven'erano in quella Citta, monstran. si tutto clemente, e benigno con quelli homeni, faciendo loro particolarmente, e per publico bando sapere, che niente piu oltre di danno, o noia aspettassero da lui, o da suoi soldati ch' egli non era venuto in Ongaria per soggiogarla, valorosa dispergere quella Natione, ma solo per liberarla dalla servitu, e giogo della tirannide Tedescha per renderla poi intiera, pacifica, e gera al figlio lo de morto Re Giovani, vero e legitimo herede di quel Regno alla sua fede, & alla sua potenza raccommandato, presero da quelle parole, e da quelle publiche voci i Cittadini d'Alba grandissima sicurta con ammiratione ragionan. tra di loro della modestia del Principe Otomano.

Il terzo, o il quarto giorno appresso di notatono i Turchi al Giudice & agl'altri Magistrati d'Alba, ch'il gran Signor per il lor bene desiderava che solennemente gli giurassero fedelta & Valállanza. Andarono quei buoni huomeni segondo l'ordine posto Cari i Bessa piu che poterno ornati, come a festa solenne in una larga pianura fuor della terra l'ove i Corpi di dannati alla morte per le loro sceleratezze si solevano porre, nel qual luogo il Turco havendossi gia scordato i patti, la promessa fede, e le giurate Conventioni, gli fece tutti amazzare, Il Giudice e quei altri soli coi quali Capitolorono lasciati furono vivi, Come se con essi soli, e

non con tutti quelli d'Alba havessero fatto l'accordo. Cossi interpretano i Turchi le promissioni, & i giuramenti loro. Perdettero i Christiani nella sopraditta maniera Alba Regale, che piu facilmente shaverebbe al hora con puocho Migliara di scudi, e puochi huomeni valorosi fortificata, e difesa ch'hora con uno monte grandissimo d'Oro, e col fior della Militia Christiana non si raquistarebbe.

Presero Turchi doppo l'espedition d'Alba alcune altre terre e Castella per quelle contrade, ma di pocha consideratione abbandonate di ciascheduno, le quali abrusciarono, & abbaterono fino alle fondamenta. Non vole il Signor Turco parendogli d' haver fatto assai quel anno, piu fermarsi in Hungaria, haven. la fama sparso per Constantinopoli, e tra suoi esserati non so che voci, ch' i Gieorgiani, & i Suuri haverano rotte, e tagliate a pezzi le genti sue da guerra, che guardavano quei Confinj & era il vero, e Mustapha sangacho d'Amasia suo figlivolo diceva si havere intelligentie secrete col Soffi, che non picciola sospitione gli pose, ricordandosi, quale stato fosse l'animo, e quali l'operationi di Selim suo Padre verso Bajazitto suo avolo, i fratelli, i nepoti, e tutta la ischiatta Ottomana, le quai ricordationi conoscendo l' ardire, e l'animo' ambitioso di Mustaffa gli davano assai che pensar. Percio ridottosi a Buda, dove richi e larghi doni fece ai Janizeri, & a tutti quei soldati, ch' in quelle espeditioni valorosamente si diportarono, lassan in Buda, & in Pesto una grossa Cavallaria per correr' e predare di qua e di la del Danubio l'Ongaria e tenere assediato Vissegrado, che quel Castello ne per paura, ne per preghi, ne per Minaccie cher gli fossero fatte mai se volse render' e lassiato, & Alba Regale mu-

munite di vantaggio con i Tartari, i quali per la via gia fatta se ne tornarono alle loro campagne sopra Caffa. Egli col resto de suoi esserciti a gran giornate verso Constantinopoli si posse a caminare, & era si gia appresso il Dravo quan seppe, ch' il Re Ferdinando spingendosi avanti con molte migliaia di persone era gionto a Posonio, & giettatovi il ponte a drittura se n'andava a Strigonia, onde egli in contanente mando a dietro uno di Bassa, & il Beglerbei della Grecia fosse an XXV. mille Cavalli per opporgli a Christiani con molta prestezza, ei continovando il suo Viaggio solo coi Cavalli della Porta tal, che tosto si trovo vicino a Constantinopoli la ove la mala Novella della morte di Mahometto suo segondogenito, ma primo della Moglie chara, ch'ei si godeva alhora, il quale era sangiaccho nella Caramania rapportata gli fu. Entro Sultan Soliman in Constantinopoli tutto vestito di panni neri accompagnato da tre, o quatro ragazzi, e senza lassarsi veder ad alchuno quatro giorni continovi in oscurita per honorare l'essequie, & il mortorio del figlivolo chiuso si stete Poi l'usata letitia ripiglian' si mostro a popoli Turchi, e fece feste solenni per le tante vittorie havute nella Ongaria. Il Bassa & il Beglerbei con quella Cavallaria, che diede loro Solymano, e con quella di Buda, e di Pesto s'inviarono verso Strigonia, ma non facendo moto alcuno di guerra, le genti del Re Ferdinando anzi tornandossene a dietro essi anchora fecero il simiglante.

Udito il Re di Romani che gl'esserciti Turchi s'erano tirati sotto Alba Regale, partendosi da Praga, e di Bohemia, si ridusse a Cevam pocho longe da Vienna la ove se stette fine ai 10. di Settembre,

ponen. insieme le genti, che di giorno in giorno gli aggiungievano, ma saputo la perdita di quella terra non se iscomprendo anchora, cio che fare si volesse doppo tanti aquisti il Re de Turchi, ando personalmente in fino a Vienna, per veder con gl'occhi proprj come si stava quella Citta, ordinando l'offese, e difese, che ne casi adversi, e ne prosperi avenimenti potessero avenire. Ma non proceden. piu avanti il Principe Otomano, gl'esserciti de Christiani partiti si da Cevam si ritirarono Posonio sopra il Danubio. Et il Re Ferdinando, e le Genti di Vienna medesimamente, & ivi giettato il ponte, fecero passar quei Capitani, la Cavallaria leggiera, e le fanterie piu ardite, attendendo che da loro si dilunghassero i Turchi per raquistar Strigonia. Ma divulgandossi che quelli tornavano a dietro i Christiani stettero quieti.

Hor quantunque numeroso fusse quel campo, e pieno d'homeni feroci di molta speranza non era egli per ho, essendosi pochi soldati, ma gentilhomeni, Cittadini, Artefici, e Villani in gran copia, gente inesperta del Mestieri dell'armi, e da non arrischiare contra una militia ordinaria. Per la qual cosa come udirono dire ch'i Turchi si volgierano a dietro non ardirono d'andare piu oltre temen. il freddo, ch'anchora non cominciava, & i futuri disaggi della guerra. Ma piu il nome terribile e pauro so loro de Turchi, onde a commune utilita e beneficio de Popoli, e de Principi Christiani, e da creder, che stara bene, far un pocho di discorso sopra la militia ordinaria di Turchi.

De

De Re Mathia.

Il Re Mathia d'Ongaria Principe nuovo eletto da gl'Ongari a quella somma altezza per la virtu del Padre, trovandossi giovanetto in uno Regno stato molt'anni senza Re, pieno di dissensioni; e guerre domestiche e civili, intorniato da Turchi, da Valachi, da Moldavi, da Poloni, e da Tedeschi Popoli potenti, feroci, e tutti suoi nemici, nell mezzo d'una natione armata sospettosissima, infidele, e vaga oltra modo di novita, vin se ei non di meno con prudenza, con valor' e senza sangue la durezza de gl'Ongari, coservan. il suo Regno, & i suoi confini da tutte parti senza lesione, massimamente da Turchi, e da Sultano Mahometto che vivea in quei tempi, il piu feroce signore che la Casa Otomana havuta s'havesse insino alhora. Onde consideran Matthia alla invidia de Principi Christiani, & alla potenza de Turchi Guidica esser necessario armarsi di buone armi, e di militia ordinaria, volendossi difender da tanti, e si potenti nemici, & ampiare i suoi stati, elesse per tanto alchune ordinanze di *X. M.* (10000) fanti di diverse Nationi, ma Bohemi per la maggior parte eletti ad un ad uno da lui per havere huomini forti, animosi, e patienti alle fatiche, & ai di saggi nominandole le Bandenere ad imitatione delle quali il Signor Giovani de Medici a nostri di chiamo forse egli anchora le battaglie de suoi fanti le bandenere, chel' nel vero di ferocita, e di valor hebbero molta simiglianza a quelle queste Phalangi, legioni, Colonello, e Battaglia di *X. M.* (10000) fanti, ch'ella si vaglia chiamare ordinata armata & essercitata per volere de Re Matthia segondo gl'ordini antichi militari de Macedoni, e de Romani, e la sua ben or-

dinata Cavallaria tante Vittorie, e tanta reputazione gli diede nell'armi ch'i Turchi mentre ch ei vive ardirono di raro correr nei suoi paesi e non maj esserciti ordinarii vi s'appresentarono, & egl' Jaicza capo del Regno di Bosna, e Sabbaczo terra della Servia posta alle ripe della Sava à molt' altri Castella e Contade loro per forza d'arme, e le difese, & a Principi d'Austria levo Vienna e gran parte di quello stato. Et se uno, o due havuto havesse successori dell'istessa sua virtu, il Regno d'Ongaria a quello di Macedoni agguagliare, e forse preporre, s' haurebbe potuto, che non men laudato & ammirato, e da gl'Omeni, e dal mondo andarebbe quel Principe, ch'e cacciasse i Turchi d'Europa, de cio ch' Alessandro Magno per haver vinto i Persi, e Corso l'Oriente, se ne sia ito per tutto l'eta, e se ne vada anchora celebratissimo- Ma non haven egli havuto figlivoli, ne successori valorosi, mori con esso lui la forza, la militia, e la repution di quel' Regno. Vedessi per lo essempio della militia del Re Matthia, quanto di ben e sicurta, e di gloria si possa promettere un Principe armato di buone arme, non e stato dunque, come dicevamo, militia ordinaria da Re, da Republiche Christiane, o da Capitani illustri per correr'alla grandezza degl' Imperj del mondo se non la Macedonica la Romana, e la Turcha.

XVI.

XVI.

Relatio Sigismundi Posghay a Passa Budensi, ad Legationem Dominorum Locumtenentis, & Capitanei Generalis Mense Februario 1549.

Primum Servitutem, & bonam Vicinitatem nunciavit Dominis &c Deinde ubi Nuncius exposuit Passæ Dominos Locumtenentem, & Capitaneum Generalem habere in Mandatis a Regia Majestate, ut Inducias firmiter observari curent, Passa nondum plene audito sermone Nuncii, dixit excandescens, pulchre inquit observatis vos Inducias, ab una parte offertis vos ista omnia facere, ab alia vero capitis, & spoliatis subditos, & Milites Imperatoris Potentissimi, ubique inquit Pyrythy Nazuff, cum pecunia Imperatoris, sed retineretis modo Nazuff, tantummodo pecuniam restitueretis, quæ est Imperatoris potentissimi, nos quoque haberemus Arma, sed timemus Principem, & Caput nostrum, vos Caput non habetis, quia Princeps vester non facit se timeri, sed si Majestas Sua non potest, aut non vult corrigere istos inobedientes, Dominus Locumtenens det mihi potestatem hoc faciendi, ego puniam & Valentinum Maghyar, & Mathiam Allya, & Melchiorem Balassa, quia isti tales non possunt quieti esse, sed contra Inducias semper faciunt, nuper cum ego Melchiori Balassa nunciassem de duobus Turcis per suos captis, renunciavit mihi, si habetis Arma vos defendatis.

Ubi Domini Locumtenens, & Generalis nunciarunt, ut non sinat Turcas per Villas circumire propter majora scandala evitanda, Passa satis diu ridens tandem respondit mirum esse, quod Domini

velint ipſum prohibere ab uſu Terræ, & bonorum Imperatoris, cum etiam in Articulis Induciarum contineatur, ut quod ſub ditione, & poteſtate Imperatoris eſt, ad id ſe Regia Majeſtas, vel ejus ſubditi non ingerant; & nihilominus ipſe Paſſa propter amicitiam Dominorum Locumtenentis, & Capitanei Generalis permiſiſſet hactenus præter voluntatem Imperatoris, ut Coloni æque Chriſtiani præberent cenſus, & ſervitia, atque ipſis Turcis, nunc quoque propter eandem ipſorum amicitiam contentus eſt, ut idem faciant Coloni, & ipſi per ſe ea importent, quæ debent, tamen non debere eum prohiberi ab uſu Terræ, quæ eſt Imperatoris potentiſſimi: rogat Dominos, ut curent obſervari Inducias, nam alioquin ad id ipſum curam gerere oportebit, captivos ſub Induciis captos curent ipſi remittere, viciſſim & ipſe idem faciet.

De Rebus Dominorum Mercatorum reſtituendis, quæ hac æſtate prope Albam Regalem per Turcas fuerant interceptæ, reſpondit Paſſa ſe ſcripſiſſe ad Turcam, & inde expectare Reſponſum.

De captivis Germanis liberandis, ad multas, & pias hortationes Nuncii reſpondit Paſſa, quod ſi eſſent in poteſtate ſua, ſtatim eos dono remitteret Dominis, ſed Ruſthany ſunt, nec unquam eliberabuntur, niſi Sabatz eliberetur, ad hæc Nuncius dixit ſe neſcire de liberatione Sabatz, quia Balaſſa nunc parum convenit cum Regia Majeſtate. vel Dominis, ſed alia via quærenda eſſet, ad quæ Paſſa obtulit ſe ſcripturum ad Ruſzthan, & petiturum, ut loco captivorum ſuorum, quos habet Germanos ſibi tradat, ſi impetraverit, ſtatim ſe eos Dominis daturum dono.

Petiit

Petiit insuper multis verbis, ut Turcus hic, quem misit sub fidejussione ab Allya dimissus, ut quadringentos aureos pro redemptione afferat, liberetur a fidejussione, nam alioquin ipsum soluturum potius eam summam, quam hunc affinem Ruszthan Passæ in captivitatem iterum mittere.

XVII.

Summa Relationis Egregii Andreæ Tarnoczy a Bassa Budensi ad primam legationem Regiæ Majestatis Anno 1549. die 15. Septembris Posonii expositæ.

Quod Bassa Budensis nullum terminum Revisionis Differentiarum vult constituere, sed omnes differentias ad Commissarios Imperatoris sui, qui expectantur, rejicit, qui inquirent ubique ditionemImperatoris de quibuscunque venerint significabit.

Quod captivos non vult restituere, sed coram Commissariis venturis primum sistet eos. deinde ad Portam mittet, ubi se curabit expurgare.

Quod Sua Majestas conquesta est contra eum per Posgay, ipse vero nunquam est conquestus, quamvis potuisset, nunc autem & ipse conqueretur mittitque unum Chaus cum homine Suæ Majestatis ad Portam per quem omnes querelas exponet.

Quod Sanchiaci, Strigonienses, & alii quidquid fecerunt aut faciant contra Inducias ipsimet tenentur de eo dare rationem.

Quod in medium Colonorum ad exigendos proventus necesse est Turcas exire, qui debitos Imperatori proventus nunquam aliter important Coloni, ipse de eo, quod abstulit poterit dare rationem Si

Vili-

Vilibegus abſtulit plus quam debuit ipſe reddet rationem.

Quod Agrien. etiam nunc taxant ditionem Imperatoris ipſe vero in Bonis Agrien. nihil aliud quam quod debent Imperatori exigit, neque videtur idem Paſſa etiam poſt reviſionem Commiſſariorum Imperatoris ceſſaturus ab hujuſcemodi exactionibus in Bonis Agrien. allegando ut ſupra quod ipſi quoque Agrien. exigunt ubi non ſunt pertinentia Bona ad Agriam fecitque mentionem ſpecialiter de quadam villa prope Danubium de qua triduo ante cenſum exegiſſent Agrien. quæ villa ad Agrien. non ſpectat, ſed eſt ſub ditione Imperatoris.

Dicit ſe neſcire de captivis Chriſtianis, apud Turcas niſi qui de prædatione captivati ſunt, petiitque regiſtrum ipſorum a Domino Tharnoczy, & ſe ad Sangiacos ſcripturum dixit ne pereant Captivi usque ad reviſionem Commiſſariorum.

Super obſervatione Induciarum dicit, quod poſtquam ipſe eſt in eo Officio ſubditi Regiæ Majeſtatis unicum diem Inducias non ſervarunt, ſe vero ſemper obſervaſſe, neque poſſe ullum Turcum oſtendi, qui in violatione Induciarum fuiſſet deprehenſus, in quo Articulo reſpondit Nuncius, quod propterea oſtendi non poſſunt, quia in fugiendo fortunatiores, quam Chriſtiani, ut puta viginti quinque equi, qui etiam nunc capti ſunt apud Baſſam ipſum, qui cum centum tres Boves de ſub Komarom abegiſſent, nocte ita ſilentio fugerunt, ut noſtri licet diu inſecuti eos aſſequi nequiverint, illos etiam eſſe captos, ipſum Baſſam, dixit Nuncius, qui in Eccleſia de Levád deliteſcere & latrocinari ſolent, jamque aliquot Chriſtianos ibidem interemerunt, & ſpoliarunt.

Item

Item petebat Paſſa, num Regia Majeſtas peteret latrones ſibi reſtitui, ad quod Nuncius dixit, ideo petere Majeſtatem Suam captivos quoscunque ſibi reddi, ut ſi qui ex eis pænam commeriti fuerint, puniantur, & Paſſam antea obtuliſſe per ipſum Nuncium, ſe eos redditurum ſi Sua Majeſtas peteret.

In Negotio Edenffy petit in ſcriptis legationem Suæ Majeſtatis, quam ſummatim dedit Nuntius, petens ut ex ſiniſtra aliqua informatione Paſſa non commoveatur, ſi ipſum Edenffy Sua Majeſtas puniri faciet, eſt enim Arx illius, quam a fratribus intercepit, Sub ditione Suæ Majeſtatis.

Aderant Coloni de Kevi qui petebant dimitti Viduas & Orphanos, item factores ab Agrien. ad portam Imperatoris ubi Nuncius proteſtatus eſt coram omnibus quod Majeſtas Regia parata eſt omnia rectificare dummodo utrinque homines delegentur, & dies ad iſta præfigatur, ſed Paſſam recuſare id facere tandemque Nuntius Secretarium gentis Suæ Majeſtatis Conſtantinopolim revertentem de re tota informavit.

Alias contentiones multas habuit Paſſa cum Nuncio, ad quas omnes reſpondit Nuncius pro dignitate Regiæ Majeſtatis.

XVIII.

XVIII.

EPHEMERIDES.

Quas Nicolaus Olahus in Ephemeridibus Astronomicis Petri Pitati Veronensis Anno 1552. impressis, suamet manu adnotavit.

1552.

Januarius.

3. Bidi discessit ex Praga.
23. Discessi ex Praga Viennam.
27. Regina Isabella discessit ex Cassovia in Poloniam.

Februarius.

13. Gregorius Bornemisza mortuus Posonii.
21. Nuptiæ Francisci Bebeck.
29. Primitiæ meæ celebratæ Posonii.

Martius.

7. Maximilianus Rex & Ferdinandus venerunt Posonium.
31. Majestas Regia ex Posonio rediit Viennam.

Aprilis.

8. Ego ex Posonio redii Viennam.
14. Majestas Regia ex Vienna Lincium.
22. Dobo, & Vicarius discesserunt Agriam.

Majus.

2. Gaspar Zwla discessit.

7. Se-

7. Serenissimus Maximilianus cum Regina Viennam venerunt.
12. Ferdinandus Princeps ex Vienna Pragam discessit.
13. Bona Gyurko discessit Paduam.

Junius.

1. Vesprimium proditum est.
8. Vacia combusta per Haydones.
5. Secunda Missa per medecantata.
27. Themesvár obsessa per Achmath Bassa.

Julius.

3. Nuptiæ Michaelis Pereny.
9. Dregel capta per Turcos.
19. Bujak per Turcos capta.
27. Themesvár capta morte miseri Losontzy.

Augustus.

8. Erasmus Erdegh (Teufel) misere profligatus ad Palasthy, & Vaciensis interfectus (fuit Augustinus Sbardelatus)
13. Regia Majestas rediit Viennam ex Patavia.
Reliquis Mensibus nihil adnotatum est.

1553.

Januarius.

13. Miser Valentinus Bona Cibinii per Nebulonem confossus.

Februarius.

10. Gregorius Litteratus venit ad Gratz.
22. Gregorius Litteratus & Alaghi ad Agriam missi.

Mar-

Martius.

4. Gusman discessit ad Imperatorem.
11. Majestas Regia hoc die mecum loquuta est in Gracz privatim de Archi-Episcopatu Strigoniensi hora noctis septima. Quo die dixit se implevisse annum ætatis suæ 51.

Aprilis.

8. Discessi ex Gracz.
9. Veni ad Battyany, ad Rohoncz, ad Keuszeg, ad Levam.
15. Veni ad novam Civitatem ad Regem.
19. Redii Sopronium.

Majus.

7. Hoc die ex Clementia Dei, & Regis, Sopronii publicatus sum Archi-Episcopus Strigoniensis.

Junius.

6. Discessit Dobo, & Episcopus Transsylvaniensis.
12. Ernestus filius Serenissimi Regis Maximiliani natus Viennæ.
21. Ternana capta & diruta per Cæsarem.
25. Serenissima Catharina desponsata per me est Viennæ Regi Poloniæ.

Julius.

11. Emi arcem Lanser.
15. Occupavi solus Lanser.
31. Gregorius Sybrik Tyrnaviæ mortuus.

Augustus.

14. Andreas Præpositus S. Stephani mortuus.

Septem-

September.

11. Joannes Episcopus Olomucensis mortuus.

October.

2. Sambucus ad Paduam discessit ad Nepotem.
31. Franciscus Revay mortuus Posonii.

November.

26. Zagrabiensis ad Regem Poloniæ.

December.

2. N. Feller Pisetarius mortuus.
12. Discessit Rex Brunam, ego vero Posonium.
20. Discessi ex Posonio Tirnaviam.
21. Hoc die intronizatus Tirnaviæ sum.
24. Georgius Bona senior, miser mortuus Viennæ hora XII. Noctis. Requiescat in sancta pace.

1554.

November.

22. Desponsatio Lucretiæ pro Listio.

December.

2. Algerius (Busbequius) ad Turcarum Imperatorem.
10. Majestas Regia ad Augustam discessit.
18. Veni Vienna Posonium.

1555.

Janunrius.

7. Jo. Malvecius mortuus Viennæ.

Februa-

Februarius.

1. Ujlaky Episcopus Agriensis est mortuus.
13. Papa Julius tertius mortuus.
26. Marcellus Cardinalis S. Crucis electus in Pontificem, qui vocatus Paulus III.

Aprilis.

3. Veni ex Vienna Posonium.
9. Veni Tirnaviam.
24. Redii Posonium.
28. Veni Viennam.

Majus.

1. Marcellus, Paulus III. Pontifex mortuus.
23. Paulus IV. electus ad Pontificatum.

Junius.

27. Veni Vienna Posonium ad Diætam.

Julius.

8. Maximilianus Rex venit Posonium ad Diætam.
14. Nuptiæ Lucretiæ & Listhii Posonii.
27. Serenissimus Maximilianus rediit Viennam.
30. Philippus Litteratus Taddi mortuus Posonii.

Augustus.

9. Sorores redierunt Viennam Posonio.
16. Serenissimus Ferdinandus Archidux venit Viennam ex Praga.

1556.

Aprilis.

26. Veni ad Lanser.

Junius.

Junius.

18. Hoc die ſtatim poſt horam tertiam antemeridianam natus eſt filius Joannis Liſthii Viennæ, Joannes nomine.

1557. & 58. vacant.

1559.

Junius.

15. Mortuus eſt Thomas Olah Poſonii, & ibidem ſepultus.

Auguſtus.

17. Sponſalia Nicolai Olah Chaſzar in Sarvar cum Anna Zluny.
21. Veni ad Zolnok.
28. Veni ad Lanſer.

September.

3. Mortuus eſt Georgius Bona junior in Lanſer, & Sopronii ſepultus.
5. Veni Viennam.

XIX.

Pauli de Gregoriancz Episcopi Jaurinensis Mnemosynon a) sive Prælati & Barones cum Officiis & Residentiis ætate nostra. b)

Dum hæc scriberentur, erat annus Domini 1558. circa initium anni, quo quidem tempore quis fuerit Rerum Ungaricarum Status, & per quos gubernabatur, placuit hic pro futura rei memoria paucis adnotare, ut posteritas, si quando Deo duce feliciora tempora illuxerint, intelligat, quanta mutatio pristinæ illius felicis Ungariæ circa hæc tempora facta fuerit.

Rerum itaque Ungaricarum justo, & legitimo titulo tricesimum jam annum potiebatur Serenissimus Rex Ferdinandus I. qui multa, & fere incredibilia pro recuperanda, ex faucibusque Turcicis eripienda Ungaria indefesse moliebatur & agebat, nullis parcendo laboribus & impensis, cujus tamen piis conatibus præter incomparabilem vim & potentiam Turcicam, obstabant etiam nonnulli ex Magnatibus & Nobilibus Ungaris, qui sequebantur partes Joannis Sigismundi, filii olim Joannis Regis, & Reginæ Isabellæ, Relictæ ejusdem Regis; hæc enim cum filio præfato decimum, & octavum annum jam agente, totam Transylvaniam favore, & adjutorio Solimani Prin-

---

a) In Codice MS. Istvanfiano — Széchenyiano.
b) In Cod. MS. Beytheano — Eszterháziano.

Principis Turcarum in manu habebat, nemine in Tranſylvania illi reſiſtente. Præter Tranſylvaniam autem adhæſerant illi complures ex Ungaris, nempe Franciſcus Bebek, Gabriel de Peren, Georgius Bathory, Melchior Balaſſa, Vir militaris, & Dux exercitus; Joannes Thewrewk de Ennyngh, Franciſcus Perény, Georgius Tarczay, Thomas Warkoch & alii nonnulli: claſſicum canente, & proditionibus proditiones miſcente Franciſco Kendy Tranſylvano, qui dum illius Provinciæ Wayvoda, pro Rege fuiſſet, prodito collega ſuo Stephano Dobo, Provinciam in manus Reginæ fecerat devenire. Parebant Reginæ extra Tranſylvaniam hæc loca; Waradinum; Huzth, Munkach & alia nonnulla loca, vigebatque in illis Partibus bellum duce hinc Emerico Thelekeſsy illinc vero præfato Melchiore Balaſſa.

STRIGONIENSI ECCLESIA prima, & metropolitana Ungariæ (& cui ſubſunt hi Epiſcopatus: Agrienſis, Quinque-Eccleſienſis, Weſprimienſis, Jaurienſis, Vacienſis & Nitrienſis) licet jam diu cum illa inſigni Arce ſua fuerat per Turchos expugnata, habebat tamen hoc tempore Præſidem Nicolaum Olahum, Summum, & Secretarium Regium Cancellarium, Virum græce, & latine doctum, magnæ experientiæ, præclaroque ortum ſtemmate, utpote cujus pater Stephanus, matrem habuit Mariam Sororem uterinam magni illius Joannis Huniadis patris Mathiæ Regis. Hic Præſul, dum a Curia aberat, reſidentiæ locum Poſonii habuit, amiſſo nempe Strigonio & arce Drégel Capitulum ejus Strigonienſe translatum erat pleno numero ad Civitatem Regiam Thyrnavienſem. Hic clariſſimus Vir inter alias præclaras virtutes (licet nemo mortalium ſit ex omni parte beatus) hoc tamen ſemper diligenter agebat,

ut præclaros quosque & doctos Viros undique ad servitia Regia, muniaque publica, & præsertim Ecclesiastica, propositis etiam premiis & promotionibus undique colligere erat solitus & advocare.

COLOCENSIS ECCLESIA, & ipsa secundo loco Metropolitana (cui subsunt hi Episcopatus: Zagrabiensis, Transylvaniensis, Waradiensis, Boznensis, Chanadiensis & Sirmiensis) amplissima olim in proventibus partium Regni Inferiorum simul cum Bachiensi Canonice unita, quia diu in manibus Turcorum jam fuerat, carebat hoc tempore Prælato etiam titulari. Occiso enim in bello Mohachiensi Paulo Thomoreo ejus Ecclesiæ Archiepiscopo, gesserat eum titulum Franciscus de Frangepanibus Frater Minoritanus, qui Agriensis fuerat Episcopus, post cujus mortem nemo postea fuerat nominatus Colocensis.

AGRIA, quæ primum post Archiepiscopos in Ungaria locum inter Ecclesiasticos obtinet, habebat hoc tempore Prælatum Virum insignem & doctum Anthonium Verantium, qui non ita diu ex legatione Turcica a Solimano redierat, ubi per quatuor annos, & menses aliquot Oratoris munus cum excellenti Viro Francisco Zay, laudabiliter exercuerat. Illinc rediens dignitate hujus Ecclesiæ, cujus Prælatus Franciscus Wylaky jam pridem decesserat, fuit ornatus.

ZAGRABIA, secundus in Ungaria Episcopatus, licet arcem cum Ecclesia Cathedrali, & aliquot Castellis adhuc hoc tempore obtinebat, tamen usque adeo decreverat in proventibus olim amplissimis, ut illi omnino ad conservationem munitonum non sufficiant. Habebat hoc tempore electum Prælatum, virum omni virtute & militia decoratum, Mathiam Bru-

Brumanum, cui Regia Majeſtas adjunxerat etiam Abbatiam de Topozka pro meliori conſervatione Arcium.

TRANSILVANIENSIS, ſive Albæ Juliæ Epiſcopatus adhuc quidem a rabie Turcica fere immunis, in manibus tamen Reginæ Iſabellæ & factioſorum habebatur, eo, quod ejus Eccleſiæ Epiſcopus, clariſſimus, & omni laude dignus Vir Paulus Abſthemius rebus factioſorum & Reginæ non conſentiens, coactus fuerat illinc emigrare; qui tamen, ſi partes Reginæ ſequi voluiſſet, non ſaltem Epiſcopatum, ſed & ampliſſima quæque, quæ illi promittebantur, fuiſſet conſecutus; ipſe tamen fidem Regi ſuo aſtrictam, conſtanter tenere voluit, etiamſi (prout dicebat) nudus oberrare cogeretur, & propterea clementia fuerat datus Epiſcopatus Nitrienſis, licet longe impar. *a*)

WARADINUM Epiſcopatus, & ille ampliſſimus, poſt mortem incomparabilis Viri Mathiæ Zaberdini illius Epiſcopi per factioſos expugnatus cum arce ſua fuerat. Habebat tamen electum Prælatum Franciſcum Forgach, nobili ortum ſtemmate, doctum & induſtrium, qui tamen per factioſos in Eccleſiam ſuam non admittebatur. *b*)

a) Mortuus eſt Nitriæ Anno 1579. ætatis 87. jam fere delirus ob ſenium.

b) Franciſcus Forgach in Tranſylvaniam ad Joannem Filium Regis Joannis tranſiit, quod apud Maximilianum Imperatorem in petendo Epiſcopatu Jaurienſi, & Cancellarii Officio repulſam paſſus fuiſſet A. 1574. ſicuti antea ad Polonos transfugit Andreas Duditius Sbardellatus Epiſcopus Quinque-Eccleſienſis ducta etiam ibi uxore.

QUINQUE-ECCLESIENSIS Episcopatus olim loco insigni Civitate & proventibus commendatus, ante plures annos in manus Turcorum devenerat, demptis adi modum exiguis Colonis prope arcem Zygeth. Hunc Episcopatum meruerat hoc tempore doctus, & omni probitate insignis Vir Georgius Draskowych Regius Secretarius, qui duce virtute, doctrina ac probitate sua post Præposituras Jaszoviensem & Posoniensem in hunc locum fuerat sublimatus. *a*)

WESPRIMIUM Episcopatus & ille olim insignis, & in cujus Diœcesi Buda Urbs Regia sita est, in manibus jam diu erat Turcicis, dempta arce Symegh, & pauculis Possessionibus circa Egerzegh. Hunc Episcopatum, in quantum adhuc ex rabie Turcica supererat, possidebat Vir optimus, & omni probitate laudatus Andreas de Kewesd, qui primus suæ familiæ præluxit, & ex Capellano Regio factus est Episcopus.

JAURINENSIS Episcopatus Dei gratia necdum rabiei Turcicæ in toto obnoxius, in manibus erat Pauli de Gregoriancz ejus Ecclesiæ Episcopi *b*) qui resignato nuper priore Episcopatu suo Zagrabiensi, in hunc locum benignitate Regia fuerat assumptus. Arx ipsa Jauriensis cum Oppido, velut oportuno loco sita tenebatur præsidio Regio, & muniebatur quoque tam Regia impensa, quam etiam illa pecunia, quam Nuncius Apostolicus Zacharias Delphinus ex Annatis DD. Prælatorum severe collegerat.

CHA-

---

a) Postea factus fuit Cardinalis a Sixto V. Pont. Max. misso ad eum Galero per Gasparem de Armis Bononiensem Anno 1585.

b) Qui hæc scripsit.

CHANADINUM Episcopatus in Partibus Regni Ungariæ Inferioribus, prout nullam omnino, vel admodum exiguam habebat in manibus Christianorum residuitatem, ita etiam longo tempore caruerat Prælato etiam Titulari; ad quam tamen dignitatem hoc tempore electus fuerat Vir clarissimus, Georgius Body, alias Præpositus in Lelesz, qui tamen factione, & inconstantia Gabrielis Perény illo loco pulsus fuerat, decoratus alia Abbatia de Porno.

VACIA nobilis Episcopatus, amænitate, & situ loci insignis (est enim in ripa Danubii inter Budam, & Strigonium) licet omnino jam in manibus Turcorum detineatur, Episcopum tamen habebat Virum optimum, multæque experientiæ Blasium de Waradino Petri Regium Camerarium, cui pro necessaria intertentione Rex adjunxerat Præposituram Scepusiensem.

SIRMIENSIS Episcopatus in Partibus Regni Inferioribus jam ante annos plures amisso Belgrado & Wylak, totus in potestatem Turcorum devenerat, nec ullum hoc tempore habebat Prælatum. Sedes ejus fuit Bannonostra.

NITTRIA Episcopatus licet exiguorum proventuum, in superioribus Regni Partibus pro magna parte adhuc incolumis per plures annos fuerat possessus per clarissimum Virum Franciscum Turzonem Regii Fisci Præfectum, qui tamen, postquam ducta uxore Episcopatu sponte se abdicasset, tunc Episcopatus ipse, prout dictum est, Regia munificentia & benignitate fuit collatus supradicto D. Paulo Absthemio Episcopo Transylvaniensi pro loco residentiæ, & etiam in sublevamen sustentationis vitæ, exigentibus ejus meritis, & inconcussa fidelitate.

BOZNENSIS Episcopatus magnus olim fuit in proventibus, cujus sedes Episcopalis fuit ultimis temporibus in Civitate Dyako. Hujus titulum nostris temporibus gesserat memorabilis Vir Georgius Tompa, quo tandem demortuo, usque nunc Prælato carebat, prout & antea longis temporibus.

THYNNINIENSIS Episcopatus insignis jam diu & ipse per Turcos occupatus arcem adhuc habet unicam Czazyn. Prælaturam hujus loci moderno tempore gerebat Vir excellens Joannes Wylaky literis, & probitate vitæ insignis.

MODRUSIENSIS Episcopatus in Partibus ultra Savum fluvium in Bonis Comitum de Frangepanibus majorem suorum proventuum partem habens, prope ad littora maris Adriatici, licet necdum in manibus Turcorum habebatur, exiguorum tamen erat proventuum. Hunc Episcopatum habebat hoc tempore Frater Dionysius Pioppius Dominicanus Mutinensis.

SEGNIENSIS Episcopatus ad littora maris Adriatici situs, in manibus erat Regiis, necdum cuipiam etiam titulariter collatus, postquam ultimus ejus Episcopus Frater Fanciscus Josephith Dalmata Sibinicensis Franciscanus erat demortuus.

Fuerant olim & alii nonnulli Episcopatus sub Corona Ungariæ constituti, utpote: Scardonensis, Traguriensis, Sibinicensis, Nonensis, Pharensis & Macarensis, qui quoniam a jurisdictione etiam temporali Regis Ungariæ jam diu aberant, ideo de eorum Prælatis nulla hic fiet mentio. De istis dictum est, ut præsentis temporis status ad posterorum, qui hæc legent, memoriam transeat.

Secularium Baronum & Magnatum, ac Nobilium series.

THO-

THOMAS NADASDY Regni Ungariæ Palatinus de quo est facta superius amplior mentio, officium gerebat Palatinatus, ad eum honorem, qui primus est post Regem; satis invitus tractus potius, quam electus, qui sua virtute, & magnarum rerum experientia, linguarumque plurium notitia famillam suam, alioqui satis nobilem sublimavit. Hic antiquis Belliductoribus non inferior, plurima nostro hoc tempore edidit per Ungariam militiæ, & virtutis Stratagemata, tam in expugnatione Civitatis Lyppa, quam etiam in solvenda obsidione arcis Zygeth, dum illa per Turcos maximis viribus de Anno Domini 1556 præsente etiam Græciæ Beglerbego oppugnaretur, quo tempore Vir iste proximam illic Turcicam arcem Babolcha obsidens, Turcos contra se ab obsidione evocavit, illisque viriliter restitit.

WAYWODATUS Transylvaniæ honor & Magistratus insignis hoc tempore vacabat, propter illius Provinciæ a fidelitate Regia defectum. Gesserat eum honorem excellens, ac militaris Vir Stephanus Dobo, qui post illius Provinciæ defectionem per Reginam Isabellam non sine dolo & fraude fuit captivus, & non ita diu ope divina ex durissima captivitate arcis Wywar in Transylvania evasit. Hic multis virtutibus insignitus, maxime enituit conservata arce Agriensi, quam ille proximis annis, Nicolao Olaho Episcopo existente contra maximas Turcorum Imperatoris vires magna cum laude conservavit, facturus itidem in Officio Wayvodatus, nisi Francisci Kendy Collegæ sui dolo fuisset proditus, & etiam in captivitatem quasi traditus.

PE-

PETRUS ERDEWDY unus ex optimis Magnatibus atque militaribus hominibus, magnis & amplis in Regno Sclavoniæ decoratus Possessionibus, quo vix alius quispiam audacia, & intrepidi animi constantia plura exhibuit pro sua persona militiæ Stratagemata. Hoc tempore gerebat Banatum Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ, his annis superioribus arcem Welyka & Gradysky in manibus jam Turcorum existentia suo insultu coepit, & combussit, magna authoritate, & gloria.

ANDREAS BATHORY Judex Curiæ Regiæ Majestatis, licet corpore æger, & podagra! afflictus, in maxima tamen hoc tempore habebatur existimatione, qui Serenissimo Ungariæ Regi Ferdinando fidelissime semper, & magna constantia servivit. Habebat hic duos fratres, Georgium atque Nicolaum indivisos, quorum Georgius ducta uxore olim Gasparis Draghffy, ejus familiæ hereditatem possidebat amplissimam, adhæseratque factioni Reginæ Isabellæ, & filii illius.

NICOLAUS COMES PERPETUUS de ZRINIO habebat dignitatem Magistri Tavernicorum Regalium vir prout robore corporis ita etiam militari experientia laudatus, cujus opes erant amplissimæ, eo, quod ad patrimonium familiæ Zrini accesserat hereditas Comitum Corbaviæ, nec non amplissimum Dominium olim Hamponis, & etiam certa Castella Prioratus Auranæ ultra hoc, quod ducta uxore de domo Comitum de Frangepanibus magna ditio illi accreverat in Croatia, & Partibus maritimis.

FRANCISCUS TAHY Agazonum Regalium Magister filius clarissimi Belliductoris Joannis Tahy; homo, licet adhuc juvenis, in magna tamen habeba-

batur rei militaris peritiæ exiſtimatione, quam adeptus erat partim in arcis Zygeth optima adminiſtratione, partim vero, quia proximis annis factionem Petri Pethrowych circa Waradinum ortam & pullulantem ſuo ductu & præſentia oppreſſerat.

STEPHANUS BANFFY de Alſo Lydova Dapiferorum Regalium Magiſter erat filius optimi & conſtantiſſimi illius Viri Joannis Banffy, quem a fide Joannis Regis, cujus Partes ab initio ſecutus fuerat nulla potuit fortunæ varietas dimovere, vel abſtrahere.

LADISLAUS BANFFY de Eadem Alſo-Lyndva gerebat Magiſtratum, ſeu Baronatum Janitorum Regalium, qui & ipſe virtute, & conſtantia ſua dum prius in conſortium conſiliariorum Regalium aſcitus fuiſſet, hunc locum meruerat.

CHRISTOPHORUS BATTHYANI Pincernarum Regalium Magiſter hoc tempore habebatur, cujus licet ampliſſimæ olim in Regno Sclavoniæ fuerint Poſſeſſiones, jam tamen usque adeo decreverant, ut exiguum quid de illis reſtaret.

PETRUS MACEDONIAI filius olim Nicolai ejusdem cognominis Cubiculariorum Regalium Magiſtratum gerebat clariſſima ortus familia (*a*) & qui ſuperioribus annis patruum habuerat, Virum magni nominis, & doctrinæ Ladislaum Macedoniay, alias Electum Varadienſem. Hunc Petrum ſola propria virtus apud prudentiſſimum Regem promoverat.

JOAN-

(*a*) Fuit is Petrus Macedoniay ex antiquiſſima & nobiliſſima familia patre Nicolao, matre Anna Iſtvanffy, quæ erat Soror patris mei.

JOANNES DESEWFFY Magister Curiæ Regiæ Majestatis & Præfectus Cameræ Hungaricæ habebatur, qui in Provincia Posega Comitatus honore functus, dum Turcica rabie pelleretur, sua virtute & industria hunc locum meruerat, qui etiam ob eximias animi dotes continuus in Serenissimi Regis Consiliis habebatur.

FRANCISCUS BATTHYANY Vir amplissimus, magnæque prudentiæ, & optimi consilii, veteranus jam Regius Minister, licet nullius Baronatus honorem concupiverit, nec oblatum acceptaverit; in consilium tamen Regium ascitus magnæ authoritatis & prudentiæ nomen obtinebat.

HOMONNAY familia amplissima, *Drugeth* cognominata, amplissimisque in Ungaria Possessionibus decorata, quum antea multos clarissimos Viros habuisset, hoc tamen tempore ad paucos admodum fuerat redacta. Vivebat enim Domina Relicta olim Gabrielis Eufrusina Gyulaffy habens filium Stephanum. supererant Franciscus & Gaspar filii olim Georgii & filiolus olim Emerici similiter Homonnay, Nicolaus.

FRANCISCUS THURZO nobilissimæ familiæ fere unus superstes, demptis feminis, erat hoc tempore Aulicæ Cameræ Regiæ Majestatis Præfectus; & dimisso Episcopatu Nitriensi, quem multos annos possederat, uxorem habebat ex familia Kozka, possidebatque arces Baymocza, Arwa, Lethava &c.

JOANNES BALASSA Vir militaris gerebat Capitaneatum apud Civitates Montanas mineris decoratas & nominatas, habebaturque inter militares non postremus.

JOANNES PETHEW de Gerse in familia hac majoris & excellentioris erat nominis, quam alii sui

ſui fratres, gerebatque Capitaneatum Civitatis Caſſovienſis, quem poſt Stephanum Dersffy amotum nunc occupaverat. Ultra honorem Præfecturæ Caſſovienſis erat etiam Comes Comitatus Sopronienſis. Is habebat fratrem itidem militiæ nomine clarum Petrum Pethew.

FRANCISCUS ZLWNY & alter FRANCISCUS BLAGAY juvenes adhuc, & fere ejusdem ætatis vivebant in Regno Croatiæ ſub Regia fidelitate, ambo locorum ſuorum prædictorum Comites Perpetui.

CHRISTOPHORUS ORZAGH antiquiſſima ortus familia, unicus tantæ hereditatis habebatur heres; decora & præclara juventa ſimul & placidiſſimis moribus decoratus ſponſam habebat filiam majorem antedicti Nicolai Comitis Perpetui de Zrinio.

MICHAEL MEREY nobili ortus progenie, familiam alioqui claram & nobilem ſua virtute & ingenio longe clariorem reddiderat; qui mirabili pollens ingenio, & memoria, Juris Ungarici habebatur peritiſſimus, magna alioqui humanitate & Comitate præditus, qui propterea & Præſentiæ Regiæ Majeſtatis in Judiciis Locumtenens, & Conſiliarius quoque Regius habebatur.

GASPAR SEREDY Junior in ea familia fere unicus ſuperſtes, mortuis nempe jam pridem Gaſparo & Georgio, ac Bendicto patruis, qui Benedictus arcem Thokay poſſederat, & nunc pueruli illius heredes ſub Tutore quodam violento Franciſco Némethy, arcem indebite occupante ibidem aſſervabantur. Ceterum is Gaſpar arces Bozyn & S. Georgii poſſidebat.

LADISLAUS KERECHENY Vir laudatus & militatis habebatur. Deſignatus erat ad Præfecturam arcis Regiæ Zygeth, ſucceſſurus nempe Gregorio.

Far-

Farkaſych moderno Præfecto, (*a*) quam arcem is & prius laudabiliter gubernaverat, & quam etiam Marcus Horváth ſuperioribus annis contra acerbiſſimam Turcicam obſidionem fuerat tutatus.

GEORGIUS BEBEK filius Franciſci, quem ſuperius partes Reginæ Iſabellæ ſecutum diximus. Is licet ab initio eidem factioni cum patre adhæſiſſet, meliori tamen uſus conſilio, jam ad fidem Regiam redierat, dimiſſo patre in errore.

Erant præterea in Regia fidelitate complures clari, & militares Viri, prout Joannes Choron de Dewecher, Ladislaus Gyulaffy, Emericus Thelekeſſy, Georgius Tury, qui ob podagram domi in Dyosgiewr manebat.

MICHAEL REWAY clariſſimi illius Franciſci Reway filius major, qui ingenio, & induſtria valens Pro-Palatinus Regni Ungariæ fuerat. Is ducta uxore filia quondam Petri Bakyth reſidebat in arce Holych, habebatque fratres. Joannem & ipſum magni ingenii & doctrinæ, Aulicumque Regiæ Majeſtatis, nec non Franciſcum adhuc coelibes.

RAPHAEL PODMANYCZKY Vir itidem clariſſimus & militaris, aſcitus & ipſe in numerum Regiorum Conſiliariorum, habebatque in manu arcem Palotha prope Albam Regalem, reſidebatque in arce Beztercze.

Multi præterea clari viri, domi, & militiæ inſignes in hac etiam rerum & temporum miſeria habebantur, prout Thomas Kamariay Regni Vice-Palatinus jam ſenior, & in judiciis exercitatus, Mathæus, Literatus Vice-Judex Curiæ Regiæ, Magiſter Damianus

(*a*) Sunt mendacia.

nus de Aranyan, Judicis Curiæ ac Regni Sclavoniæ Prothonotarius; Magister Anthonius Naghwathy, Mathæus de Czombor, ambo Prothonotarii Regii, Joannes Zomor Director Causarum Regiarum, Georgius Olgiay, Prothonotarius; Anthonius Sarkan de Akoshaza prudens & ipse ac industrius Vir; Georgius Rakowzky, alias Vicegerens tam Palatinatus, quam Judicis Curiæ: & ii quidem omnes fidelissimi Majestati Regiæ, quorum omnium, & aliorum, qui recenseri non possunt, industria & sudore illæ reliquiæ Regni, quæ adhuc superant, ad nutum Regiæ Majestatis gubernabantur longe alia forma, quam olim, dum Nandoralba, Sabacz, Jayecza, Severinum, & alia remotissima loca confiniorum nomine censebantur. Jam enim illis omnibus, & deinde Buda, Pestho, Alba Regali, Strigonio, Quinque Ecclesiis, Wesprimio, Wyssegrado, Waradino, Chanadino, Temeswar, Llyppa, Solmos, Fylek; denique Hwzth, Drégel, Kapos, & universa Transylvania cum majori Regni parte amissis, longe propinquiora erant confinia, & quæ velut fimbria aliqua partibus Austriæ, & aliis Germanicis Provinciis adhærebant. Nempe extrema erant Confinia Jaurinum cum Tatha, Papa, Zenthgroth, Zygeth, Kanyfa, Berzencze, Chorgo, & ultra Danubium Lewa, Ola Wyuar, Murany, Korpona, Gywla, Nitra, Dyosgiewr, Agria, Aynachkew & ália proxima eorum loca. Finis. F. A.

Notandum: Subjectas notas margini Codicis inscripsit sua manu Nicolaus Istvanffy olim possessor Codicis, cujus autoritate hoc Memoriale Gregorianczio tribuimus, nam is & exordio subjecit: *Hoc quoque μνημοσυνον est Gregorianczii Episcopi Jaurinensis* & idem hic nota sub litera a. p. 107. testatur.

XX.

XX.

Sigismundi Torda Ephemerides, quas Ephemeridibus Nicolai Simi Mathematici Bononiensis. Anno M. D. L. IIII. Venetiis impressis sua manu inscripsit Bibl. Coll. Posoniensis sub Lit. M. Nro. 26.

1558.

Majus.

XXV. Emi in Suburbio Civitatis Eperjess a Georgio Sartore hortum. florenis LVI. jure perpetuo.

XXVI. Bochikay abiit Viennam.

XXVIII. Emptio Horti inscripta est in Librum Civitatis. Nemo inhibuit, nec Emptionem nec Inscriptionem.

Augustus.

1. die Augusti hoc anno LVIII. emi domum, in qua habito, florenis CCCC. Vendiderunt eam mihi unanimi Consensu Domnia Mater, seu Socrus mea, Paulus Vernherus Sabina Vernhera cum marito Christophoro Melczer, nemine de cognatione impugnante. Quod Deus fortunet!

September.

XXI. Septembris obiit Imperator Romanorum felicissimus Carolus V.

October.

XVIII. Octobris Regina Maria obiit.

In

In fine Ephemeridum hujus anni hoc addit generatim.

Anno 1558. post messem annus gravis, frumenti & Vini caritate. Pestis æstate in Moravia, Octobri & Novembri in Austria Viennæ & Posonii.

1559.

Martius.

Martius totus fuit serenus, & calidus, siccus.

November.

Ineunte Novembri cæpta Judicia publica Posonii. Palatinus nondum venerat ad 3. Novembris.

XXIX. Bartpham se recepit Despotes.

December.

VII. Die Decembris, paulo ante ictum horae VIII. vespertinæ obiit puer pius, castus, & pudicus. Nicolaus Torda nepos meus Charissimus, ex Sorore amantissima Helena, qui cum Christo vivat in æterna beatitudine.

In fine addit hæc:

Gallorum Rex Heinricus mortuus ex fragmento hastæ in Hastiludio circum tempora impacto. Obiit X. die Julii.

Excessit e vivis etiam Pontifex Romanus Paulus ejus nominis quartus,

Decessit in Transylvania Isabella regina, Johannis Regis quondam uxor.

1560.

Januarius.

XXVI. Audientia Legatorum filii Regis Joannis.

Februarius.

XXVIII. Proficiſcor Viennam.

Martius.

XI. Veni Viennam, audior a Rege Maximiliano.

XXIX. Eadem Die venit Viennam Domina Anna Bodog ſoror Reverendiſſimi Domini Blaſii de Varadino Petri, Epiſcopi Vacienſis, & Præpoſiti Scepuſienſis.

Majus.

I. Cæpta Judicia Octavarum.

Auguſtus in certo die.

Baiazetes minor natu filius Imperatoris Turcarum expedivit Legatum ad Philippum Regem Hiſpaniæ ex Perſide; qui ignotus adpulit primum Alexandriam, deinde Genuam, e Genua transmiſſus eſt in Hiſpaniam.

XVII. Dominus Franciſcus Turzo vocatus ad Cæſarem propter verſus indicatos Cæſari per Ctomerum. Tragædiæ.

XXV. Dominus Sigismundus Herberſteiner implevit annum ætatis ſuæ 74.

December.

XXVII. Die Decembris ſeditio periculoſa exorta Caſſoviæ ſub noctem circa horam *6tam*, quæ duravit ultra *7mam* ob concionatorem, Gallum, quem

quem noluit Capitanenus eo Vespere Agriam mittere.

In fine fine Die.

Æstate hac ineunte finxit Solimanus famam, quam per Italiam & Pannoniam sparsit, quæ etiam Venetorum Literis Majestati Imperatoriæ perlata est, & per oratorem, Venetum, Viennæ varie publicata, quod Persa miserit ad se oratorem splendido Comitatu petens pacem, & filium suum Bajazethem sibi remiserit, cui ipse postea eruendos oculos curavit. Quod totum figmentum fuisse compertum est mense Augusto, & cognitum, quod Persa non solum non restituisset Bajazethem, sed summo in honore haberet, & quod Bajazethes miserit nuncium suum ad Philippum Regem Hispaniæ.

1561.

Februarius.

XIX. Februarii, die Cinerum expugnatum est Castellum Zalca.

XXI. Februarii appulerunt Eperjessinum Reverendissimus Dominus Episcopus Vesprimiensis, & Magnificus Dominus Petrus Keglevich, & eos deduxi ad ascensum versus S. Petrum.

XXVI. Obiit Catharina Buchinczka coniux ante Magnifici Domini Georgii Seredy, postea Magnifici Domini Alberti Lasky.

Martius.

XXII. Martii Expedivi Relationem super mineris & urburis Scepusiensibus per Joannem Literatum.

October.

VIII. Octobris donata est mihi Domus Benedicti Bors per Serenissimum Regem Maximilianum, in Suburbio Posoniensi, ex singulari gratia.

November.

VII. Novembris venimus Viennam vocati a Regia Majestate R. D. Præfectus ab Ujlak, & ego.

December.

VII. Decembris tradidi Postæ Relationem super Inspectione provenutum superiorum partium cum adjunctis actionibus, & Libellis Serenissimo Regi Maximiliano Lincium perferendas.

XXXI. Decembris R. D. Draskowith proficiscitur in Concilium.

1562.

Januarius.

V. Januarii mandato Regis proficiscor Lincium.

XXV. Ejusdem redii Posonium.

Majus.

I. Maji mea carissima conjux Euphemia post longas ægritudines, & angustias obdormivit in Domino post ictum horæ octavæ mane. Posonii. migravitque in confessione pia, sancta, & constanti fide remissionis pecatorum per X*tum*.

II. Maii in Die Divi Sigismundi dimisi funus Euphemiæ meæ carissimæ Domum Eperjes, in patria ejus humandum, loco & sepulcro gentilitio.

Junius.

Junius.

XIV. Junii dimiſi filiam Margaritham ad Magnificam Dominam Annam Paxi in arcem Blazinczen in ejus familiam & diſciplinam.

XV. Junii dimiſi filium meum Sigismundum Eperjes, in curam & educationem Dominæ Socrus meæ Sophiæ relictæ Domini Georgii Vernheri, commendatum Dominæ Annæ Tarceæ, & Joanni Toperczer civi Eperjenſi deducendum.

XXVIII. Dimiſi Georgium filium ad Bolondoch.

Auguſtus.

XXXI. Duxi Georgium filium meum levatum ex Bolondoch, quo eum ex contagione Poſonii ſæviente tranſtuleram.

November.

XXVI. Novembris Electio Sereniſſimi Domini Maximiliani Regis Bohemiæ in Regem Romanorum Francofordi.

XXX. Novembris ejusdem Coronatio.

Nota.

Coniunctio Novembris & oppoſitio metuendæ mihi. His namque temporibus velut periodicis maxime inſeſtat catarhus.

December.

XII. Decembris dimiſimus Relationem de actis apud Dominam conſortem Georgii Bebeck, poſta.

XXII. Gratulatio publica Eperjeſſii, Votaque ad Deum Opt. Max. de felici Electione & Corona-

natione Serenissimi Regis Maximiliani in Regem Romanorum,

1563.

Martius.

XVI. Martii Rex Maximilianus post Coronam susceptam Regni Bohemiæ & Romanorum, rediit Viennam post diuturnam absentiam.

Junius.

I. Junii. Sponsalia & Juramentum in Bahon, Deus Abrahæ, Isac & Jacob fortuna, & gratiam tuam adspira propitius.

XVI. Tragædiæ per Senasium offunduntur, opera & Consilio Τις Μεϱςι, ideo is me accersiit, at non circumvenit.

XXVII. Junii Blasius Jóo denunciatus Director Caussarum Fisci in Consistorio Cameræ.

Augustus.

Ad XX. Augusti indicta fuerunt ab Imperatore Ferdinando Comitia Coronationi ejus filii primogeniti Serenissimi Romanorum & Bohemiæ Regis Maximiliani, & adfuerunt Status atque ordines Regni ad eum diem.

XXXI. Augusti Ingressus Serenissimi Regis Maximiliani Posonium cum ejus fratribus. Serenissimis Ferdinando, & Carolo.

September.

I. Septembris Ingressus Sacratissimi Cæsaris Ferdinandi Posonium. Colloquium cum Rege Maximiliano a prandio & vespere:

II. Se-

II. Septembris propoſuit Sacratiſſima ſua Cæſarea Majeſtas Regno Poſtulata ſua. Diſſenſere equites a Patribus toto tractatu a principio ad finem; primum de Palatino, deinde de aliis multis.

VIII. Septembris, felix coronatio Sereniſſimi Romanorum & Bohemiæ Regis Maximiliani in Regem Hungarorum.

IX. Septembris coronatio Sereniſſimæ ejus Conſortis in Reginam Hungariæ.

XII. Haſtiludia, & Caſtelli Expugnatio, ubi aliquot repentino igne exorto cremati.

November.

X. Novembris. Sereniſſimus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque Rex Maximilianus, Dominus meus clementiſſimus movit Poſonio in Moraviam a prandio, Olomucii Conventum habiturus.

XXII. Novembris diſceſſit Poſonio Divus Imperator Ferdinandus. Vivat diu felix!

XXIII. Novembris diſceſſit Regina Poſonio.

December.

XX. Decembris Matrimonium cum Generoſa Domina Dorothea Gyerewdy ſecundum nos deciditur ex Iudicio de Sede Eccleſiæ Strigonienſis, contra Stephanum Teutſi impudentiſſimum calumniatorem.

In fine addit.

Æſtate hujus anni 1563. & autumno Peſtis graſſata eſt, Eperjeſs, Caſſoviæ, atque in aliis Civitatibus ſuperiorum partium. Item Agriæ,

Budæ, Strigonii, Tolnæ maximam Turcarum ſtragem edidit.

Paſſa Budenſis obiit.

Strigonii Begi munus Hazzon Begus ſuſcepit, qui fuit Begus in Fillök anno 1562. & GeorgiumBebeck ex Inſidiis oppreſſum cæpit Etiam Viennæ peſtis pullulavit, licet jam a quadriennio non mediocriter ſæviiſſet, & viſa eſſet ſub hyemis exitum remiſiſſe. Qua ſpe ducti Auguſti, Cæſar & Rex Maximilianus cum univerſa aula remigrarunt Viennam.

1564.

Januarius.

XXV. Nuptiæ Noſtræ cum Dorothea Gyerewdy. Fuit autem prius nupta Stephano Giczio, qui ex ea ſuſtulit Paulum & Annam Liberos, quos alibi crebro vocat privignos.

XXX. Januarii Thomam Vizkeletium miſi Viennam pro munere Sereniſſimi Regis Maximiliani adducendo. Tradidi autem ei Literas R. F. Domini Varadienſis Franciſci Forgacs ad R. F. Dominum Zagrabienſem, & ad Fratrem ejus Emericum Forgach.

Februarius.

VII. Februarii miſi Joannem Fejérvarium Servitorem meum Viennam ad Nuncium Apoſtolicum gratia impetrandi Edicti, de tranſmittenda de tribunali Archi-Epiſcopi appellatione.

VIII. Februarii Denunciatio ad Rs. Dominum Archi-Epiſcopum per delectos XII. Nobiles, ut vel

ſuſci-

susciperet causam ex provocatione, & tempus legitimum ad prosequendum daret, nimirum annuum spatium, vel adpellationi ad Nuncium Apostolicum deferret.

Julius.

XXV. Divus Cæsar Ferdinandus Hung. Boh. Dalm. Rex obiit hora a septima ad octavam progrediente, sub occasum Solis. Vivat in æterna Luce beatorum.

XIX. D. Joannes Zermegh Præfectus Viennam in Causa subsidii cum Domino Ladislao Banffyo Capitaneo Trinchiniensi, & Officialibus arcis Ugrocz controversa.

Augustus.

V. Zermegh rediit Vienna Εχοπος' ἀκωϛαϛοσ.

September.

III. Septembris Zathmar intercepit Stephanus Bathory de Somlyo.

XVIII. Examen de Carmine infami.

October.

XIII. Octobris accessit ad Pædagiam filii mei Georgii, Georgius Lesserus Posonii.

XV. Octobris Volfgangum Dombay in familiam tradidi Rs. Domini Jaurinens. nuper Archi-Episcopi Colocensis declarati.

November.

XIX. Novembris allatum filium Regis Joannis regressum in Transylvaniam, & ejus Exercitum per Tibi-

Tibiſcum pedem retuliſſe, Ead. nunciarunt Literæ Mathiæ Vitzmandy.

XX. Examen in Capitulo Poſonienſi de Carmine infami. Examinati Mgr. Mathæus Prothonotarius, Chriſtophorus Cubinius, Petrus Simandius.

XXII. Novembris comperi auctores maledici Carminis, ex indicio filiorum Franciſci Segniey, hos nempe: Joannem Deſewfium, Joannem Zermegh, Michaelem Chiepelium præcipuos; poſtea vero Gabrielem Literatum Zenth Gyeorgyium, Michaelem Literatum Secretarium Sbardellati Epiſcopi Quinque-Eccleſienſis Michaelem Sándorfy adoleſcentem Domini Michaelis Merey, Poetam Tranquillum Dalmatam, Excuſorem Typographum in Curia S. Annæ.

December. Circa Natalem Chriſti proficiſcitur ad ſuperiores Hungariæ partes Lazarus a Schvenden, generalis Bellidux adverſus Tranſylvanum declaratur, impedimenta deducuntur, falconetæ campeſtres X. duæ machinæ murifragæ, ſequitur Cohors 500. peditum, multi ex his frigore perierunt.

1565.

Februarius.

V. Februarii Exercitus Sacri Romanorum Imperatoris Maximiliani ſupremo Duce Lazaro Schvendio, arcem Tokay obſedit. Fortuna Deus, in Turcorum ruinam, & filii tui unigeniti gloriam.

XI. Februarii arx Tokay expugnata, in qua Franciſcus Nemety globo pixidis per frontem ictus interiit.

XV.

XV. Februarii Caſtellum Zerench deditione receptum, ſcilicet poſt captam arcem Tokay. Incluſi ſalvi dimiſſi cum veſtimentis & ſingulis gladiis.

Majus. Provincia arcem Tokay & partes Cis & ultra Tibiſcanos ordinandi cum Magnifico Domino Franciſco Thurzone impoſita.

XX. Maji pervenimus ad Tockay.

XXX. Migravimus ex Tockay, in Zerench, eadém Turcorum cohors, quæ usque a Rakanicz prædas agebat per Agrienſes, qui cum Magochio venerunt, profligata.

Junius.

XIX. Joannes Paczath in Tockay Proviſor declaratus.

XXI. Oppugnatio Zathmar inita.

XXVII. Egi cum quinque Liberis Civitatibus de Suppetiis Agriam mittendis.

Julius.

XXIV. Trecenti Equites Cataphracti Moravici adfuerunt, & in Caſtra deſcenderunt, Duce Serotenzkio.

Auguſtus. A quinta Auguſti per aliquot dies Solennitas Exequiarum Divo Ferdinando Viennæ celebrata: Funus nona Auguſti elatum, & a duobus Archiducibus Ferdinando ac Carolo, Nobilitateque Auſtriaca, & Bohemica Pragam deductum. (*a*)

II. Auguſti appulerunt Eperjes ſub nocte tria Vexilla equitum Cataphractorum Bohemicorum circiter ſeptingentorum, ducibus Ladislao Berka, Joanne Mankvarth, & Chienek Deſiczky &c.

III.

(*a*) Quomodo poſt integrum annum fors 1564. ut ſupra.

III. Augusti moverunt in Kapy, in Castro iter continuando.
VI. Famam captæ per Turcos arcis Erdewd posta Josephus attulit.
VIII. Cataphracti circiter 250. in Supplementa a Geralowszkio, & Pannovitio missi adsunt.

September.

I. Septembris advenit Eperjess Agmen Cataphractorum Saxonicorum Illustrissimi Electoris Augusti mille centum, Duce militiæ supremo Heinrico Gleissenthallio, & postridie permansit, die 3. Septembris mane movit in Castra.
XIII. Exercitus Turcicus ad Vicum Kochle supra Kissarr consedit. Tractantur Induciæ magno interim bellico apparatu ad viciniam contracto. Differentia de Nagy-Bánya, quæ conclusis Induciis occupata dicebatur.
Exercitus Turcicus & Transylvani cessit.
XXV. Nocte ad 25. Septembris illucente visum perisonium, corona in Cœlo ex astris, sceptrum & pugio. Tibi Domine Deus Israel victoria & fortitudo, Servatori exercitus, Profligatori Turcorum.

October.

VI. Octobris pugnatum a nostris ante stationes Turcorum, & ad pontem eorundem, ubi Abraham Chiammer Capitaneus Cataphractorum, & Joannes Rebok ictu falconetæ interierunt.
XXIX. Transmisi Cameræ Aulicæ relationem rerum per nos ad Tockay & Zerench gestarum.

Decem-

December.

I. Decembris moveo ab Eperjess cum familia Posonium.

VII. Decembris Cæſar Maximilianus profectus eſt Lincium primum, deinde Auguſtam aditurus, atque eo loci Imperii Comitia habiturus.

1566.

Junius.

IV. Junii Palotam Baſſa Budenſis obſidet.

XV. Noctu Baſſa ſolvit Palotæ obſidionem, & Regreſſu fugæ ſimili Albam venit relictis tentoriis.

XVIII. Rurſus tentatur Palota obſidione, ſolvitur turpiter adventu Comitis Balaſſa.

Nota. Tranſylvanus ſollicitavit egreſſum Imperatoris Turcorum, & profectus eſt illi obviam Albam græcam, non tamen admiſſus in congreſſum, ſed miſſo in occurſum Chiauſio, juſſus redire cum mandatis.

His confeſtim ſubjungit ſed alio atramento ſub pallido, ut videatur id ſerius adjeciſſe in hæc verba.

Imo fuit admiſſus, & donatus a Turco clava, equis & corona aurea.

Nota. Quod poſtquam rediit, venit ad caſtra ſua ad Samosſalva, gloriatus ſe pepigiſſe cum Turco, ut Tranſylvania ſibi relicta, cætera omnia in tota Hungaria ille occuparet.

Julius.

X. Juliii vocor Literis Domini Svendii & poſtea deſcendo Caſſoviam.

XI.

XI. Julii abit Dominus Svendi, & ego proficiſcor ad Dominum Georgium Bebek de retinendo eo in fide tractaturus, ac pervenio eo die Tornam.

XXI. Julii Tata vi expugnata, Turci in ea internecione deleti, demptis 50.

Philippi Regis Hiſpaniarum navalis expeditio ad tentandum Alcairum delegata, ab Alcairi propugnatoribus intercepta. Damnum acceptum in rebus, & adparatu navali ad 500,000.

1567.

Januarius.

XV. Januarii Arx Zard ſex diebus acriter tormentorum ictibus concuſſa, dedita Domino Svendio: Domina cum univerſis rebus libere dimiſſa, & comitata usque ad Tornam.

Februarius.

XXI. Februarii arx Munkács quinque diebus ſere bis mille globorum ictibus transverberata traditur ad Cæſaris gratiam Domino Svendio.

Aprilis. Menſe Martio & Aprili Cæſar Maximilianus Comitia Bohemica Pragæ agit, flagitatque contra Turcos ſubſidia, pecuniam nimirum, & militem, Ducatibus Sileſiæ, & Moraviæ antea requiſitis.

Junius.

XXVIII. Junii obitus Domini Gabrielis de Peren.

Auguſtus.

I. Conſeſſus cum Domino Lazaro de Svendi, de Cameræ auctoritate, ne generalibus, ſed ſoli Cæ-

ſareæ

ſareæ Majeſtati ſit ſubdita, deque capitulationibus ad Sacram Cæſaream Majeſtatem mittendis.

September. Calendis Septembris natus eſt Magnifico Domino Franciſco Turzoni filius, in arce Letava, ſole ſupra horizontem aſcendente.

VIII. Septembris R. D. Chanadienſis profectus mecum fuit Eperjeſs cum Domino Palocz in tractatu de novæ Cameræ ingreſſu.

October.

VII. & VIII. Ingredimur Officium novæ Cameræ. Juramentum a Domino Paczoth & Lippay exactum.

XIX. Octobris obiit Anna Tarczay in Domino in Pago Orſavicza.

XX. Octobris obitus Domini Chriſtophori Orſzágh.

In fine Ephemeridum hæc ſunt adjecta ab eadem manu: Stephanus de Zapolya, & Emericus de Zapolya, major frater primi ſtirpis de Zapolya.

Pagus eſt Abafalva circa Putnok, ibi anno 1566. die XI. Auguſti ductus fuit Infans in templum ad Baptismum, ac repente Tartaris ſupervenientibus, Comitiva diffugiente, Aræ impoſitus, qui vixit per ſeptem dies continuos in ara, cum a nemine tolleretur, eo quod vaſtatis per Tartaros facultatibus, & Domiciliis omnibus, atque in cinerem redactis, ne ſuis quidem, quos prædæ ſurripuerant, alendis ſufficerent. retulit Albertus Abafy, qui infantem in ara vidit die XVI. Auguſti adhuc vivum, & bene habentem. Vixit etiam poſtea ad VIII. & IX. diem, & pater reverſus quæſivit Nutricem infanti, oblatis

latis quaternis florenis, per mensem, at nullam reperit in tanta vastitate & solitudine.

Anno M. D. L. inventa est primum Minera auri in Bocza per hos, Leonhardum Kesler Novosoliensem, Jacobum Thaller, Michaelem Krathey, ubi ad hunc annum, qui jam sexagesimus agitur, officinæ præclaræ sunt ædificatæ, eæque non paucæ.

Jaicza capta per Regem Mathiam Die Nativitatis Domini. Retulit Palatinus Thomas Nadasdy ex veteri quodam Calendario Bohemici Idiomatis Viennæ in Aula die VI. Julii 1560. hora quarta p. m.

Georgius Scanderbegus mortuus XVI. Kalendas Februarias id est XVII. die Januarii anno Domini MCCCCLXVI.

Locus est in Comitatu Gewmer (Gömör) in territorio pagi Borzva, ubi est fissura petræ hyeme calida, plena culicum æstate frigidissima, adeo ut destillans desuper aqua in glaciem convertatur, unde in arcem Zard tota æstate gratis glacies infertur, sicut inferebatur me præsente. Distat autem ab arce Zard dimidio Milliario.

Expliciunt Ephemerides Sigismundi Tordæ.

XXI.

Vita Domini Palatini, Thomæ de Nadasd.

Auctore Gabriele Zentgiurgy Secretario ejusdem. Cum Notis Nicolai Istvanffy.

Thomas Nadasdy ex vetusta Comitum Pethenediorum prosapia, antea quidem clara & illustri, sed injuria

juria postea temporum, ut sunt res humanæ perpetuis fortunæ vicibus obnoxiæ, attenuata, & ad ordinem equestrem redacta, oriundus; Patre Francisco sub Rege Mathia certi Ordinis Cathaphractorum Ductore; qui cum prima literarum rudimenta puer domi privata Institutione imbibisset, adolescens cura parentum Grætium Metropolim Stiriæ missus Principia artium, & reliquarum liberalium Disciplinarum, una cum lingua Germanica, quam perfectissime calluit, hausisset, inde adultior factus, ope Stephani Teriek avunculi, primo Bononiam, postea Romam profectus, cum plures annos in studiis Philosophiæ transegit, confirmatoque multarum præclararum rerum, & linguæ Italicæ cognitione judicio, a Thoma Cardinale Cajetano (a) a Summo Pontifice ad sollicitandam apud Regem Ludovicum funestam, & Hungaris perpetuo luctuosam expeditionem contra Solimanum, in qua Rege ipso cæso (in lacuna merso) omnis flos militiæ, & Nobilitatis Hungaricæ cecidit; misso, pro interprete ascitus in Patriam rediit, & ab eodem Regi commendatus Secretarii munere magna laude est functus, tantique apud Regem brevi factus, ut Legatum Spiram miserit ad Carolum V. &

(a) Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus, qui per totà Biblia Commentarios edidit excepta Apocalypsi is est, qui cum Budam venisset, & ei Cardinalis Strigoniensis Thomas prægrandes Pisces, qui in Danubio capiuntur, & Barbaro vocabulo Huzones vocantur, dono misisset, eosque, ut ad se in cubiculum ferrentur, jussisset, ministrique respondissent, ferri non posse ob magnitudinem, tum ipse e fenestra prospectans, dixisse fertur; magnum esse damnum, quod non essent Tinchy Perusinæ, hoc est, e lacu Thrasymeno.

& reliquos R. Imperii Principes Comitia agitantes, sollicitatum auxilia contra Turcam jam antea promissa, ubi diu detentus, & nonnisi inani spe dimissus, cum vix Regni fines attigisset, rumore perditi Regis, & deleti universi exercitus passim diffuso, Comaromium recta contendit ad Regiham Mariam, quo illa Regem in expeditionem profectum una cum Joanne Bornemizza nutritio Regis, homine jam tum senectute gravato, ceterum ab initio singulari sapientia & gravitate, ac magna rerum experientia clarissimo, & ob eas dotes a Wladislao Casimiri morituro præ reliquis Baronibus liberorum & Regni curæ præfecto, belli finem exspectatura, secuta fuerat, unde tumultuaria navigatione, in magna omnium trepidatione arrepta, & navibus aliquot Regia Gaza onustis submersis, Posonium pervenientes, postquam bonus senex & mortem Regis acerbissime, intemperantissimeque se affligando ferret, & de Regni statu constituendo animo fluctuaret, Nadasdium præ ceteris omnibus delegit, quem ad Annam germanam Ludovici Regis Sororem, jam antea Ferdinando Archiduci Austriæ nuptam accedat, & cum maritum, & ipsam de obtinendo Regno, per mortem fraternam in se devoluto, tum, quorum Magnatum opere & authoritate facilius id consequi possit, edoceat. Wayvodam siquidem Transylvaniæ haud dubie de eo præripiendo modis omnibus, nisi maturaverint, laboraturum. Qua in legatione, prout singularem fidei, ingeniique dexteritatem Thomas Nadasdy in Patriam, futurumque Regem declaravit, ita magnam, cum apud ipsum, & conjugem ejus, tum omnes publicæ salutis amatores gratiam, & benevolentiam sibi comparavit. Porro, Ludovico in die, quæ memoriæ decollati Joannis Baptistæ est sacra,

cum

cum copiis deleto, Wayvoda complurium optimatum emercatus, ut plurimum studiis & suffragiis, pridie Martini tumultuarie propemodum se in Regem inaugurari fecit. Ferdinandus ab alia parte, adjuncta sibi saniore Baronum parte, & inter eos Stephano Bathory Palatino, & a fratre Carolo V. adjutus, ineunte anno magnis cum Copiis venit, & Diadema Regni legitima electione, & magna omnium comprobatione sibi delatum, mense Novembri suscepit, (*a*) inde Budam contendens, expeditum habuit ingressum, Rege Joanne in Poloniam ejus metu se recipiente, ubi constitutis publicis, quæ temporis brevitas ferebat, rebus, Viennam redit, obeunteque non multo ante Joanne Bornemiszza, castrum Posoniense ab eo in præfectura habitum recepit, & Prætura Comitatus Joanni Szalay attributa, Castellanatum Budensem Thomæ Nadasdio cum Imperio defert, addita etiam spe castri Fogaras propediem sibi conferendi; qui postquam populari rumore percrebuisset, Solimanum ad preces Regis Joannis Budam sine mora obsessurum, & captam ei denuo redditurum, idque anno insequenti re quoque ipsa comprobante, conquisitis & comparatis rebus futuræ obsidioni necessariis omnibus, nihil eorum, quæ vel milite animosissimo digna fuerunt, neglexit. Verum fato res Hungaricas ad excidium trahente, dum impressioni Turcarum ipse ab una parte cum certa militum cohorte resistit, & mænibus jam antea quassis & bombardarum pilis pertusis subeuntes rejicit, & ab alia parte cohors Germanorum hostem inter ipsam dimicationem blandiori oratione deditionem suaden-

 tem,

(*a*) Prius cœpit Budam, & postea Albæ est Coronatus.

tem, & cum vitæ immunitatem, tum facultatum libertatem promittentem admisit, qui eodem cum Germanis impetu irrumpens, Castellanum (Nadasdium) & qui secum dimicabant, inopinate adorientes, compluribus cæsis capiunt, & in conclave proximum conjiciunt, factaque hoc pacto perfida militum deditione Germani in Cemeterium S. Joannis Baptistæ, sarcina omni spoliati deducuntur, & postridie, exceptis paucis adolescentibus, quibus ætas veniam indulserat, omnes trucidantur. Castellanus & ipse eodem die ad primarium Bassam Ibraimum deductus, & ab eo, ut barbaro præter decorum intemperantiori oratione reprehensus, quod Budam, sedem Regis Hungarici, Hungarus & ipse contra naturalem Principem, & potentissimum Orbis terrarum Monarcham Turcam tam pertinaci, & ferrea audacia propugnare ausus fuerit. Ipsum vero fidem & constantiam legitimo suo Regi, ac Principi obligatam præsentissimo animo brevibus excusantem, mox a duobus Chiausis, & certo Primariorum satellitio ad vadum Danubii missum, per speciem Regi Joanni ad castigandam ejus temeritatem offerendum, re tamen ipsa in flumen præcipitandum, quo equulo vectus, cum in navim insiliisset, custodes additi arrepto sago equo detrahere dum conantur, (*a*) interim ipso quoque reluctante, & ex lucta veste disrupta, in proximam navim se præceps conjecit, qua, Dei haud dubie providentia, per se soluta magna colluctatione cum fluvio habita circa vesperam tandem vix defertur in adversam ripam, in qua Rex Joannes cum suis metabatur, & recta tentorium Regis ingressus, amplexatisque, & exosculatis ejus genibus

(*a*) Si credere fas est.

nibus, veniam ab eo obtinuit cum Ludovico Grithio cænante, ſolutaque tandem cœna, cum Ludovicus privatim pauca cum eo verba feciſſet, ſolertiam animi, naturæque vigorem, latinæ, & Italicæ linguæ ſingularem elegantiam gravitate moderatam admiratus, in tentorium privatim abductum, & penula Italica donatum multos dies in contubernio habuit, Regique tandem multis nominibus laudatum commendavit, qui & ipſe multis, & gravibus rebus probatum, poſtquam animadvertit, ſingulari Dei munere, multis naturæ ornamentis præditum, primum in Conſilium adſcivit, tandem delata ei Præfectura Agrienſi, tum temporis Præſule carente, animadvertensque ad majora longe eum munia a natura inſtructum, tradita ei arce Huzth loco fodinis ſalis celeberrimo cum Oppidis ac reliqua ditione Maromaruſſii ei adnexa titulo Theſaurarii auxit; quibus in rebus fideliſſimam quidem Regi operam navavit, interea tamen fide jam antea Regi Ferdinando tempore initi Caſtellanatus data animo ſibi obverſante, conquieſcere nunquam potuit, priusquam ab eo libertatem, temporum rationi ſeſe accommodandi per literas conſequeretur; qua conſecuta, videns ſtatum Joannis Regis Turcicæ amicitiæ & defenſioni obnoxium, olfaciens etiam amicitiam Ludovici Grithi, tametſi ſpecie benevolentiæ in defendendo a Ferdinandi potentia Rege a Solimano dati fucatam, reipſa tamen nihil aliud agi, quam ut Hungaria a Turcis ſubjugata Venetis vectigalis fiat, ipſe vires & arma ſua contra Italos & reliquas Europæ Nationes facilius domabiles convertat, nec multum abfuit, quin conatus hos eventus comprobaret, conſtitutum quippe clam inter Solimanum & Grithium fuerat, ut Regi

frequentiſſima omnium, quæ antea habuit, Comitia omnibus Regni Ordinibus, de gravibus Reipublicæ rebus cum iis conſultaturo, indicenda persvadeat, ad quæ Turca præter opinionem, exſpectationemque omnium adeſſet, & Rege cum Regnicolis Budæ oppreſſo, Regnum in ſuam poteſtatem redigat, quare Rege svaſionem Grithianam, per ſimplicitatem animi approbante, contigit ſecretarium Grithianum (*b*) neceſſitate privata, & beneficiis acceptis Thomæ Nadasdy devinctum, rem omnem clam ſignificare, quam & Nadasdio Regi ſine mora communicante, Comitia ſtatim revocata fuere, Turca nihilominus promulgatam jam expeditionem intermittere noluit, ne inſidiæ ejus palam fierent, ſed ne fruſtra expeditionem inſtituiſſe videretur, levibus tantum, quas campeſtres vocant, Bombardis munitus, oppidum Gynz obſedit, quo per deditionem potitus, ſpe potiundi regis & Regni fruſtratus rediit; quo facto, quid & quantum Thomas Nadasdy non tantum Hungariæ, ſed toti orbi Chriſtiano profuerit, facile ex re ipſa colligi poteſt. Videns igitur fortunæ rerum Joannis Regis dubiam, & formidoloſam conditionem, accedente ad id legitimi Regis ſui meritorum frequenti cogitatione, nil prius, antiquiusque in votis habuit, quam ſi quo pacto ad ejus fidem redire, eique, ac Patriæ ſaluti operam perpetuam navare poſſet, nec defuit optimæ, ac ſalutari voluntati ſucceſſus felix & fortunatus, deſpondente enim ſibi unicam filiam Ladislai Kanysay ex illuſtri, ea que

(*b*) Tranquillum Andronicum Tragurienſem natione Dalmatam, cujus quædam Lucubrationes exſtant.

que opulenta & potenti Baronum Regni familia, edita aliquoties a Rege Joanne dimissionem privatim petiit, defendendorum Bonorum uxoriorum causa Partibus Ferdinandi, jam tum in illis locis invalescentibus, quod postquam multis precibus obtinere nunquam potuisset, accepta tandem facultate domum revisendi, per literas ex itinere obedientiam ei Regi debitam, non sine magno ejus dolore renunciavit, & ad Ferdinandum magna cum congratulatione amicorum postliminio rediit, quem & Rex non sine magna lætitia, jam antea ex multis virtutibus cognitum excepit, & in pretio habitum, primo consilio allectum, Prætura liberarum, seu sociarum Civitatum, postea Banatu Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ collega Petro Keglevith auxit, tandem supremum Regni Capitaneum constituit, quo abdicato, officium Judicatus Curiæ attribuit; in quibus Præfecturis multa fortiter & præclare gessit tam consilio, quam armis, & inter reliqua interfuit expeditionibus Pestanæ Rogondorffero (c) Jauriensi Mauritio Saxoniæ, Lippensi Joanne Castaldo ductoribus, in qua militibus impressionem segnius facientibus, vexillum signiferi manibus ereptum, primus in moenia semiruta evadit, & in oppidum desiliens, solus ei capiundo, & victoriæ clarissimæ partæ occasionem præbuit. Postremo, cum Status Regni de restituendo summo, secundum Regiam dignitatem magistratu Palatinatus multos annos vacante frequen-

(c) Pestanæ expeditioni non Rogondorfferus, sed Joachimus Marchio Brandenburgensis præfuit, Rogondorff præfuit Budensi expeditioni, sed infauste.

tes fecissent Ferdinando preces, præ aliis (*d*) Thomas Nadasdy tam Principi, quam Regno dignissimus visus est, cui id ipsum muneris deferretur. Quo integrum prope Octennium administrato, præter reliquos labores, aliaque multa feliciter & sapienter, magna cum admiratione gesta, duas contra Turcas fecit expeditiones, alteram subitam ad terrendum ab obsidione Babolczæ, alteram anno insequenti sub Babolczam ad liberendam ab obsidone Bassæ Budensis Zigeth. Recuperavit etiam Hegiesd a Turcis antea captum, nullæque breviter aut expeditiones contra Turcam, aut Tractatus inter Regem Joannem, ac postea ejus viduam & filium intercessere, quibus cum Legatis præcipuis non inter fuisset, & authoritate, ac sapientia sua publicæ paci non studuisset, certumque est, eum ab initio svasorem pacis cum vidua & filio Joannis ineundæ fuisse, cui consilio, si obtemperatum fuisset, non in has calamitates Regnum, nec Buda in Turcicas manus venisset. Apud Ludovicum præcipuos patronos, quos singulari reverentia & fide coluit, Ladislaum Archiepiscopum Strigoniensem & Joannem Bornemizam habuit, a quibus & ipse & amatus, & multis rerum incrementis est auctus. Necessarios porro, Stephanum Maylad, primo Dispensatorem, & Præfectum Culinæ Regiæ, cui sororem germanam matrimonio junxerat, hominem angustis quidem, ingenuis tamen Natalibus prognatum, cæterum natura magnanimum, consilio celerem & acrem, & in re militari præstantem, ut qui post fata Ludovici ad Ba-

(*d*) Quoniam Franciscus de Batthyan, & Andreas de Bathor, hic Podagra, ille ætate decrepita sese excusabaut.

Baronatus honorem, & Tranſylvaniæ Præfecturam Ferdinandi munificentia evaſerit; & Joannem Szalay, qui cum viventi Bornemiſzæ Aulæ Præfectus fuiſſet, poſtea liberalitate Ferdinandi mortuo ſucceſſit in Prætura, ut dictum eſt, Comitatus Poſonienſis, in qua & vitam finivit, quibus tam arcto & vehementi amore convictus (conjunctus) fuit, ut de communione rerum, & fortunarum omnium privato ſe juramento obſtrinxerint, idque ad mortem ſingulari conſtantia coluerint, unde factum fuit, quod Ferdinando & Comitatum Fogharas meritorum commemoratorum ergo jam antea promiſſum ipſi donante noluerit, niſi inſertis horum quoque nominibus Diploma exinde editum a Rege habere, tantaque in utrumque uſus eſt liberalitate, ut etiam uxoria bona eorum uſibus ſemper libera expeditaque fuerint, & Fogaras quoque Stephano poſſidendum promiſerit, ex quo a Wayvoda Moldaviæ Petro per fraudem ſimulati colloquii elicitus & captus, ac Turcico tandem Tyranno donatus, Conſtantinopoli in perpetuis carceribus vitam finivit. Mortuus tandem & ipſe in Caſtello Egerwar ſecunda Junii Anno Domini MD LXII. ætatis 64. incredibili omnibus omnium ordinum hominibus cum luctu, tum deſiderio ſui, unico herede Franciſco Nadasdy relicto.

XXII.

Coronatio Regis Maximiliani.

Cum habita prius ſub Diæta præſenti cum Regnicolis mediantibus Internuntiis ex omnibus Regni Statibus et Ordinibus ſelectis mutua de tempore adventus Novi Regis intelligentia, Sereniſſimus atque Potentiſſimus Princeps ac Dominus Dominus Maxi-

ximilianus, Dei Gratia Romanorum & Bohemiæ Rex, Archi Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis, jam vero deſignatus quoque in Regno Hungariæ, pro ſuſcipienda Regni Corona in Cittem Poſonienſem ingredi deberet, exceptus eſt uno ferme a Civitate miliari juxta arcem Getzó in campo a Dominis Prælatis, Baronibus & Nobilibus aliisque Regni Statibus & Ordinibus gratulatoria oratione, atque poſtea in hoſpitii ſui locum deputatum deductus. Comitabantur autem Regem ex diverſis ſuis Regnis & Provinciis multi Prælati, & Duces, Barones, & Nobiles, ſignanter autem Archi Epiſcopus Salisburgenſis, qui & poſtea jam inaugurato Regi pro Menſa triginta duo Millia Talerorum dono obtulit, Epiſcopus Vratislavienſis, Archiduces ambo, Ferdinandus & Carolus Fratres Regis, aliquot Duces Sileſiæ, multi Regum, Principum Papæ, Civitatum, Vajvodarumque legati, Cives Viennenſes Exercitum pedeſtrem trium Millium ſupplebant. Similiter Exercitus quoque germanicus equeſtris 1000. Domini autem Prælati, Barones, Proceresque Hungari explebant Numerum Exercitus Equeſtris levis armaturæ trium quoque Millium pro more Gentis, auro, argento, gemmis pretioſis, generoſis equis, armatura optima, virisque præſtantibus adeo exornati, ut ſimiliter huic nulla Natio præſtare potuerit, Chypei, galeæ, haſtæque in tantum pretioſis exornatæ fuerunt, ut credere potueris omnes mundi pavones caudas ſuas albas illic habuiſſe. Tranſitum vero præbebat Regi & Comitivæ ſuæ pons navalis duplex Trans Danubium paucos ante dies artificioſe & magnis impenſis factus. Cujus longitudo fuit paſſuum circiter 800. ſupra navigia tantum alligatus, quem viginti anchoræ funibus trahebant. In Proceſſu autem ingens

fra-

fragor Bombardarum & pyxidum, clangor tubarum, Tympanorumque audiebatur, donec Rex cum Regina, duobus filiis totidemque filiabus magna omnium cum lætitia Ædes Archi-Episcopi Strigoniensis intraret. Altera die post Rex suis cum familiaribus secundo flumine Danubii naví devectus, simili cum lætitia ab omnibus receptus, & in arcem Posoniensem deductus fuit. Paucis diebus transactis habito prius Regnicolarum de tempore & modo coronandi Regis deliberatione & jam præparatis iis, quæ futuræ pompæ necessaria fore videbantur, ipso die festo Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, quoniam occupata per Turcos Alba Regali, Coronatio Regis Hungariæ in veteri & antiqua consuetudine ad hunc actam deputato loco fieri nequivit, ea Posonii in Ecclesia Collegiata S. Martini facta est in hunc modum: Circiter horam septimam matutinam in memorato festo Cæsar Comitatus suis aulicis, lætoque Tubarum Tympanorum clangore receptus, Templum ingreditur, & in sedem suam imperialem prope summum altare sese collocat, ubi Præsul Strigoniensis se ad peragenda Sacra, cum suo ordine Papali præparat, suoque indutus habitu, Regis adventum exspectabat, qui postquam comitantibus eum Prælatis, Salisburgensi, & Vratislaviensi, Ducibus Baronibus, aliisque suis familiaribus aulæ quamplurimis limina templi attigisset, similiter triumphali Tubarum & Tympanorum clangore exceptus, divertit in Sacristiam, ubi ipsum operjebantur præcipui Hungariæ Barones, a quibus & Regalibus vestimentis indutus, versus summum Altare perrexit, antecedentibus eum multis Dominis, signanter vero Magistris Francisco Zahy, Stephano Dobo, Nicolao Bathor, Francisco Zriny, Christophoro Orzagh,

Joan-

Joanne Choron, qui Regni Hungariæ & aliorum illi ſubjectorum Regnorum vexilla ſive Banderia, quorum erant ſeptem, ferebant. Hos ſequebatur Gabriel Perényi gerens S. Stephani gladium in aurea vagina. Poſt hunc ibat Franciſcus Forgach Epiſcopus Varadinenſis portans ſigillum. Deinde pergebat cum Pomo Nicolaus Zriny, Andreas Báthory geſtabat ſceptrum, Franciſcus Tahy nudum vibrabat gladium, manibus autem Franciſci Báthyán portabatur Corona, dum ita procederetur tertius Tubarum, tym, panorum que clangor audiebatur. Cum autem ventum jam fuiſſet ad eam templi partem, quæ Sanctum Sanctorum dicitur, Rex in medio illius Thronulum quemdam premebat, reliqua autem Inſignia prope Regem ſuper menſam quamdam collocabantur, vexillis ordine in manibus memoratorum Dominorum exiſtentibus. In dextra ſiniſtraque parte Stallorum multitudo Principum & Baronum conſpiciebatur. Interea dum hæc fiunt, peraguntur ſacra choris Muſicorum & Organorum invicem correſpondentium. Cum jam ventum fuiſſet ad eam Miſſæ Cantilenam, quæ Alleluja vel Trachis dicitur, incipiebantur & peragebantur per D. Strigonienſem & aſſiſtentes ſibi Epiſcopos, ſingulæ Ceremoniæ, quæ in coronandis & ungendis Regibus, juxta morem & ordinem in Pontificali expreſſum libro. Poſtquam autem jam Corona Capiti Regis imponi deberet, Regnicolæ adſtantes ter alta voce per Franciſcum Bathyanyi interrogati ſunt, an ſuam Majeſtatem novum ipſorum Regem coronari velint, illis ſemper velle acclamantibus, tum demum Capiti Regis Corona impoſita eſt, per totius Regni Prælatos, reliqua Inſignia per Barones, inceptoque cantari hymno. Te Deum laudamus, clangebant Tubæ, ſonabant Tympana, editique ſunt plauſus &

& alia lætitiæ signa. Post Coronationem & Officium Missæ absolutum, quemadmodum olim in Alba regali, a primario templo ad Ecclesiam S. Petri, ita tunc Posonii ab Ecclesia S. Martini ad templum fratrum Franciscanorum Majestas sua Regia Corona insignita, pallio item regali induta, & ense accincta, præfatis cum sceptro & pomo ac gladio evaginato, cæterisque septem Banderiis pedes procedebat cum universa Prælatorum Baronum, aliorumque Regnicolarum Pompa. Via autem ab Ecclesia S. Martini ad Templum usque Franciscanorum strata erat panno rubro, super quem Majestas sua Regia pedes incessit. Et spargebantur interim Populo pecuniæ novæ cum imagine & inscriptione Regis Maximiliani. Pannus autem, quem sua Majestas pedibus suis calcaverat, populo passim dabatur diripiendus. Unde tam in collectione pecuniarum, quam in direptione panni, multi casus hominum, multæ manuum & facierum exstiterunt cruentationes. In quo quidem Franciscanorum fratrum templo erectus fuit Thronus, quem ubi sua Majestas conscendisset, aliquamdiu ibi immoratus est, quasi Jus dicendo, aliquot etiam equites auratos creavit. Exeundo post hæc a dicto templo conscendit sua Majestas equum prori in ornatu, concomitantibus eam similiter equestribus Dominis Prælatis, Baronibus cæterisque Regnicolis, memoratis insigniis Regni immediate suam Majestatem præcedentibus, egrediebantur Civitatum per eam portam, quæ monasterio proxima est, pergebantque cum sua Majestate omnes ad Cæmeterium Ecclesiæ S. Michaelis nunc destructæ prope portam Civitatis condam situm, ubi in parato ex trabibus & asseribus loco edito pulcherrimis auleis, exornato, quem sua Majestas pedes ascendit, adstantibus

&

& circumfusis undique Regnicolis præstitit ibidem levatis duobus dextræ manus digitis forma præscripta ab antiquo per prædecessores Reges præstari solitum verbis conceptis juramentum. Præstito hujusmodi juramento descendens sua Majestas Regia de Tabulato, iterum ascendit equum, & progrediebatur pars maxima versus aliam portam Civitatis, quæ ad arcem tendit, cum priori ornatu pompaque. Ad quam postquam perventum fuisset, non procul ibi inter moenia Civitatis & Danubium in planitie erat tumulus seu Colliculus quidam ad id erectus & pulchre mundatus. Eum ita prout olim Albæ in Colliculo S. Stephani fieri solebat sua Majestas Regia eques in medio Regnicolarum ascendit, & evaginato gladio illo S. Stephani lateri alligato vibraturum, & ad quatuor orbis terrarum plagas, orientem, sic & occasum, meridiem & Septemtrionem feriebat, His ita peractis Majestas Regia reversa est in hospitii sui locum, accumbensque prandio positam ante se in mensa habebat Coronam cum sceptro & pomo. Inserviverunt autem Regi ad mensam non extranei, sed Hungari officiales. In Regina coronanda, quod factum est, nono die Steptembris, non absimiliter Cæremoniæ prioribus peractæ sunt, excepto solum modo, quod Rex vestibus regalibus indutus cum Corona in Capite & sceptro in manu ense præfato cum suis aulicis venit in Ecclesiam, seque in Thronum suum collocavit, exspectans tempus Coronadæ Reginæ. Quo procedente Rex Coronam & sceptrum ferens ad altare detecto capite Coronationem Reginæ a Metropolitano Strigoniensi reverenter petiit. Regina itaque postquam a Domino Strigoniensi sacra missarum celebrante in dextro humero uncta esset, coronata est ab eodem alia quadam nova Corona, eam autem

Coro-

Coronam, qua pridie Rex Coronatus eſt, impoſuit. uncto jamque prius veſtito dextro humero Reginæ, ſceptrumque manibus ejusdem aſſignans certa cum ſolemnitate verborum. Abſoluto opere Coronationis tam Regalis quam Reginalis, totum ſequens octiduum conſumptum eſt in diverſis haſtiludiorum aliorumque heroicorum ludorum ſpectaculis, quæ edebantur a filiis Cæſaris, & aliis aulicis. Cum autem experientia teſte nullum gaudium ita ſolidum ſit, quin aliquando admixtum quid doloris habeat, accidit forte, dum ſinguli ſpectantium ora & oculos ſuos in certantium concurſum & hastarum fragorem intentos haberent quod ignis ſubitus auctore dubio de inferiori parte caſtri Tabulati, quod prope carceres illos, quaſi ſuper petroſum montem artificoſe non ita pridem extructum erat, prorupit, qui mira celeritate in ſuperiorem partem evolavit, atque brevi admodum momento univerſum in cineres una cum undecim hominibus, qui in illo comprehenſi fuerant, redegit, ut de illis nihil aliud relictum ſit, quam gladii quidem nonnullæ particulæ torquium aureorum & annulornm. Alii, quos ignis in caſtro illo comprehenderat, periculumque illius effugere conati ſunt, ſeſeque de caſtro præcipites dederunt, combuſti in hoſpitia ipſorum vivi quidem perlati, verum poſtmodum mortui ſunt. Erat quidem memoratum caſtrum in mirum finem ex Tabulis & aſſeribus copioſo bytumine pice, Sulphure; pulvere bombardino & ſimili materia ignita conglutinatis, extructum ut abſoluto ejus diei haſtiludio, quod Dominico die proximo poſt feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis exercebatur globis bombardicis quateretur, expugnaretur & tandem ſuccenderetur, eamque ob cauſam jam adornati erant

non-

nonnulli, qui illud aggrederentur, & visebantur facies humanæ quædam & pyxidum formæ pro defensione castri præparatæ, quæ tela ignita evomebant, verum vulcano præveniente a proposito cessatum est. Porro cum nuntii & oratores Liberarum Civitatum, quæ per speciales litteras sacræ Cæsaræ Majestatis ad hanc coronationem vocatæ erant, jam memoratìs Negotiis omnibus finitis occasionem omnimodam salutandi novum ipsorum Regem & Dominum invenissent, antiqua & solum dictarum Civitatum consuetudine, ipsius Coronati Regis Hungariæ solita observari requirente, communi voluntate eligunt Laurentium Aurifabrum Civem juratum & Oratorem Civitatis Cassoviensis, eumque primarium, qui deputato ad id certo die & hora una cum omnibus Liberarum Civitatum legatis Regiam Majestatem in suo diversorio finito prandio & data singulari audientia adiit, atque novum omnium vinctis prius Regiæ Majestati dextris Regem salutant, gratulanturque ipsi felicem gubernationem Civitatis, commendans munera earundem specialia propriis nominibus appellatarum obtulit. Erant autem omnium Civitatum munera persimilia in materia & forma. Quælibet enim earum Cyphum sive cuppam argenteam cum operculo argenteo deauratis pro facultate sua obtulit. A Rege gratioso dimissi Responso Reginam similiter altero die adeunt, verum cum paulo levioribus muneribus.

Nomina Legatorum de Civitabus Liberis Quinque.

Cassoviensis.

Laurentius Aurifaber.
Sigismundus Literatus.

Ni.

Nicolaus Repiczky.
Mathias Scheitzlich.
Leonardus Cromerus Notarius.

Leutsoviensis.

Daniel Turck Notarius.
Joannes Heinisth.

Bartphensis.

Thomas Stanko.
Marcus Keil.
Simon Gergelius Notarius.

Eperiessiensis.

Urbanus Ail Judex.
Petrus Kuntz.
Joannes Toperczerius Notarius.

Cibiniensis.

Andreas Braun.
Mathias Lanius.

Qui sua hospitia in Suburbio Posoniensi platea S. Michaelis habuerunt, exercitus vero alius circa rippam Danubii tribus in locis, ut pote; equites Germanici trans Danubium a parte Meridiei, Hungarici cis flumen & urbem e regione versus Septemtrionem. In medio horum pedites, & aliquot Aulici in hortis Civium, castra sua metati sunt.

XXIII.

Nomina Prælatorum & Magnatum Regni Hungariæ. Qui Sacratissimi Imperatoris Maximiliani Regis Hungariæ felici Coronationi interfuerunt Posonii Anno 1563. die 8. mensis Septembris.

Nicolaus Olahus Comes Hontensis, Archi Episcopus Strigoniensis sumpmus Regni Cancellarius ac Locumtenens Regius &c. &c.

Antonius Verantius Comes Comitatuum Hevesiensis perpetuus Borsodiensis Administrator & Pestiensis Locumtenens Cæsareæ ac Regiæ Majestatis Consiliarius. &c.

Paulus Bornemisza Episcopus Transylvaniensis & Nitriensis Commendatarius ac Cæsareæ & Regiæ Majestatis Consiliarius &c.

Paulus de Gregoriancz Episcopus Jauriensis postea 1564. Mense Septembri factus electus Colociensis Archi-Episcopus Cæsareæ ac Regiæ Majestatis Consiliarius &c.

Franciscus Forgach Episcopus Varadiensis & Cæsareæ ac Regiæ Majestatis Consiliarius &c.

Andreas Duditius Sbardellatus Episcopus Chanadiensis postea factus Consiliarius Cæs. ac Regiæ Majestatis.

Andreas de Episcopus Veszprimiensis Consiliarius Cæsareæ Majestatis & Regiæ &c.

Jo. ab Ujlaky Episcopus Vaciensis & Præfectus Cameræ Hungaricæ, ac Cæsareæ & Regiæ Majestatis Consiliarius. &c.

Michael Mérey Palatinalis Locumtenens Cæsareæ & Regiæ Majestatis Consiliarius &c.

Ste-

Stephanus Dobo de Ruſzka Vajvoda Tranſylvaniæ ſed amiſſa Tranſylvania Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Conſiliarius &c.

Petrus Erdödy Comes Com. Dalmatiæ Croatiæ & Slavoniæ Banus Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Conſiliarius &c.

Andreas Báthori Comes Comitatuum Zabolch & Zathmár, ac Judex Curiæ Regiæ. Et Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius.

Comes Nicolaus Zrini Tavernicorum Regiorum Magiſter Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius & ſupremus ultra Tibsc. Capitaneus.

Ladialaus Bánffy Comes Comitat. Janitorum Regiorum Magiſter & Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius.

Stephanus Bánffy Comes Comitat. Dapiferorum Regiorum Magiſter & Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius.

Chriſtophorus Battyányi Pincernarum Regiorum Magiſter & Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius.

Franciſcus Tahy Agazonum Regiorum Magiſter & Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius.

Franciſcus Battyányi Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Conſiliarius.

Gabriel de Peren Comes Abaujvarienſis & Cæs. ac Regiæ Majeſtatis Conſiliárius & Capitaneus.

Nicolaus de Báthor Comes Comitatuum Zabolcs & Zathmár.

Franciſcus Zay de Chemer ſupremus Capitaneus Partium Superiorum & Caſſoviæ, Cæſareæ & Regiæ Ma jeſtatis Conſiliarius.

Gaſpar de Homona
Nicolaus de Homona } Conſobrini & Adoleſcentes.

Stephanus Comes Francapanus de Terzach adolescens.
Ladislaus Kerecheny Capitaneus Giulensis Cæsareæ & Regiæ Majestatis Consiliarius.
Dominicus Dobo.
Joannes Choron.
Joannes Gyulay Adolescens.
Gaspar Alapy Adolescens } Fratres.
Stephanus Alapy Adolescens
Comes Gregorius Zrini } filii Comitis Nicolai Adolescentes.
Comes Christophorus Zrini
Balthasar Tahy } Francisci filii Adolescentes.
Gabriel Tahy
Bánffy: Ladislai filius, puer.
Franciscus Török de Enyng. Capitaneus. Cæsareæ & R. Majestatis Consiliarius.
Joannes Perenyi de Nyalab Adolescens.
Joannes Balassa de Gyarmat Comes Zoliensis & Cæsareæ ac Regiæ Majestatis Consiliarius.
Franciscus Priny de Nagyida.
Mathias Keglevich } Fratres.
Petrus Keglevich
Stephanus Dersffy Cæsareæ & Regiæ Majestatis Cis Danubium supremus Capitaneus.
Christophorus Nâdasdy Juvenis.
Stanislaus Turzo.
Paulus Czobor. } Fratres Juvenes.
Emericus Czobor.
Michael de Réva. } Comites Turoczienses fratres & Juvenes.
Joannes de Réva.
Franciscus de Réva.
Wolfgangus Battyányi. Juvenis.
Michael Byudy Comes de Bereg. Juvenis.
Petrus Zay de Chemer Francisci filius Adolescens.

Ni-

Nicolaus Cháſzár Olahi Archi Epiſcopi Strigonienſis nepos Juvenis.
Balthaſar Balaſſa Melchioris filius Adoleſcens.
Paulus Bakits Petri filius Adoleſcens.
Chriſtophorus Ungnod ex Germano Hungarus.
Jo. Kerecheny Præpoſitus Budæ Veteris.
Gregorius Bornemiſza Præpoſitus Scepuſienſis poſtea Epiſcopus Chanadienſis factus.

N° 5 8.

XXIV.

Diarium Legationis nomine Maximiliani II. Imp. & Regis per Antonium Verantium, Albertum de Wiſs, & Chriſtophorum a Teuffenbach ejusdem Oratores ad Portam Ottomanicam ſuſceptæ. A. C. 1567. Autore Antonio Verantio.

Anno 1567.

Auguſti.

22. Venimus Conſtantinopolim.
27. Imperator ivit aucupatum.
28. Habuimus primam audientiam apud Mehmeth Paſſam Pertavum, & Ferhattum.
29. Reliquos tres Paſſas viſitavimus.

September.

4. Iterum ſecundam audientiam apud ſummum Paſſam habuimus, ubi etiam primam partem Inſtructionis noſtræ ſatis ut putamus, tractavi-

mus, & tunc rogati, edocuimus Paſſam, quid Cæſari attulimus.

10. Orator Galli habuit apud Mehmeth Paſſam audientiam.

11 Viſitavit nos D. Joſeph Dux Naxi.

13. Fuit apud nos Secretarius D. Oratoris Galli per eundem miſſus.

15. Princeps ex ſuo Aucupio rediit in Urbem cum omnibus ſuis Prætorianis 5000 circiter hominum cum Janizaris ad 2000. accedebant.

19 Audientiam apud Summum Paſſam habuimus.

21. Audientiam primam apud Principem cum exhibitione munerum honorariorum habuimus admodum honorificam, excepti ab omnibus Prætorianis & convivio apud Veſirios in Divano.

24. Audientiam apud ſupremum Paſſam habuimus, ſcituri ad poſtremum, quid exſpectandum ſit nobis de Statu Subditorum deditorum, & de conſervatione Tattæ ac Veſprimii. Tum demum facta eſt mentio de Philippo Rege.

25. Audientiam habuimus apud 4. Paſſas Ferhattum, Ahmattum, Gyalú, & Mahmut. Et

26. Apud Pertaw Paſſam cauſa diviſionis colonorum & diſtractionis Tatthæ ac Veſprimii.

30. Ultima Sept. fuimus apud ſupremum Paſſam, ad poſtremum cogrituri, quid decreviſſent de diviſione Colonorum, & de diſtractione arcium Tattæ, & Veſzprimii.

October.

1. Per Interpretem Mahmuttum ſignificavit nobis, obtinuiſſe ſe, ut Babolcha, & Berzencze demoliantur.

11. Orator Galli a Principe auditus, eique data ejus Regis munera.
17. Expeditus eſt a nobis ad Cæſ. Maj. Eduardus cum Literis.

October.

19. Fuimus apud Paſſam Supremum cum querimoniis contra Finitimos.
23. Princeps Turcarum profectus eſt Hadrianopolim.
30. Perluſtravimus Fretum Boſphori Thracii usque ad Pontum, Triduo foris fuimus.

November.

13. D. Bailus Venetus Jacobus Solantius movit Galata Hadrianopolim.
16. Nos fuimus apud Paſſam Pyaly Locumtenentem Principis ſui in negotio Fabritii pro M. D. Alberto Collega noſtro.

December.

16. Eduardus appulit Hadrianopolim a Cæſarea Maj.

Anno 1568.

Januarius.

5. Movimus Conſtantinopoli.
13. Venimus Hadrianopolim.
15. Habuimus ibidem apud Summum Paſſam Mehmet audientiam.
20. Circiter diem hujus menſis 20. proclamatus eſt apparatus bellicus Hadrianopoli.
25. Exhibuimus Paſſæ ſcriptum de communibus villis.

27. Habuimus aliam apud Supremum Passam audientiam, qui pro voto facto responso ex parte communium Colonorum Arces reduxit in controversiam jam promissas.

31. Ultima hujus Abbdabeg Mesopotanus Kwrth cum suis aliquot Hadrianopoli in templo Imperatoris Murath occidit Chiaus Passim Præfectum Ciausorum, cum duobus Ciausis, aliquot vulneratis. Sequenti die parvo spacio temporis in Divano Cæs. judicatus; decollatus est cum 24. ex suis.

Februarius.

16. Appulit Adrianopolim Orator Persæ Sahkuly nomine cum numero hominum circiter 400.

17. Habuimus Audientiam apud supremum Passam vocati, in qua & Legationi nostræ gratum finem imposuit.

19. Orator Persæ apud supremum Passam habuit audientiam.

Eodem quidam ex Populo temerario zelo suæ fidei Sclopo eum in vico petivit, & fefellit, unum tamen ex Comitibus vulneravit. Hominem Passa subito fecit comprehendi, & equi cauda in mortem per urbem rapi. Exhorruerat Orator, & fere ab domo Passæ ad hospitium suum redire voluit, sed a Passa revocatus, & delinitus est.

20. Nos ad Passam vocati. Proposuit nobis Gallorum, Venetorum, Polonorumque Confoederationem. Propter quod novæ contentiones non nihil nos exceperunt.

21. Exhibuimus Passæ Articulos Pacis.

Februa-

Februarius.

22. Habuit audientiam Orator Persæ apud Principem Turcarum Zelymum.
24. Habuimus ultimam audientiam, & expediti sumus a Principe Turcarum Hadrianopoli.
29. Iterum habuimus audientiam apud Passam pro responso privatarum petitionum nostrarum, Captivorum & Turcarum, qui nobis servierunt. Eodem invisit nos Bailus Venetus, gratulatusque est nobis de confecta pace.

Martii.

3. Nocte insequenti Carnis privium ignis erupit intra Civitatem muratam Hadrianopoli, & consumpsit ad 50 Domos.
8. Supervenerant ab Oratore Galliæ Secretarius & Suæ ps.
9. Habuimus audientiam apud supremum Passam & quæ restabant ad omnium conclusionem, de additione ad Articulos, de Comm. Colonis, de tempore cursus muneris honorarii, de dictione *Commune* excludenda ex Ratificatoriis, & de libertate. Pro Literis insuper partim obtentis, partim ad Cæs. Maj. delatis finem fecimus omnibus.
10. Venerunt Adrianopolim Nuncii Transylvani cum Tributo Nic. Orbai, & Franc. Balogh.
17. Nos cum Dei nomine visitatis omnibus DD. Passis valediximus illis & currus nostros ad iter præparavimus.
Eodem visitavimus etiam Cl. D. Bailum Venetum Jacobum Soranum.

XXV.

XXV.

Brevis Descriptio cursus vitæ Benedicti Zercheky Secretarii Cancellariæ Regiæ sub Ferdinando I. & Nicolao Olaho manu ipsius conscripta.

Circa Annum 1568.

Ego Benedictus Zercheky in Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio vivente adhuc matre mea observanda mortuo autem jam patre, ex Sanold ex ædibus Blasii Boldai ablegatus sum Viennam ad servitia, ubi primo incepi Dominum Joannem Listhium Transilvanum tunc in Cancellaria Hungarorum Sacræ Regiæque Majestatis Regis Hungarorum Ferdinandi Secretarium, apud quem pro posse meo a quadragesima supra dicta usque nativitatem Domini ejusdem anni fideliter servivi, tandem peractis festis Natalibus impetrata facultate auxilio Reverendissimi Domini Strigoniensis, Nicolai Olahi ablegatus sum ad studia optimarum artium, quæ quidem primo quoque tempore apud Jesuitas incepi, ubi aliquot annis fideliter studii, sed vixi in magna paupertate, tandem anno 1557. in festo Michaelis opera & auxilio Domini Petri Ursalii a Capitulo Strigoniensi Viennæ in Bursa Agni impetravi Stipendium, ibique totum me studiis literarum tradidi.

In anno Domini 1560. 26. die Junii invitatus sum a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Strigoniensi Domino meo Gratiosissimo ad officium Secretariatus sui, & ad exercitium stili Cancellariæ ac tunc studia postposui. 16. die Septembris hora decima ante prandium eodem anno Domini 1560. factus sum juratus Notarius Cancellariæ Sacræ Cæsareæ Majestatis.

Idem

Idem Reverendissimus Dominus Nicolaus Olahus Archiepiscopus Strigoniensis Cancellarius & Locumtenens Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis, Dominus & Mæcenas meus Gratiosissimus, quem loco parentis mei colui & observavi, utpote cujus auxilio & patrocinio, non solum ad scientiam litterariam, & cognitionem diversorum hominum perveni, sed etiam Bona optima ab Imperatoria Majestate consecutus sum. Mortuus est Tyrnaviæ in anno Christi 1568 die 17. Januarii inter 10. & 12. horam pomeridianam, cujus animæ Deus misereatur, & cujus universæ posteritati pro præmissis beneficiis in me collatis offero me perpetuo gratum fore - - - - - - - - mihi restituta feria quinta ante festum Purificationis Beatissimæ Mariæ 1568. per supremum Capitaneum - In festo Nativitatis anno Domini 1556. Ego Benedictus de Karako Zerchek intermiseram vinum bibere; tamen ob valetudinis imbecillitatem coactus fui denuo incipere. 8. die Maji. inter miseram vinum bibere.

XXVI.

Nicolai Istvanffi.

Vita Autoris Francisci Forgach, Episcopi Varadiensis.

Post receptam a Ferdinando Rege Transylvaniam, ac Isabellam Reginam cum filio in Silesiam ablegatam, Fratremque Georgium Episcopum Varadiensem paulopost interfectum, qui ejus initi fœderis autor præcipuus fuit, Mathias Zaberdinus in Episcopa-

ſcopatu Varadienſi ei ſucceſſit, Vir, ut putabatur, militaris, qui Varadino velut e ſpecula motus Tranſylvanicos nondum ſatis pacatos obſervaret, & eam Provinciam armis tutaretur. Qui cum vitiati cruris doloribus, aliisque morbis afflictus, vix triennium vixiſſet, Franciſcus Forgacius eodem tempore ex Patavino Gymnaſio, ubi Philoſophiæ ſtudiis operam dederat, & de ea, literisque, quas vocant, humanioribus, lauream acceperat, reverſus, commendante eum Nicolao Olaho Archiepiſcopo Strigonienſi, qui eum in Italiam miſerat, Epiſcopatum a Rege Ferdinando obtinuit ea conditione, ut ipſe juvenis Sacra tractaret, ac Secretarii munere fungeretur, Simon autem Forgacius frater ejus, Vir militaris & ſtrenuus, tunc e captivitate Turcica, in quam capto Temesvario, interfectoque ibi Stephano Loſſonczio inciderat, redemptus, regionem cum præſidio, quod ſatis validum imponebatur, vigilando, & agendo defenderet. Vixit deinde complures annos in Aula, ſecutusque eſt Ferdinandum Regem ad Germaniæ Comitia, eaque occaſione Regiones etiam Belgicas usque ad Oceanum perluſtravit. Mortuo autem Ferdinando, & Sceptris tam Imperii, quam Regni Hungarici Maximiliano filio traditis Epiſcopatum Jaurienſem, mortuo ejus Antiſtite Paulo Gregoriancio ambire cœpit? quod antea Varadinum ab Iſabella Regina, ejusque filio auxiliis Turcicis recuperatum amiſiſſet, ſed Maximilianus, quamquam illi faveret, tamen Coſmi Florentiæ Ducis precibus, muneribusque expugnatus id ſacerdotium tantopere a Forgacio expetitum, præterito eo, Zachariæ Delphino Cardinali dedit. Qua repulſa Forgacius, &, ut ipſe interpretatur, ignominia indignatus, relicto Maximiliano in Italiam

primo

primo concessit, & non multo post, ex Italia per Ragusinos & Thraces, ac per Turcicam ditionem, curata ei per Transylvanos pacati itineris securitate, ad Johannem filium Regis Johannis se contulit, ibique ejus, ut vocant, Cancellarius effectus, non satis gratum se illi præbuit. Quo e vivis sublato, Stephano Bathory Somliano ejusdem Officii operam præstitit, sed antequam ille ad Polonici Regni fastigium conscendisset, curandæ valetudinis causa (Gallico enim morbo obnoxium fuisse ferunt) in Italiam rediit, Pataviique grassante peste exstinctus est, condito Testamento, quo Simonem, & Emericum fratres (Paulus enim ante decesserat) heredes reliquit. Historias diu ante obitum scribere cœperat, a morte Regis Johannis exorsus, ac variis intervallis usque ad Reginæ Isabellæ & ejus filii exitum perduxerat, quæ a multis ideo non probantur, quod maledictis, conviciisque in Viros clarissimos, nec quicquam tale meritos scatere videntur, nec ubique rerum gestarum sinceram fidem tuentur; tamen ob rerum gestarum memoriam dignæ censeri possunt, quæ in lucem prodeant, atque adeo cum judicio per æquos Censores legantur. Sepultus est Patavii apud Patres Societatis Jesu.

XXVII.

XXVII.

CLADES BICINENSIS

dicata

Honori Illustris Magnifici, ac Generosissimi Domini Michaelis Bakits de Lac, Domini Liberique Baronis in Holicz Patroni & Mæcenatis sui beneficentissimi

a

Sigismundo de Pisincz Dominatio Doycensi Parocho, nec non Pontificio & Imperiali Notario p. t.

Cui adjunctus est brevis de Officio militis, & Imperatoris Tractatus ab eodem Authore concinnatus.

Cum sincera Orationum & officiorum suorum denuntiacione temporaneam felicitatem, ac diuturnam sospitatem gratiæ Christi, æternæque saluti ac beatitati copulatam &c. — Auctor exoptat.

Suadet Poeta, Illustris, ac Generosissime Domine, ut quod in lucem edendum est Carmen decimum prematur in annum. Insinuans, quod nihil debeat evulgari non tersum, politum, vel correctione dignum. Idem mihi cum mea descriptione (miserabilis illius cladis a Nostratibus, sub oppido Silesiæ Biczna acceptæ faciendum videbatur. Sed importunis multorum bonorum virorum incursationibus, & petitionibus fatigatus, a proposito me dimoveri passus sum, & vel exactis vix tribus ab illa cæde annis, hunc ingenii fœtum, vel præcocem censui emit-

tendum.

tendum. Hunc igitur ita recentem Generosissimæ, ac Magnificæ Dominationis Vestræ, uti primarii Doycensis Parochiæ (qua mihi provisum voluit) Collatoris, imo Gratiosissimi Patroni & patrini patrocinio confovendum offero, nec non strenæ & remi nomine offero, adeoque supplex contentissimis votis enixissime contendo, ut non tam exigui munusculi vilitatem, quam promptam offerentis voluntatem spectare dignetur. Porro Deum optimum maximum ardenter Oro, ut Illustrem & Magnificam Dominationem Vestram servet diutissime incolumem & florentem, & vitæ diuturnitatem cum iis bonis, quæ in illum summa contulit exæquantem. Datæ Doycio 9. Junii 1591.

Magnificæ Dominationis Vestræ

Deditissimus Sacellanus
Sigismundus a Pisincz,
Dominacius Doycensis
Parochus m.p.

Historia lux veritatis, temporum testis, nuntia posteritatis, nil tenebrosum & obscurum, nil falsitate fucatum, nil suspectum habere debet. Et is, qui eam scribit malis affectibus vacare debet, ne illud Poeticum in ipsum quadret: Dum patriam laudat, damnandum Poggius hostem. Nec malus est Civis, nec bonus Historicus. Itaque ut amici & domestici, ac nostratum (siquæ sunt) vitia notanda: sic hostis virtus, generositas animi magnitudo, in

in victoria moderatio non supprimenda, nec hosti aliquid inpingendum ex odio, nec amicis gratificandum est adulatione, & mendacio. Itaque pari ratione laudanda & imitanda, quemadmodum vituperanda & fugienda in Historia recenseat necesse est. Sed quomodo id præstare poterit, nisi ipse actis hoc est Consiliis procinctus instructioni aciei, pugnæ, & conflictui totique Martiali Tragœdiæ, & Catastrophæ interfuerit, aut ab his, qui interfuere fide dignissimis, eorumque verifica relatione, ut perceperit; sic vere, fideliter, ac quam verissime & simplicissime descripserit. Quæ cum oculatus testis & Historicus esse nequiverim; auritus tamen, & fidelis esse contendam, & quæ ex Magnifici Domini Oppisdorfii (qui maxima pars ejus actus fuit. Et inter præcipuos Capitaneos, omnium Consensu strenuissime se gessit, denique & capiti & calci quod dicitur interfuit) scriptis, germanico stylo exaratis. Et ex Reverendi Domini Joannis Mitii Sacræ Regiæ Majestatis, totiusque exercitus Concionatoris relatione & narratione didici, Latine, & alicubi, ne fucus veritati elegantia & affectata Phrasi obfusus videatur, verbum verbo reddens (imo aliqua etiam, verba præcipue militaria) Germanica intermiscens, quam simplicissime referam?

Interim ergo Sacra Regia Maiestas Archidux Maximilianus hoc titulo perpetim (utpote a Samois Polonorum Senatorum parte legitime electus, & vocatus) dignissimus. Dum cum exercitu suo post illam maleferiatam Cracoviensem obsidionem Vellonæ moras trahit, ibidem hibernare volens. En 22. Januarii Poloni, qui per villas distributi erant, omnes citato cursu ad urbem maturabant, asserentes hostem summis viribus, & copiis appropinquare.

Id

Id quod cum re, & veritate consentiebat: Namque Golumbik & Penianczek; duo Cancellarii equitum Magistri, cum aliqua parte copiarum, ex Cosaconibus & Tartaris conflatarum, veluti præcursores, & antevelites accelerabant. Verum illico terga vertentes, iterum se se subduxerunt. Quapropter Senatusconsultum illico habitum, & in eo id tandem determinatum atque conclusum: Si quidem Sacra Majestas Regia ob militum paucitatem, cum virium debilitate nec non defectu roboris militaris conflictetur, pro maiori securitate tutum, imo pernecessarium videri eo tempestivius primo Bicinam tum Namislaviam, aut Wartenbergam iter instituere & ibi defectum militis, quanta tum posset maxima copia supplere, & suffulcire, exercitumque augere ac roborare. Consequentibus porro diebus varia novalia & rumores de hostis adventu afferebantur, verum nihil certi inde colligi poterat, multo vero minus intelligi quantæ essent adversariorum vires, & quam validæ copiæ, denique id tandem definitum: Omnes currus, & impedimenta, nec non bellica tormenta Biczinam præmittenda, & serio animadvertendum, quo hostis conatus erumpere gliscerent. Nos interim patentibus campis, expansis vexillis, usque ad primam noctis horam constitimus. Tandem Sacra Majestas cum Germanis ac Polonis Bicinam profecta dum vix jam medio milliari ab oppido abesset; hostis ex industria, studioque prædium in vicino pago situm succendit, dubio procul ea causa; ut ignis splendore administro facilius, vexillorum nostrorum numerum recensere, atque ita quam multi, quamque validi essemus coniicere posset. In ipsa porro Aurora Bicinam appulimus.

Ibi Sacræ Regiæ Majeſtati Bohuslaus Boyta equitum Moravicorum Magiſter (qui a Marcomannis ad tutandos Sileſiorum ac ſociorum fines fuerat expeditus) primum adjunctus eſt, & eandem in urbem usque concomitatus. Poloni in vicinis ac confinibus, proximisque pagis, Germani pone Civitatem conſedere. Civitas hæc (vel oppidulum potius) exigua, tenuibus muris, vix unius ulnæ craſſitudine, atque adeo quibus vix unus inſiſtere queat, circumdata vallis & foſſis non enormibus ſepta. Ejusdem menſis die 23. circiter horam in Pleni horologio vigeſimam ſecundam ad arma conclamatum, & miles tubarum clangore ad procinctum excitatus. Namque Poloni ex manſionibus & Quarta (ut vocant) ſua cum ſummo impetu ad noſtrates fuga, ſe ſe proripientes, cum magnis vociferationibus aſſeverabant, hoſtem a tergo imminentem, ac inſtantem urgere, ac ſumma vi eos impetere, id quod aliqua parte verum erat. Namque Polonis ſegniter, & leviter excubias agentibus, præcurſores & antevelites hoſtiles inopinatos obruebant Polonos, & ex Mareſcalli copiis aliquos vulnerarunt, aliquos cæciderunt, aliquos, captivos abduxerunt. Eodem momento noſtris auxilitares copiæ ſubvenere. Advenerat enim Carolus Danowitius, & Prepoſtwarius Heros, & Capitaneus Hungarus, Isque ſecum quingentos Equites Hungaricos Huſarones nuncupatos & mille pedites Hajducones dictos adduxerat (qui omnes eo tunc primum nocte appulerant. Quos ſtatim conſecuti ſunt ſexcenti pedites Germani a Krauzberka deſtinati, ſed nondum armis munti. Erga auroram etiam Dominus Henricus a Walden cum ſuis peditibus & equitibus ſupervenit. Nos vero a media nocte omnes panſis vexillis in cam-

campum progreſſi ſumus, & aciem ad conflictum inſtruximus. Vigeſima quarta ejusdem menſis, hoſtis in ipſa aurora comparuit, & is paulatim a longe diverſis locis, ex ſilva quadam progrediebatur. Euis vero vires, & numerus copiarum ſciri non poterat. Sed quantum, ex conie&uris aſſequi licuit erant eorum bene ad 15. millia militum, ex diverſis & barbaris nationibus conflatorum, quippe Pruteni, Liuones, Maſovitæ, Sarmatæ, Hungari, Turcæ & Tartari fuere promiſcui, Poloni noſtrarum partium qui erant ſub equitum magiſtro Zalundo dicto nihil attentare, & aggredi, nedum cum exteris (militarem juxta diſciplinam, & obedientiam ſatagere voluetunt, donec ipſemet ſupremus campi præfectus illuſtris ac Magnificus Dominus a Liechtenſtein, ſuam Majeſtatem redderet certiorem. Enimvero etiam ipſo hoſte inſinuante tempus eſſe uti ſua Majeſtas ſagittarios & jaculatores reliquumque militem Polonicum producat, ordinet, & pugnæ aptet. Id quod tandem licet ſero factum, & totius militaris campi, ſic in acie conſtituti poterat eſſe virorum numerus ad quatuor millium ſummam accedens, plurimis præterea in oppidi præſidio de relictis. Ad noſtram prærogativam ventus nobis opportunus & commodus, adverſariis malignus adflabat. Quin & non procul a ſtragis & conflictus loco, pene extremum paſſum & tranſitum, erat piſcina aggere non lato ſepta, ex altera vero parte (& hæc altera noſtra prærogativa) loca paluſtria, & lacunoſa per quæ hoſti licet periculoſus, tamen neceſſarius erat faciendus tranſitus. Quo loci ſi nos hoſti oppoſuiſſemus facile eidem reſtitiſſemus. Sed & id neglectum ea ex cauſa; & quod hoſtem opinabamur, & putabamus debilem, & quod nebula

præpediret delapſa, quominus ipſius copiarum multitudinem (quæ ad numerum 15. millium virorum accedebat) cognoſcere poſſemus. Quæ licet per ſe tam numeroſa eſſet, tandem quoque purgatiore aëre longe majorem apparentiam præ ſe ferebat ac oſtentabat. Porro nos jam inſtante neceſſitate, paulo remotius a Civitate campum occupavimus, & aciem noſtram ad congreſſum ſic inſtruximus. Ad primum igitur aſſultum ala dextra ſic inſtituta Magnificus Dominus Heros Hungaricus Prepoſtvari qui (ut ſupra commemoravimus) paulo ante advenerat, & modicum quiddam cum ſua Majeſtate contulerat, cui illa totum campum utpote homini ſtrenuiſſimo ſic fidentiſſimo commendarat, ipſe inquam in fronti ſpicio alæ dextræ collocatus erat cum 200. equitibus Huſaronibus. Penes ipſum Wenceslaus Geyer cum 35 arcabuzieris. Poſt hunc Dominus Melchior a Redern, cum centum & tribus equitibus. Penes hunc Dominus Henricus a Walden cum ducentis equitibus. Et ſic ala dextra militibus uti plumis conferta, & conſolidata. Alæ ſiniſtræ præpoſitus Oppiſtorfius, cum centum & quique equitibus, & arcabuzieris. Penes ipſum Janoſsawsky cum centum circiter Huſaronibus. Et pro majori fulcimento iterum retro trecenti Huſarones Prepostwarienſes additi. Poſt hos a parte dextra, erant circiter mille pedites Hayducones ad eundem Dominum Prepostvarium pertinentes. Et illi quidem omnes veluti murus, in pulcherrimo & optimo aciei ordine firmiſſime conſiſtentes. Fulcri inſtar Domino Prepostvario additi. Quidam Nomine Boyita alterius Boyitæ ſupra nominati frater, cum centum arcabuzieris. Et penes ipſum ipſemet equitum Morawicorum Magiſter Bohuslaus Boyita cum trecentis equi-

equitibus ſiniſtram alam fulciebat Amſtein cum centum equitibus, & penes eum erant ſclopetarii Moravici. Poſt hos omnes paulo remotius in quodam colle erant tormenta bellica, penes ea fuerunt Moravici & Domini a Walden pedites, & eodem loci ſua Regia Majeſtas, cum ſuis aulicis, & aliquibus Magnatibus Polonicis gradum fixerat. Hoſtis vero dupplicem inſtruxit aciem, utramque ſemilunari circulo adſimilem, & unam ab alia vix uno agri jugero diſtantem, utramque certe & pulchro ordine, & virorum robore, & juventutis flore, & veſtium ac armorum ſplendore ſpectabilem. In oppoſito monticulo tormenta bellica collocata, penes ea, una cum delectiſſimis ſuis 50 Haydukonibus & aliquibus ſuis Primoribus Polonis ſtabat ipſe Cancellarius. Poſt hunc totus ipſius ſequebatur peditatus, & is optimo pariter ordine diſpoſitus, quem quidem peditem nos primo, eo quod retro montem in valle occultabatur ſpectare non poteramus atque ita illi citato curſu adpropinquantes venti nobis prærogativam adimere ſatagebant. Porro hoſtis non utraque, ſed una tantum acie, & illa ut diximus ſemi circulari, & late diffuſa ac patenti (qua nos facile poterat circumvenire ac præcingere) procedebat, & reliquam primæ æquivalentem, & numero, & viribus eidem parem copiarum partem retro collem retinebat. Sic illis appropinquantibus, ex tribus tormentis campeſtribus globos in nos exoneravit, quorum ictus globis nimis alte volantibus irriti & vani effecti. Ex noſtris tormentis unicus globus exoneratus inter hoſtes quidem devenit, ſed quod ſpatioſa eſſet nimium diſtantia languidior factus nihil damni attulit. Circiter vigeſimam in horologio integro horam ex Domini a Liechtenſtein ſupremi

Campi Præfecti, & totius exercitus Generalis Capitanei mandato nos omnes dato ſigno in nomine Domini alacri animo virili corde, & cum bona victoriæ ſpe conflictum & pugnam orſi ſumus. Atque Dominus quidem Prepoſtwarius, Hungaricus Heros primo omnium cum ſuis Huſaronibus, adverſæ partis Huſarones aggreſſus eſt, & ita pares cum paribus armis nempe & animis congreſſi ſerio, ſtrenue, acerrimeque rem gerebant; adeo ut ad primum lancearum congreſſum, viri & equi pariter ſternerentur, & ex utraque parte admodum pauci aliqui ſuperſtites evaſerunt. Dominus quoque Melchior a Redern, & Henricus a Walden cum maximo hoſtium detrimento, ac ingenti ſtrage, non ſecus ac Hungari viriliter decertabant. Oppiſtorſium & ejus equitatum, duæ cohortes Polonicæ Koſakonum equitum adortæ ſunt, ſed in primo congreſſu & bombardarum ab Arkabuzerio ejus exploſarum exoneratione trajecti, & equis decuſſi tandem ferme omnes conciſi, ſed in locum eorum, ſtatim recentes Germani equites ſuffecti & ſubmiſſi, cum quibus acris ſane illi decertatio fuit, & magno damno Oppiſtorſium conſtitit, namque circiter ſeptuaginta equos, & plurimos ſtrenuiſſimosque ſuorum tum amiſit. Nihilominus tantam tamen jam tum Deus optimus maximus benignitatem declaravit, quod etiam in ipſa jam plurimorum imo ex media quaſi virorum parte fuga, duo hoſtilia vexilla (id eſt milites duobus vexillis contenos) proſtraverint, & ex aliis plures profligaverint. Verum noſtris nonnullis cæſis, aliis Sauciatis, & per recentiores, ac fortiores, alios atque alios ſemper ſibi ſuccedentes adverſarios debilitatis brevi Martis alea ſub hac occaſione inverſa ac in deterius commu-

mu-

inutata. Namque nostrarum partium Poloni a latere nobis dextro collocati, quamprimum ipsos eorum conterranei asseclæ Cancellarii aggrediebantur, statim terga vertentes fuga se se proripiebant. Namque Jarossonski vexillum, & equites Polonici, qui fulcri gratia fuerant Oppistorfio additi, & a leva parte suppetias ferre jussi, illi terga dantes ac fugam maturantes in ordinem Amsteini qui & ipse Oppistorfio (zum Entsezung) supplementi & auxilii gratia datus erat, irruperunt, eumque disturbarunt, & sic Generali huic, fugæ primam ac præcipuam causam & occasionem præbuerunt. Nos porro, (verba sunt Oppistorfii, cujus ego hic in relatione & narratione personam sustineo) jam numero diminuti, & viribus debilitati, quibus negotium, cum recenti milite incumbebat, graviter cædebamur, & omni fulcimento ac subsidio destituti, nec alicunde suppetias præstolantes; sed solum præ oculis nostris luctuosam & miserabilem illam fugam spectantes, nullam quoque victoriæ spem cernentes residuam, & ipsi longe fortiori cedere, campoque excedere, denique alios præcedentes consequi & ad monticulum (ubi nostra fuere tormenta bellica) properare coacti sumus. In hac porro fuga & permixtione, quod Oppistorfius, vexillum militemque suum amisserit nil mirum. Namque arduum & singulare illi cum strenuo quodam adversæ partis Germano certamen intercessit. In quo galea ex capite decussa, tandem & ipse prostratus, a quatuor militibus Hungaris ac Polonis, ad Cancellarii stationem ducebatur. Dominus vero a Redern, etsi minime sancius evaserat; tamen in suo interno pelliceo & galea, plurima ictuum vestigia & foramina referebat, unde conjicere licet, quod (ut in illum

jocose jactabatur) & pellionem, & armamentarium artificiosos habuerit, quod illi pelliceum & galeam tam solidam concinnarunt imo (ut serio loquendum est) quod mira Dei potectione sit servatus, aut quod de illo Trojano scribitur; nullo sit violabilis ferro. Hostis porro nostrates sic dilabentes acriter ac pertinacissime, ad ipsum usque colliculum insequebatur. Ubi pedites & sclopetarii, quos antea ad tormenta positos memorati sumus valde segnes & socordes ad certamen se se exhibuerunt. Namque metu perculsi bombardis semel tantummodo explosis, & statim abjectis, partim fuga sibi consulebant partim (quod luctuosissimum erat spectaculum) ut pecora se mactari sinebant. Porro ubi Oppistorfium sic exarmatum, & captum hostes abducerent, forte fortuna iuvenis quidam Austriacus Heros a Sternberg aliis tribus concomitatus adest, et cognito Oppistorfio explosis in eos una cum aliis sclopetis duobus statim interemptis, & duobus depulsis Oppistorfium liberat, quem ille sic inermis citato equi cursu, usque ad Civitatis portas concomitatur. Ubi hostis nostris una permixtus fortissime irruptionem in Civitatem attentabat, sed exoneratione bombardarum acriter prohibebatur, & repellebatur; verum non sine ingenti nostrorum quoque clade, qui pariter cum hoste frequentioribus ictibus contingebantur, adeo, ut penes ipsius Oppistorfii latus unus Polonorum, qui se unum ex numero nostrorum, sed falso censebat ictu globi fuerat interemptus. Ultimo vix nostri ab hostibus poterant discerni ac internosci, cum nostrum & campi, exercitusque nostri symbolum, quod tale erat (Maximilian Kral) æque hosti ac nobis fuerat exploratissimum adeoque vulgatum; ut quam primum aliquis

no-

nostrum, quempiam adversæ partis aggredi volebat statim is clara voce symbolum nostrum proferebat, sicque vitam mendacio redimebat. Cum penes illam portam tot mactari, & globis trajici & transverberari cerneret Oppistorfius, nullamque ea parte in Civitatem intromissionem speraret, imo in momenta periculum ingravescere sentiret cum aliquot sociis periculosissimæ fossæ, & præcipiti vallo se se commisit. Qua dum se etiam hostis persequeretur; quidam bonus vir commiseratione Oppistorfii (quem sic hostiliter videbat inermem peti) tactus, bombardam illi curtam jam instructam & oneratam porrexit, & communicavit. Sic munitus cum aliquot commilitonibus ad alteram partem pervenit, & ibidem aliquot suæ Majestatis cum Muscetis jaculatores reperit, intromissionemque in Civitatem ad suam Majestatem postulavit cum hac verborum solennitate: Esse se unum ex suæ Majestatis Aulicis, atque quiddam magni se habere, quod eum oporteat suæ Majestati referre. Verum surdis fabulam videbatur narrare. Nil igitur clamando proficiens, & nullam intromissionis spem affulgere cernens; demum ex porticula quemdam mentientem, ac suam Majestatem cum aliquot Aulicis, dispositis equis discessisse referentem audiens, coram adstantibus protestatus est, ad eam se ibi portam fuisse, intromissionem expostulasse; sed id sibi denegatum fuisse. Itaque cum sex sociis juramento se obstrinxit atque devovit uti ne unus alium ad extremum usque halitum deserat, sed hoc rerum statu, in vita, & in morte uti honestos, & strenuos, & juratos deceret commilitones unus alteri adsit. Ita mutuo devincti (scribit stilo Teutonico ad quemdam familiarem Oppistorfius) laxatis equorum habenis, & bombardo-

rum

tum silicibus orificio opplicatis, & ad exonerandum promptis, iterum citatissimo Cursu in campum devenimus. Ubi hostem nostris incumbentem conspeximus, ibi quoque Amsteinium una cum vexillo suo, et equitatum Moravicum, cum Bohuslao Boyta Equitum Magistro, ferme adhuc integrum quamvis hinc inde dispersum invenimus. Eo ipso quoque momento supervenit Dominus Melchior a Redern, & ibi una cum eodem Domino Melchiore aliisque Capitaneis, omnes commilitones serio cohortati sumus. Siquidem & ipsi hostes mediocriter essent dispersi, palantes, & defatigati, deberemus facere stationem, nosque ipsos colligere, & iterum ordinatam aciem instruere decentius esse sic in odinem redactos, & adunatos aliquantulum hosti cedere, & aliquam prærogativam tutiorem captare, quam hinc inde dispersos obvagari. Dum hoc consilii suscipitur, Oppistorfii quoque vexillum a sinistra Civitatis parte circiter viginti quatuor concomitantibus equitibus appropingvabat, ex quo ille magna voluptate persusus; suos equites reliquis adjunxit. Et enim prius jam & de vexillo & suorum vita desperaverat Accessit paulatim & Dominus Henricus a Walden, cum residuis equitibus suis; quin & non nulli alii, qui sub vexillo Domini Melchioris a Redern militabant, ipsemet enim eorum vexillifer Georgius Ror cum vexillo, & nonullis nobilioribus commilitonibus suis in Civitatem fuerant intromissi. Atque ita cum in Vniuersum jam bene iterum ordinati ferme fuissemus equites quadringenti, illico hostis hoc viso, suos in aciem & ordinem coactos & confortatos in nos dirigebat, quatuorque vexillis expansis, in nos impetuosissime ferebatur. Nos autem aptiorem defensioni captantes

oc-

occasionem, per loca palustria, uliginosa, & profundis fossis & lacunis periculosa (in quibus plurimi optimi viri demersi hæsere, ac a superveniente hoste, globis trajecti, vel frameis concisi, miserabiliter periere) transgressi sumus, & viribus multo inferiores cessimus. Præter hos, quorum supra mentionem fecimus, quadringentos equites fuerant plures, quos neque precibus, neque minis, neque ulla ratione in ordinem cogere poteramus. Atque ita alii debito ordine procedentes, alii pecorum more turmatim se se glomerantes, duobus milliaribus a Bicina promovimus. In hac profectione, si tres, vel quatuor fuga quoque vitæ suæ consulentes, nos insequebantur, statim clamor suscitabatur, hostem ingruere. Et ita iterum nova turbatio & fuga aliorum excitabatur. Sic a Piencino, seu Bicina, ut dixi, nobis duobus prope miliaribus remotis adest Stanislaus Stadniczki cum suis Polonis pariter fugientibus, & is aliquamdiu nobiscum iter fecit. Tandem statione facta in Consilio extemporaneo, proque re præsenti nato, iterum determinavimus ordinem procedendi debitum restaurare. Atque ita Domino Melchiori a Redern (nachzug) idest sequela. Oppistorfio (vorzug) id est antecessio. Germanis equitibus & Moravis (Mittelzug) id est intermedius progressus assignatus. Promiserat quidem Stadniczki se cum Domino Melchiore perseveraturum; sed paulo post, & ipse cum suis disparuit. Ordoque noster tantisper duravit, donec nox non supervenit. Ast noctis tenebris jam omnia occupantibus, ea quisque ratione, quam sibi commodissimam arbitrabatur, procedebat. In itinere relatum nobis erat (sed falso) suam Majestatem cum Primoribus aliquibus, & Polonis in fide perseverantibus Namislawiam perve-

nis-

nisse. Itaque omnes eo citius acceleravimus, & summa cum nostrorum corporum defatigatione, & extrema equorum (ex inedia, ex cursu, ex luti, limi, uliginis adhæsione, & aggravatione) lassitudine & læsione primum circa horam noctis tertiam provenimus. Verum omnes suburbiorum ædes, quin & stabula, & sordidissima quæque loca Polonis & Germanis oppleta, denique omnia excitatis ubique ardentibus pyris, & castrensium curruum copia impedita invenimus. Quapropter ad ipsam Civitatis portam nos contulimus & ad Regiam Majestatem (quam ibi esse nobis persvaderi passi sumus) intromissionem expetivimus. Sed statim ad aliam portam relegati sumus, Porro reliquis moræ impatientibus. Et se per vim inter cæteros intrudentibus, & demum ubicunque poterant ad quietem se componentibus Oppistorfius, cum Domino Melchiore a Redern, & cum circiter trigina equitibus ad aliam portam contenderunt. Et sua (quæ essent) nomina propalarunt; denique per vigilem a Civibus intromissionem postularunt, sed plusquam per horam unam spe introitus lactati, & delusi, & absurdissima cum responsione ignominiosam tandem repulsam passi, cum suo comitatu in quandam villam Sythmanitze dictam medio miliari ab urbe dissitam pervenerunt, & apud pagi judicem divertentes, repererunt ibidem Domini Henrici senioris juvenem filium saluum & vividum, quem ille jam comploraverat, veluti cæsum. Et postquam totam diem, & bonam noctis partem inedia, & obequitatione consumpsissent, & graviter lassati essent; tandem boni illi domini levi, & plusquam socratica coenula, & leviori cerevisia recreati, & bene contentati, immortali Deo, quod eos sui Numinis potentia ab hostis vio-

len-

tentia, e que tam gravi periculo liberasset gratias agentes, & mutuis colloquiis se se invicem consolantes, reliquum noctis somno consumpserunt. In hoc regressu multi ab ipsis (qui prius nostrls partibus adhæserant) Polonis Germanorum currus & mercatorum qui castra consequebantur effracti & evacuati aurigæ vapulati. Neque nostratium pagis parcitum. Postremo hoc tantum malum non solum miseros rusticos, & institores, sed ferme pariter omnes contigit. Omnes sane eodem quasi naufragio, fortunarum jactum, & jacturam passi sumus, tam scilicet ii qui ex conflictu evasimus, quam qui in oppido Bicina deprehensi, vel captivi retenti, vel dispoliati dimissi sunt. Laudetur in omnibus Benedictus Dominus Deus, qui aliquando hæc damna pensabit & cum tentatione proventum dabit. Quin & eodem tempore allata erant nova commentitia. Suam Majestatem cum aliquibus Polonis & Primoribus Brigam appulisse; eo igitur 25 properavimus nostrum Dominum indagaturi; ipsiusque voluntatem, & commissionem exquisituri. Brigæ appropinquantes in itinere Amsteinum cum suo equitatu deprehendimus, & ipso concomitante ad urbem pervenimus. Ubi multos Hungaricos pedites, tum militem Moravicum cum ipsorum Columella Leitenant Oberster Domino Zachradeczki invenimus. Quotidie ac singulis prope horis multi boni Viri & Commilitones (quos rumor cæsos sparserat) incolumes aliqui, aliqui saucii alii seminudi, ac dispoliati, & semineces superveniebant. Ex Contubernio, seu Sodalitio Domini Opperstorfii 75. personæ cæsæ sunt. Inter hos fuere 16. Nobiles, & sui famuli proprii complures. Inter quos Sigismundus Sevicz Vir pluribus in arduis negotiis, & conflictibus versatissimus,

qui

qui ſuam tum generoſitatem, & ſtrenuitatem omnibus reddidit conteſtatiſſimam. Hic cum eſſet ipſius Domini Opperſtorfii Stabuli Præfectus, dumque tam ſui Domini, quam ſuas partes ſtrenue tuetur, tandem maxima cum hoſtium (quos mactavit) ſtrage, & ipſe quoque concidit, ac vi fatoque conceſſit. Non minore virtute alter ejusdem commilito Joannes Lukh expertiſſimus Miles, aliique plures acerrimi ad extremum usque halitum, uti viros decuit fortiſſimos, pugnando occubuere. Nec pauciores ex commilitonibus Dominorum Melchioris a Redern Henrici a Walden, Wenceslai Geier, & Hungarorum ſtrenuiſſimi Pugiles & Antagoniſtæ, eodem turbine e vita abrepti, omnesque quantum colligi; non tamen certo definiri poſſunt, Equites circiter quadringenti. Optimus, maximusque Deos nobis una cum ipſis felicem tribuat in æterna vita congreſſum Amen. Peditum cæſorum a parte noſtra, tam Polonorum Maximiliano Regi adhærentium, quam Germanorum & Moravorum quantus numerus fuerit, certo ſciri non poteſt; tamen in ſequenti deſcriptione melius colligetur. Certe nec ipſe hoſtis a gravi ſtrage immunis fuit, nam quantum videre licuit ſub initio, et primo congreſſu, plures ex ipſorum, quam noſtra parte cadebant, & poſtmodo etiam ſecundo, dum jam noſtros terga vertentes & palantes inſequerentur in Germanos delapſi ut in proverbio eſt (haben ſich an den tanzen ſtaundlich Verbrent) hoc eſt gravem repulſam cum damno paſſi ſunt, & plurimi conciſi. Prepoſtwarius Heros Hajdones ſuos majori parte recollectos in Hungariam remiſit 26 Januarii Inſtitor Caſtrenſis & Civis Brigenſis, qui venales ſub Bicina pannos habuerat, domum rediit, is primo hæc triſtia novalia nobis appor-

portavit. Sacram Majeſtatem ſe ſe dedidiſſe, ac modo ſuos familiares & milites ſalvos ab internecione ſervare poſſet, ſe pro illis in hoſtis Cancellarii manus præſentaſſe. Hujus novitatis veritatem confirmavit 27. die ipſius Domini Opperſtorfii Columellæ, ſeu Lieutenantis adventus, qui & ipſe captus, ſed illico liberatus; hæc omnia eo ſufficientius (quod ipſe actis interfuiſſet) recenſebat. Quo nuntio graviſſime perturbati, priora noſtra conſilia (ſiquidem jam vana apparebant) commutavimus. Quapropter his ita ſtantibus, & omnibus jam rebus nobis conſtantibus, 28. antedicti menſis Dominus Opperſtorfius, ex Conſilio Domini Melchioris a Redern utpote Supremi Domini Præfecti, Columellæ, ſeu Lieutinantis, des Oberſters hæc egit. Quoniam totius exercitus, campique Dominus, in hoſtium poteſtatem manusque deveniſſet, & equites ſine pecunia (cujus tunc gravis erat penuria) amplius ſuſtentari non poſſent, honeſtis illis Viris (ut moris eſt) in aperto campo & ſub dio penes ducalem Urbem Brigam, in Sileſia ſitam gratias egit, & ſupremum & vale poſtremum dixit, et detractis prius e lanceolis vexillis, quo cuique liberet liberam abeundi facultatem dedit. Sic illi juramento ſoluti, & exauctorati, legitimeque dimiſſi ad propria ſinguli remearunt. Verum quæ deinde ſecuta ſunt, & quibus conditionibus deditio facta, quam crudeliter reliquiæ militum diſpoliatæ atque dimiſſæ ſunt? quanta clade miſera illa Civitatula Piencinum affecta? quam indigne, tractati indigenæ? Imo quam luctuoſam hæc Tragœdia nacta ſit Cataſtrophen, proxima narratione explicabo.

Sequi-

Sequitur Secunda Pars Descriptionis

Postquam repentinus ille conflictus exactus, strages patrata, & accelerata fuga maturata, & consecuta, statim hostis oppidum obsidione cinxit, & circumdedit, scalas admovit; muros tormentis bellicis quatere occepit, & Suburbia omnia, & alia vicina ædificia, uti pulchrum Ducis Brigensis Molendinum succendit. Interim nostrates bis portam citius aperientes, ex campestribus tormentis, duos ictus in oppositum hostem exoneravere, & pluribus prostratis penes pontem mediocriter (ut dicitur) scopavere. Sed illico hostilia tormenta advecta, & portæ versus Poloniam vergenti admota, & in ipsam sæpius exonerata, globosque ferreos, magnitudine manus in pugnum contractæ enormes evomentia. Cum vero hostis in obsidione, & expugnatione acrius instaret, & urgeret; Sua Majestas armata ex foro, ubi antea per bonam semihoræ partem, stando moras traxerat; una cum suis Cameræ Dominis in Prætorium se recepit, et quid in præsenti casu & negotio facto opus esset consultaret. Dum consultaretur; primo Sua Majestas parieti adnixa aliquantulum capite ad portam inflexo mœrens constiterat, ac tandem cum consedisset; post multas, & congruas rationes, dum nulla nec vincendi, nec evadendi spes affulgeret deditio conclusa. Ac Tibicen supra muros missus, illique unus adjunctus, qui in signum deditionis hasta oblonga pileum Polonicum cristis seu plumis ornatum subrigeret & hosti spectandum proponeret, ipseque Tibicen primo tuba lamentabilter inflata deditionem intimavit, et ex oppido Comes Czolek Polonus ad Cancellarium transmissus est; qui de tractanda pace satageret. Is quam

pri-

primum foras evasisset, & ad Cancellarium pervenit. Visum est perspicue, quam illum Cancellarius exceperit gratiose; etenim Dominum Fratrem eum nuncuparat, manu penes se circumduxit, & per magnum temporis spatium, secreto & benevole cum ipso collocutus est. Ex his conjecturis aliqui suspectum habuere hunc Czolkonem, atque si is patefactis omnibus Cancellario secretis, & collusione prius cum utroque habita Suam Majestatem prodidisset. Qui suo (qualicunque tandem fide videret Deus) cum Cancellario confecto negotio in oppidum rediit, & Suam Majestatem his latinis verbis affatus est: Gratiosissime Domine! Cancellarius Majestati Vestræ denuntiari jubet: se magno cordis dolore adfici; quod hoc ipsum contra Majestatem Vestram attentare coactus sit. Siquidem vero permissione divina id ita jam factum esset, deberet id ejus porro sacro Numini committere. Porro si nolit plus sanguinis Christiani (cujus plus æquo jam profusum sit) spargi, deberet se eo citius captivum dedere, & præsumpto Regali titulo renuntiare Cancellarium, autumans eo firmissimo esse proposito; ut eum dedititium ita habeat ac tractet qualiter decet Principem, tam alto ac præcipuo totius Christianitatis sanguine procreatum, denique deberet optimam concipere spem, omnia bono fine terminanda. Supra hæc deberet Sua Majestas absque ulteriori cunctatione, & dilatione se resolvere, & absolutum responsum dare. Namque si hoc deditionis negotium protelaretur; Suam Magnificentiam Dominum Cancellarium vix sufficientem futurum ad exacerbatum, & ira veluti furiis agitatum militem ab irruitione & impetu continendum; & revera jam Hajdukones gens truculentissima summo adnisu instabant, & portas invade-

bant: Sua Majeſtas rem ſerio agi, & periculum aggravari animadvertens, in deditionem quidem ea conditione conſenſit, ne qua ſibi ſuisque vis inferatur. Ceterum de tituli renuntiatione ſe deinceps cum Cancellario acturum reſpondit. His ex Sua Majeſtate perceptis iterum Comes Czolek portis emiſſus illico iterum cumhac relatione reverſus eſt: Suam quidem Majeſtatem cum ſuis quos circa ſe haberet omnibus a quavis violentia ita futuros tutos, ut nemini pilus in capite (quod in proverbio eſt) ſit commovendus. Quod ad alterum, nimirumtituli renuntiationem attineret; ſecus fieri non poſſe,niſi ut id præſtet.Sincere interimSuæ Majeſtati eanocte nempe Dominica conſequente, quæ erat 24. Januarii tuto & ſecure in oppido permanere licere, videlicet usque ad ulteriorem & matutinam tractationem. Exigere etiam Cancellarium, ut Sua Majeſtas duodecim obſides in Caſtra transmittat, ſe totidem ad eum nobiles ablegaturum, qui ipſum ſumma cum reverentia obſervent, quamobrem ut ad hæc citum reſponſum det. Dumque intetim hæc tractantur diutius, Cancellarius moræ pertæſus, curavit tria tormenta majora exonerari, & muros peti, illoque indicio Suæ Majeſtati inſinuari, iniquo ſe illam protelationem & cunctationem animo ferre. Quamobrem Comes Czolek iterum foras exiit. Et Cancellario Regis ſententiam explicavit, nempe quod oblatas conditiones acceptare velit. Neque interim a bombardarum ejaculatione, & exuſtione deſitum, adeo ut etiam ignis usque in Civitatem penetraret, & una jam domus ardere cœperit. Quod tamen incendium tempeſtive & miraculoſe exſtinctum citius eſt. Ipſe quoque Cancellarius hoc viſo, ſtatim ſub pœna capitis ſuis in urbem ignis jactationem & bombardarum exonerationem interdixit. Ipſa quoque Maje-

Majestas Regia e contra pariter sclopetas displodi vetuit. In hoc tumultu & trepidatione, quidam satellitum, & corporis custodum (quos vulgo Drabant vocant) veluti oestro percitus ad suam Majestatem accurrit, & eam his verbis compellavit: Sacra Majestas hostes per vim huc irrumpere volunt, Numquid si huc pervaserint, debeo me sicut pecus mactari sinere? an vero defendere? ad hæc Sua Majestas placide; si inquit vim intulerint; quisque suam pellem defendat, uti melius novit, & potest, ego sane idem fecero. Postmodo buccella Panis bis cocti allata, ex eaque modica portiuncula a Sua Majestate præfracta, & absumpta eadem Sua Majestas (quæ neque cibum neque potum ea die perceperat) bonum poculum vini exhausit. Tum doctus vir Doctor Sehnaln Opoliensis supervenit, & in tam gravi periculo, quid sibi faciendum, cui adhærendum esset perquisivit. Ad hanc percontationem his expressissimis verbis respondit; velit o! utinam Deus, ut ego solus in captivitatem rapiar, & abducar, & vos omnes liberi evadatis. Ego sane sincere & fideliter vestri curam sum habiturus, operamque daturus, ut ne unus ex his, qui mihi adsunt, capillus per vim defluat. Interim Comes Czwlek iterum in oppidum rediit, & negotium deditionis accelerandum admonuit. Idcirco statim subnotatæ Personæ obsidum loco transmissæ ex Polonis 1. Stanislaus de Gorka Palatinus Posnaniensis. 2. Episcopus Cuiaviensis bonus Senex. 3. Czerkowius Referendarius. 4. Andreas Zborowski Mareschallus. 5. Dux Alexander Prunski Lithvaniæ Dapifer. 6. Suæ Majestatis Decanus. Ex Germanis 1. Dominus Georgius a Liechtenstein Campi Præfectus. 2. Dominus Jacobus Lobeln Camerarius Suæ Majestatis. 3. Joannes Frideri-

cus Hoffmann. 5. Dominus Kuenheller. 5. Dominus a Stoczing. 6. Dominus Kurcz. Insuper quatuor Cameræ Famuli, & duo Nobiles Pueri, & nonnulli alii, qui ipsorum equos erant curaturi. Ultimo omnium & ipse Comes Czwlek subnotatus. Cum hæ Personæ antenominatæ oppido excederent; Sua Majestas ex Prætorio in suum antiquum diversorium circiter horam 24. se se recepit. Non multo post remittit Cancellarius cum obsidibus internuntios, asserens milites (nisi & ipsa Sua Majestas in Castra fuerit præsentata) minime contentos futuros. Super hoc aliquantulum deliberatum, deinde Sua Majestas paululum de coturnice comedit, & ad usque ferme tres horas noctis, sua interim dispofuit literas aliquas & scripta igne cremavit, & denique se profectioni aptavit. In descensu Satellites, & Suæ Majestatis] Corporis Custodes, lamentabili voce Suam Majestatem obtestabantur, & obsecrabant, ne eos desereret, quin potius instaret ac satageret, ut salva vita illis abscedere liberum fieret; ad quod Sua Majestas primo paululum subridens, blandius & illico per vim lachrimis ex oculis erumpere gliscentibus severius: Ego inquit sincere & fideliter pro vobis sollicitabor, ne quidquam mali alicui ex vobis contingat. Hoc dicto janua excedens, magno animo & generoso, equum conscendit, & cum præfatis obsidibus, & dominis in Castra profectus est. In itinere & profectione dicitur Comes Czwlek Suam Majestatem informare voluisse, quomodo Sua Majestas erga Cancellarium se reverenter habere deberet. Verum ipse non ita ut ille nugosus voluit, sed uti talem Principem nempe tam sapientem, egregium, heroicum, tamque alto & Nobili sanguine cretum decuit, ita se gessit. Ipse porro Cancellarius ex mansione

sua

ſua quam habuit in Villa muri urbis proxima Haſslovicz dicta, ipſi a longe ſatis detecto capite obviam proceſſit. Sua quoque Majeſtas decenter, & reverenter ipſum ſalutavit, & contra nudatum ipſius caput ſuum quoque detexit, ſed ſubito viciſſim cooperuit, quod ut faceret, & ipſe Cancellarius, expetivit, adeoque ut ſuæ præeminentiæ memor eſſet, admonet, ſolus porro toto temporis ſpatio, quo cum illo ſermones miſcuit, nunquam ſuum canum caput operire præſumpſit, & hæc verba ſæpius repplicavit. Se penitiſſimo cordis dolore cruciari, quod ad hos terminos cum Sua Majeſtate ſit deventum. Et cum jam id acciderit, velit Sua Celſitudo id totum divinæ Majeſtati commiſſum, ſperandum quod hoc negotium totum Suæ Celſitudini in melius emerſurum, & dum hæc diceret ubertim flevit. Poſt modo ad ſe introductum blande affatus eſt, adeo ut Sua Majeſtas ex hac Sermonis ipſius placiditate, & æquabilitate aliquanto alacriorem ſe exhibuerit. Dum hæc aguntur, quidam noſtratium miles dum curioſius, quæ ab hoſte exterius geruntur ſpeculatur deorſum globo tactus præcipitatur. Deforis vero Polonorum furor nonnihil repreſſus, & mitigatus, nulluſque amplius bombardarum fragor auditus; Comes vero Czwlek, rurſum ad nos rediit, & ea nocte nobiſcum in civitate remanſit. Sequenti die mane (quæ fuit 25. Januarii) injunxit Cancellarius civibus uti ſuarum partium cæſorum corpora ſuis curribus unum in locum convehant, & ſepeliant, quod & factum, noſtrorum poſtrema pietatis cura poſt habita. Quantus cæſorum fuerit numerus certo neſcitur. Ferenbekius quidem præcipuus adverſæ partis Capitaneus referebat noſtrorum duo millia, & quingentos præterea cæſos; ipſorum vero multo paueiores; ſed

neutrum horum verum, cum ex utraque parte longe plures ceciderint. Dum hæc curantur, adveniunt in oppidum nonnulli, ex parte Cancellarii destinati, inter quos ille Bornemisza Hungarus, domui Austriacæ dudum infestus, & cum eo Ferenbeccius Germanici Equitatus Præfectus natione Livonius. Et tertius Kozakonum Capitaneus, nec non tres alii insigniores Poloni, quorum mihi nomina ignota, ex parte vero SuæMajestatis Dominus a Liechtenstein Dominus Lobln, Dominus Curtius, & Comes Czwlek putativus solum Suæ Majestatis patrocinator. Hi primum Suæ Majestatis supellectilem inventarunt. Ea autem supellex majori ex parte, ex Abaco argentea stabat. Hanc ergo cistis inclusam, & obsignatam ad partem seposuerunt, & ex illa Suæ Majestati, nil aliud quam 12 scutellas argenteas, ad ipsius mensam necessarias, quanto citius evehi permiserunt. Porro Haydones & similes latrones tanta prædæ aviditate fervebant, ut vix a curru, quo deferebantur arceri, & modicum illud argenti, ad Suam sedem integrum perduci potuerit. Inventario rerum Suæ Majestatis descripto Dominis Inventatoribus modicum quid edulii absque omni mappa, & aliis mensæ utensilibus appositum; & post brevem pastionem reliqua Suæ Majestatis excussa & annotata, & consignata, deinde etiam aliorum Dominorum ut Dapiferorum, & Cubiculariorum, & reliquorum pari ratione requisita & perscrutata, & inventata, & seorsim custodiæ tradita, demum omnia per oppidi Consulem, & Senatores, quin & illos ipsos, quorum bona erant propria in Ecclesiam comportata. Dum hæc aguntur interius; hostes deforis exceptis Germanis omnem malefaciendi libidinem exercebant, & ob appetitum cerevisiæ ac vini, defectum quoque

que avenæ & fœni omnino in civitatem irruptionem meditabantur, quod cum Czwlek Comiti significatum esset; quasi id prohibiturus esset præse tulit, sed interim semper majora vero ad se perferri dixit, cum tamen revera serio res per Haydones gereretur, adeo ut etiam civitatis murum una parte quatuor palmorum patenti foramine pertutuderint; sed nostrorum opera tandem foramen oppositis lapidum molibus oppilatum. His transactis Domini inventatores urbe excesserunt. Vulgo interea & nostrates omnia perdita æstimantes totam noctem insomnes in summo pavore exegerunt, metuentes ne sequenti luce omnes ad internecionem cæderentur. Post hoc extra oppidum sequutum est summum silentium ob serium Cancellarii ne quis selopetas exoneraret mandatum, quod quia a duobus Polonis est vilipensum, & bombardæ ab eis explosæ; statim eorum capita gladio decussa, & ad terrorem reliquorum prælongis hastis ad portas Civitatis præfixa. Hac ipsa die oppidani Bicinenses supplicem libellum Cancellario porrexerunt, quatuor vini urnas offerentes, & ad ipsius pedes prostrati enixissime deprecantes, vellet eorum vitam, honorem, tecta, fortunas a barbaris illæsas, se denique ipsius patrocinio commendatos, & a ferocia vique militis protectos, id quod se præstiturum Cancellarius his verbis recepit. Etsi inquit duo Vestri duces contra me militem miserint (quod hac ipsa hora prolatis literis authenticis comprobare possum; tamen ut meam sentiatis facilitatem, & beneficentiam nullius vestri pilus est per meos de capite avellendus, quin imo omnes vestræ fortunæ, & bona intacta, & integra sunt duratura. Exacta nocte mane 26. Januarii ante nominatæ personæ a partibus Cancellarii de-

legatæ, ſed multis aliis concomitatæ iterum in Civitatem advenere. Et poſt eos portæ diligenter obſeratæ; hac die primum aulicorum Officialium, & aliorum præcipuorum, & nobilium nomina conſignata. Deinde injunctum, ut omnes currus, mercibus onuſti, in caſtra eveherentur (quod primum poſt noſtrum diſceſſum factum) ac tantum currus magna bellica tormenta ferentes in præſentia noſtra evecti. Tum ex improviſo Bornemiſza Hungarus, huc illucque obequitans, primum tubas inflari juſſit, tandem ipſe Polonico idiomate hæc promulgavit: omnes qui ad Aulam, & Miniſterium peculiare Suæ Serenitatis ſpectarent, ii omnes a cæteris militibus, & lixis, & inſtitoribus, cæterisque ſeparati in unum locum ſecederent ac illico coadunarentur. Guo facto, & omnibus a ſuis diverſoriis abſentibus Ferenbekius ab uno ſtabulo in aliud commeabat, equos perluſtrabat, & arrectiſſimis auribus (ſi quos a noſtris ſermones acerbiores exaudire poſſet, vel leviſſimos ſibilos captabat. Huic aliquot noſtrorum Barones, & Nobiles ſupplices libellos latine conſcriqtos Cancellario exhibendos porrexerunt, quod ſe facturum recepit, ſed non præſtitit. Interim per forum, & omnes plateas, idque ſæpius, nomine Cancellarii Germanico & Polonico idiomate proclamatum: Magni Cancellarii, hoc ſeveriſſimum eſſe decretum: ne quis eorum, qui ſtetiſſet a partibus Sereniſſimi Principis, quidquam de auro & argento ſecum efferat oppido, ſed ibi, ubi deſignatum fuerit relinquat, qui contra fecerit, talem absque omni miſericordia in minutiſſima fruſta concidendum. Oppidanis quoque ex Cancellarii mandato per Conſulem demandatum eſt ſerio, idque ſub capitis periculo; ne quis aliquid in ædibus, fundoque ſuo abſconditum ſer-

ſervet, aut defodi patiatur, quod vel ad Polonum, vel Germanum & extraneum aliquem adtineat. Quod ſi quid apud aliquem fuerit compertum, eum loco, quo hoſtem habendum, & pariter bonis ac vita privandum. Tandem nos omnes miſeri ad portam ſumus deducti, & Bornemiſza nomine Cancellarii his nos verbis adorſus eſt: Magnum Cancellarium Suam Illuſtrem Dominationem, omnibus vitam condonare, attamen hac conditione, ut pro belli more, & jure omnia arma deponant; & neque aurum neque argentum, aut aliquam aliam Pecuniam & Clenodia, ſecum auferant, ſed hic relinquant. Id quod ipſum Dominus Henricus Laſſota ſuæ Majeſtatis ſupremus ſupra pedites excubiarum Magiſter repetere juſſus clara, altaque voce renunciavit; oportere omnes juramentum præſtare, quod nullus argentum & aurum penes ſe retinebit, qui contra fecerit eum illico trucidandum, tum, quisque, paucis exceptis, (quibus fuerat pecunia potior vita) omnia quæ penes ſe habuit, quodque antea tanto ſtudio & induſtria occultavit, & abſcondit producere, & ad extremum usque teruncium in arcam quandam veluti in Gazophylacion (ad quod duo Hungari adſtabant) deponere cogebatur Veſtes ſolum ex panno, vel alia leviori materia permiſſæ, at pretioſiores, ut ſericeæ & pellibus pretioſis, uti marturinis, ſuffultæ, & hæ ablatæ. Ita nos armis exuti, pecunia deſtituti, quidam etiam veſtibus diſpoliati Citate emiſſi ſumus. Extra moenia pauliſper nobis egreſſis a parte ſiniſtra paulo ulterius conſtiterat Cancellarius, retro quem adſtabat armiger Polonus prælongam haſtam geſtans, in eaque polonicum pileum oblongis duabus plumis albis criſtatum ex utraque parte una poloni, altera Germani ſibi oppoſiti

&

& armati latera noſtra cingebant, inter quos nos medii procedebamus,& tandem ſpatio ab urbe, (quan tum bombarda terna vice ejaculata emetiri poſſet) gradum figere juſſi hæſimus, & tum in majore mortis metu & periculo, quam unquam alias verſati ſumus. Namqne Tartari & Kozakones, ſumma vinos invadere volebant, & revera etiam more ethnico, & pro Tyrannica barbaricaque feritate, & ſanguinis noſtri ſiti ac aviditate in fruſta diſſecaſſent, niſi eorum Capitaneus, linquæ Germanicæ apprime gnarus illis dira denunciaſſet, nomineque Cancellarii horrendas minas interminatus fuiſſet, denique tantum malum ſui corporis oppoſitione prohibuiſſet, & aliquorum curſum & impetum ſuo equo retardaſſet. Quod ubi Canellario renunciatum, præſto cum ſelectiſſimo ſuo milite, & nobilibus adfuit, & nonnullos ex noſtratibus, Barones, Nobiles & primæ notæ viros adnotari curavit ſubdens Suæ id eſſe voluntatis,ut ipſi dimiſſis cæteris penes ſe juſtas ob cauſas remaneant. Nihil illis mali eventurum. Hæc ita cum eſſent confecta, Cancellarius detecto capite Polonico idiomate nos affatus eſt, ac deinde eundem ſermonem lingua Germanica per interpretem Dominum Sobaczki explicari curacuravit, cujus orationis hæc ſumma fuit. Potentiſſimum Magnumque Regni Poloniæ Cancellarium, & illius exercitus ſupremum Capitaneum & Ducem jubere Dominis hæc ſignificari:

Oratio Cancellarii ad dimittendos noſtrates haberi juſſa.

Quod Chriſtiani contra Chriſtianos bellum gerant, rem eſſe horrendam, & deteſtandam, idcirco cum ego (inquit) miſerabilem & luctuoſam illam ſtragem

gem proxima Dominica patratam reputo animo; acerbiſſimus dolor penetrat ac configit, quod nimirum tantum Chriſtiani ſanguinis ſit profuſum, non quidem Sereniſſimi & alto ſanguine creti Principis ac Domini Maximiliani Archiducis Auſtriæ cauſa verum aliorum malorum hominum gratia, qui tam bono Principe nunquam digni ſunt. Namque hoc brevi ſpatio temporis abunde jam ſum expertus, hunc Dominum, quem ego nunquam antea vidi meliorem, & ſinceriorem eſſe, quam ego arbitrabar, quamvis de eo ſemper omnia bona & honeſta ad meas aures ſint perlata. Quapropter eo majori doloris ſenſu afficior, & acerbiori ipſius compaſſione tangor, quod tam bonus prudens, & alte ſapiens Dominus, ſiverit ſe ab aliquibus nequam hominibus decipi, & ſeduci, qui bona ſua ita turpiter hic prodegerunt & abliguriverunt, pudicis virginibus, & honeſtis Matronis, ſtuprum, & vim intulerunt (quod illos nuperrime penes Cracoviam patraſſe omnibus, ac (quod dicitur) lippis & tonſoribus notiſſimum eſt, ac ne a nobis quidem ipſis negari poteſt.) Iſti improbi, & ſcelerati homines, ſiquidem a regno noſtro proſcripti, nullum hic inter honeſtos viros locum habere potuerunt; hujuſce modi malis artibus & practicis ſe iterum in patriam noſtram immentiri ac intrudere contenderunt, & ſuis ſceleratis, falſisque & doloſis Conſiliis in præſentem caſum, & calamitatem bonum Principem præcipitarunt. Hoc ipſum inquit (& cum hæc efferret, acerbiſſime flevit, adeo, ut vix proloqui potuerit, *lacrymæ crocodili*) ex Corde mihi dolet, quod hoc ipſum facere coactus ſum, quod jam in bonum hunc Dominum, & in glorioſam Domum Auſtriacam (ex qua tot reges & Cæſares prodierunt) admiſ-

missum est. Ad hoc sane faciendum summa me necessitas adegit. Equidem semel juramento obstrictus sum ad patriam meam defendendam & protegendam. Isti juramento hactenus sarisfacere adnixus. Non sunt hic inter nos Principes & Comites, & alii Primores. Soli sunt Nobiles, & alii honesti viri, quorum generosus animus, & virile robur, eos admonet, & instigat, ut privilegia & immunitates suas integras retineant. Pro earum conservatione vivere & mori parati, in hunc usque locum pervenimus, & in hanc arenam descendimus, nostramque caussam justam Domino Deo commendavimus. Quod autem nobis Deus tam cito fortunam & victoriam in manus nostras dederit, id vero præter opiniodem nostram evenit, ut verum fatear idcirco ego dico & profiteor: Non nos, sed manus Dei percussit vos, & hoc propter sceleratos illos (qui inter nos fuerunt & bonum illum Dominum, vosque optimos viros seduxerunt) homines. Ex his Dominationes vestræ poterunt causas nostri instituti factique habere exploratas. Atque ita, ita se (ut dico) rem habere, volo esse cum ipso Domino Deo contestatum (hic iterum ipse Cancellarius amare flevit.) Illius optimi Domini gratia ex corde doleo, & ejus commisereor, & hac ipsa hora vellem ipsum liberum dimittere (ita mihi Deus testis sit) modo cæteri commilitones mei consensum præbere vellent. Attamen ipse, uti magnus Dominus tractabitur, & ego quoque omnem diligentiam adhibebo, ut omnia ad optimum exitum deducantur, & in bonum vergant ac desinant finem. Dominos quoque habeo obsecratos, ne vitio vertant armis exutos dimitti. Noverunt enim ipsimet periti rerum castrensium; id ipsum Jus belli expostulare. Siquidem ergo jam

jam Domini omnes mei facti rationes perceperunt, velint eas uti veras, & justas admittere, & non in sinistram aliquam partem detorquere, vel apud prudentes, & honestos viros traducere, quin potius ob vitam eorum a me contra vim Barbarorum conservatam cum meæ personæ meliorum commendatione mentionem facere, memoriamque tenere. Quo vero etiam deinceps Domini securius valeant ad propria, laresque domesticos remeare volo Dominis centum Kozakones, & centum Germanicos equites comitativæ loco addere, & singulos eorum Capitaneos juramento obstringere, ut dominos securos & inviolatos, usque ad proximam aliquam Civitatem deducant. E contra debeant Domini sublatis duobus digitis, juramentum præstare, quod deductores velint absque omni offensa salvos in castra remittere. His (inquit) ego Dominis ad bonum iter prosperitatem, & sospitatem precor, & ut omnes ad suos sani & salvi perveniatis sincere exopto. Et hic iterum flens bonam noctem ac supremum vale dixit, plenusque moerore, (ut præseferebat) a nobis se subduxit. Toto vero temporis spatio, quo ipsius durabat oratio, & orationis interpretatio, suum canis aspersum caput habuit detectum, eo usque dum a nobis plane avelleretur. Ita nos afflicto corde, & moerentibus animis, & per integram noctem intermedii, adeoque ex omnibus partibus Tartaris & Kozakonibus (qui ubique quoquoversum oculos converteramus, omnia incendebant & exurebant) cincti discedebamus. Arma nostra & gladii, fustes, & baculi, quicunque prima occasione reperti vel ex sepibus extracti. Ignes & incendia quæ spectavimus, plus quam centena, per nocturnas illas tenebras facium loco affatim nobis luminis suppeditabant, adeo ut

t facile noſtras umbras ſpectare poſſemus. In itinere in præcipui cujusdam Germani (cujus caput graviter diſſectum erat) exanime corpus impegimus. Multi ex debilitate, inedia, frigore, laſſitudine, in via defecere ac miſerabiliter periere. Cum uno tantum a Namislavia miliari abeſſemus conductores noſtri potiſſimum Germani nobis amiciſſime vale dicto pedem retulerunt, partim quod equitatum Germanicum (quem non procul abeſſe arbitrabantur) metuebant, (nam hoc ipſum aſſeverabant, nempe ſe exaudire equitatum, ſed is non ex Germanis ſed Tartaris conflatus erat) partim quod ſuos equos nimium defatigaverint. Et die ſequenti viſum ablongum iter diarium illis exigendum, erat. Ita nos ſoli circiter, medii miliaris diſtantia urbi Namislavienſi appropinquavimus, et circiter horam ſecundam antelucanam in villam Reuchling dictam pervenimus, & aliquantum ſomno indulgentes repauſavimus. Mane 27. Januarii Namislaviam attigimus, & præcipui quidem curiales poſt longam conſultationem intromiſſi, ſed reliqua plebs foris relicta, tamen ſenatus de cereviſia, panibusque providit. Quantus vero omnium noſtrum, qui Piencino dimiſſi ſumus numerus exſtiterit, pro certo neſcitur; attamen quantum colligi poteſt fuerunt ſane noſtrum ad duo circiter millia. Ita nos Deus mirabiliter ex manibus barbarorum, & ex faucibes ſanguinem ſitientium hoſtium vindicare & iiberare dignatus eſt, Cui ſit honor & gloria per ſecula ſempiterna Amen. Quid autem poſt noſtrum abitum Piencini acciderit; breviter perſtringam & ſubnectam. Cum omnis ſupellex & impedimenta Regia ex templo ubi fuerant repoſita in hoſtilia caſtra fuiſſent invecta, & hoc poſt Cancellarii diſceſſum) Namque ille 27. Januarii ex Sileſia verſus Polo-

loniam ſolverat, & porro ulterius iter inſtituebat) tum Civitas illa miſera, & afflictiſſimus ille populus ab Polonicis Capitaneis absque ſcitu & conſenſu Cancellarii, Polonicis, Kozakonibus & Haidonibus, aliisque hoſtibus noſtris prædæ loco permiſſus. Ubi nulla tyrannis, nulla vis, nulla crudelitatis ratio prætermiſſa, quin omnis belli furor in illos effuſus. Primum enim omnes omnibus bonis diſpoliati & exuti, & vapulati. Conſul & Senatores gravibus tormentis excruciati, Theſauros Civitatis promere ſunt coacti. Penes quos aliquid putabatur reſidui, hos omnibus etiam induſio ac interula media exutos, nulloque periſomate verecundiæ cauſa circumdatos, æque fœminas & honeſtas Matronas, ac Virgines, uti viros & adoleſcentes ita nudos, & ſua obſcoenitate ſe ipſos deteſtantes ſtare cogebant, & quod magis horrendum & abominandum, in conſpectu propriorum maritorum uxores, nec non ad contuitum parentum liberos, pudicas virgines, quin & Sodomitico more adoleſcentes conſtuprabant. Sic violatos, & omni fœditate conſpurcatos verberibus afflictos, parentes cum liberis vinctos & captivos in ſervitutem abduxerunt. Ultimo totam civitatem excepto templo, prætorio, & duabus vilibus caſulis fundamento evertentes exuſſerunt. Neque ſopitis mortuorum cineribus, & aridis eorum oſſibus parcitum, ſepulchra effoſſa, thumbæ reſeratæ. Oſſa olim reverenter collecta, hinc inde diſperſa, & ſi quæ alicubi reſervata curioſiſſime exquiſita. Denique nihil reſidui barbaricæ crudelitati; & plus quam ferali rabiei derelictum. Benigniſſimus Deus, qui nos ob noſtra gravia peccata, merito affligi permittit, & juſtiſſime punit, quique nil mali contingere ſinit, quin aliquid boni ex eo elicere ſciat & poſſit, ipſe

di-

dignetur illos miseros, & afflictos homines consolari, ipsis adesse, ipsis succurrere, ipsos in pristinam libertatem restituere, ipsos denique in patriam eorum reducere, & denique omnibus nobis se placabilem & propitium exhibere per Dominum nostrum Jesum Christum Amen.

Porro. Conditiones suæ Majestati a Cancellario oblatæ, & ab ipso serenissimo principe, necessitate tum adigente acceptæ in hanc propemodum formam fuere redactæ. Primo omnium Cancellarium hortari bonum Principem, ut is hunc casum adversum heroico animo ferat. Singularem & majorem virtutem esse moderate adversam, quam prosperam fortunam sustinere. Et siquidem occulta forent judicia Dei, & investigabiles viæ ejus, sperare deberet alia forsitan via compensatiori ratione melioribus modis & viis in magis opportunis florentioribusque regionibus, quod suam sit Serenitatem Deus ampliori lætitia, uberiori gaudio exhilaraturus, & contentaturus. Se in hoc negotio nil facere ex aliqua temeritate, præsumptione, fastu, mentis elatione vel tumore; sed illa tantum omnia facere, propter patriæ defensionem, nec non regni commodum, & indigenarum libertatem. Cæterum commilitiones suos nulla alia ratione contentari, velle, neque aliter fieri posse, nisi ut se se dedat, & ea ipsa die qui fuit 24. Januarii in castra se repræsentet, titulo Regiæ Majestatis præsumpto renunciet, Cancellarium ipsum, uti personam talem decenter & honorifice tractandam; neque esse quod aliquam honoris sui derogationem, vel auditionem, despectum, & defectum expavescat. Neque se Regi sistendum, sed in arce aliqua interim honorifice habendum & detinendum, usque ad conditionum expletionem, & reconciliationem cum

Sigis-

Sigismundo Sueciæ & Poloniæ rege, nec non ad contentationem incolarum, tam in genere, quam in ſpecie, ob injurias nempe & damna ipſis illata. Denique usque dum totum hoc negotium cum conſcio, & conſentiente cæſare, & ditionum ipſi ſubiectarum indigenis fuerit compoſitum &c. Reliqui articuli Polonorum libertati, ac inter cæteras nationes ſecuritati ſervientes ſtabiliti. Capitaneis ac Primoribus ſuæ ſerenitatis extraneis vitam donari ac honorem ſervari, ſed de libertatis taxa (vulgo Ranzione dicta) debeant, ut poterunt, concordare. Quod attinet ad vulgo Polonicos milites; præſtito Regi Poloniæ Sigismundo juramento debeant ſtatim abſcedere. Verum Primores Poloni omnes quorum aliqui ſupra notati debeant penes ſereniſſimum Principem, usque ad Regis & juſtitæ declarationem, & renuntiationem hærere. Vita & honor eorum ſaluus & ſecurus permaneat; id vero Cancellarium in ſe recipere; & ſummis ſe viribus adnixurum ne ullum deſpectum patiantur. Interim tamen obligationem faciant, quod nil contra legem & regem; nec non patriam ſint molituri & præſumpturi ipſorum fundos, & immobilia bona; ut Civitates arces, oppida villas & agros ut rehabere illis liceat, ſe apud regem ſerio curaturum. Cæterum mobilia; quæ tum penes eos reperirentur jure belli ipſis non poſſe permitti. Itaque auferenda & inter commilitones dividenda. Demum in continenti Maximilianus Archidux procuret, ut arx Lubelloviæ coronæ reſtituatur.

Hæc ſumma conditionum & deſcriptionis, conferatur Iſtvanfius Libr. XXVI. p. 569—576.

XXVIII.

V I T A

Antonii Werantii Archiepiscopi Strigoniensis & Cardinalis ac per Hungariam Locumenentis. Autore Fausto Verantio ex fratre Nepote.

Antonius Verantius Sibenici in Dalmatia Anno Domini 1504. III. Calend. Junii natus est, Patre Friderico Werantio ejus Loci Patricio, matre vero Margarita Statilia Michaelis Statilii Traugurien filia. Huic statim ab ipsa infantia paternis laribus abesse contigit. Primum enim Tragurium ad eundem Michaelem Statilium maternum avum una cum fratre Michaele missus est, hic aliquot annis nutritus, deinde ad Petrum Berizlavum Episcopum Veszprimiensem, eumdemque Præsidem Sclavoniæ, ac Quæstorem Regni Hungariæ cognatum suum delatus est. Verum Petto brevi post tempore a Turcis Occiso a Joanne Statilio Episcopo Transylvaniensi Avunculo eodemque amitino suo in tutelam susceptus est. Apud quem aliquot annis enutritus primisque ætatis Juvenilis rudimentis imbutus tandem Patavium concessit, ubi cum humanioribus Literis operam navare cæpisset, non diu perstitit. Ingruentibus enim in Hungariam post memorabilem illam cladem Mohachianam variis tumultibus, ipse etiam abruptis studiis suis ab Avunculo suo revocatus est, apud quem tamdiu postea perstitit, quoad Joannes Rex Hungariæ cum Aloysio Gritto aliisque suis proceribus Budæ ab adversæ factionis exercitu, duce Guilelmo Rogendorffo obsessus est. Ubi eodem tempore,

re, & Præpoſitura Budæ Veteris donatus, & a Secretis Regis creatus in Tranſylvaniam ex mandato Regis ad curam, & cuſtodiam ejus Provinciæ Epiſcopatus cui avunculus ſuus tunc præerat, miſſus eſt.

Inde obſidione Budenſi ſoluta, & Joanne Rege in Tranſylvaniam rejecto, laudatus initio quidem per biennium fere, annum agens circiter tertium & vigeſimum levioribus Legationibus ab ipſo Rege, & Avunculo ſuo intra Regni limites exercitatus eſt. Poſtea vero ad Sigismundum Regem Poloniæ cum juſta Legatione eſt profectus. Ter in Boznam ad Huſztrephum, & Mechmetum Michaelem ejus Provinciæ Præſides. Ad Venetos duce tunc eorum Andrea Gritto bis, ſemel ad Clementem Septimum ejus nominis Pontificem Maximum Anno Domini 1531. ſecundo poſt Caroli V. Imperatoris Coronationem.

Reverſus ex Urbe denuo ad Sigismundum Regem ter eſt miſſus, poſt has Polonicas Legationes alia Romæ perfunctus ad Paulum Tertium Pontificem, ad Franciſcum Galliæ Regem cum mandatis profectus eſt. Inde ſtatim ad Henricum VIII. Regem Anglorum in Britanniam usque ſeceſſit. Hinc reverſus cum aliis Regis ſui Oratoribus ad Ferdinandum Regem Romanorum Viennam eſt miſſus.

Ea Legatione non ſatis ex voto Regibus ſubſecuta, atque etiam ipſo Joanne Rege e vivis ſublato ab Iſabella Regina ad Sigismundi Auguſti Regis Poloniæ Fratris ſui nuptias mittitur dato mandato, ut peractis nuptiis iis Ferdinandum Regem Pragæ adeat.

Legationis ſumma ea fuit, ut oblatis Regi Tranſylvania, Lippa, & Temesvário aliisque Regni Hungariæ Provinciis, quas ipſa tunc poſſidebat, viciſ-

ſim ea ſibi poſtularet reſtituenda, quæ Joannis filii ſui Patrimonii eſſent. His uti mandata erant, rite peractis & a Rege honorifice tractatus, atque etiam convivio exceptus iterum in Tranſylvaniam revertitur, nec tamen deſtitit quin adhuc ſemel ad Sigismundum Patrem, & iterum ad Sigismundum Auguſtum ejus filium in Poloniam Orator proficiſceretur. Denium verſis omni ex parte rebus Regni illius in deterius, viſaque Reginæ ejusque filii, atque eorum, qui tunc rerum potiebantur confuſione, licentiam ſibi abeundi a Regina Primatibusque petiit quam cum ægre obtinuiſſet, non ſine ſcitu Reginæ ad partes Regis Ferdinandi conceſſit. A quo perbenigne exceptus (utpote cujus virtutem prudentiamque ante cognitam habebat) ſatis etiam liberaliter pro præſenti ſuo ſtatu minoribus quibusdam dignitatibus Eccleſiaſticis honoratus eſt, quoad tribus circiter autumnis elapſis primum ad Alypaſſam Budam cum mandatis miſſus eſt. Nec multo poſt quinque Eccleſienſis Pontifex creatus, & inter Regios Conſiliarios aſſertus, ſtatim orator in Turciam cum Franciſco Zay poſt memorabilem illam Agrienſem obſidionem pro pace impetranda delegatus. Magni ea Legatio momenti fuit, nam & apud Barbaros agebatur, & eos quidem tot victoriis triumphisque nuper reportatis inſultantes, divino tamen beneficio peragrata late Cappadocia, cæterisque aliquot Aſiæ minoris Provinciis, quo Turcarum imperatorem contra Perſas proficiſcentem ſubſecutus fuerat, quinto demum Anno pace exorata Viennam rediit. Pro quibus laboribus ſtatim poſtea a Ferdinando & Maximiliano Regibus, priore Epiſcopatu Georgio Draſcovitio renunciato, ipſe Agrienſem obtinuit Poſt decimum inde annum frequentatis iterum Conſiliis aliisque publicis mune-

muneribus mortuo Ferdinando potitoque rerum Maximiliano ejus filio, iterum cum Christophoro Teuffenpach ad Selimum II. Turcarum Principem pro fœdere stabiliendo mittitur. In quo peculiare accidit, ut duorum Imperatorum Christianorum scilicet patris & filii, ad duos itidem Turcarum Principes patrem & filium Legationibus fungeretur. His Legationibus per quadraginta circiter Annos exercitus, tandem Strigoniensi insignitus Archi Episcopatu, quæ summa post Regium Fastigium in Hungaria dignitas est. Nec immerito certe, ut qui non alienis adjutus adminiculis, sed propria virtute, licet diu reluctante fortuna, ad id culminis evaserat, quod tamen brevi etiam superasset, nisi vitæ arctiores quam virtutis essent limites, nihilominus tamen tertio abinde anno adhuc ei unus, ac post hanc secundus dignitate Magistratus datus est, quem isthic Regis Locumtenentem appellant, ea dignitas, ut etiam vocabulum indicat, absente Rege ejus vices gerit, in aliis quidem negotiis parcius, sed in judiciis, appellationibusque summam authoritatem exercet.

Eodem ipso Anno Rudolphum Principem omnium Hungariæ Statuum nomine gratulatoria oratione Posonii in ipso Danubii littore excipit, atque etiam tamquam alter Samuel in Regem Hungarorum, magno omnium applausu inungit. Nec multo post Eperjesium ad judicia celebranda de Officio profectus, & a Gregorio XIII. Pontifice maximo in amplissimum Romanæ Reipublicæ Cardinalium collegium Maximiliano Imperatore & Rudolpho Rege postulantibus ascitus. Cujus rei nuntius dum cum litteris humanissime scriptis, cumque capitis integumento purpureo in dies expectaretur, omnium mærore in ipsis Reipublicæ laboribus bonus senex diem

ſuum clauſit. Is fuit Annus Domini 1573. dies XV. Junii. Cadaver ejus Tyrnaviam honorifice devectum in Divi Nicolai Templo conditum eſt, ſpiritus Deo vivit. Multas in eum virum natura dotes contulerat.

Nam quoad corporis habitudinem ſtatura imprimis procera, nec indecenti erat facie, cum quadam dignitate liberali naſo oblongo, barba usque ad umbilicum promiſſa, capillis canis mediam aurem decenter contegentibus toto corpore gracili, ſed quod tantis laboribus ſufferendis vix aptius deſiderari poſſet, adeo ut in extrema etiam ſenectute magis ſe videri ſenem quam ſentire, dicere ſolitus fuerit. Quid vero de ejus præclaris animi virtutibus referam? fuit certe in eo inſignis quædam maximarum rerum prudentia, quam longo quidem uſu, magnis per totam vitam laboribus, multiplicibus Legationibus maximorum ſui temporis Principum, magno etiam ſuo cum honore dignitateque perfunctis comparaverat. Cujus parva quædam Indicia oſtendere, fortaſſe non erit ſupervacaneum. Cum autem Maximilianus poſt obitum Divi Ferdinandi Imperator eſſet declaratus majorique deſiderio, quam viribus de bello Turcis indicendo conſultum fuiſſet pene is ſolus fuit, qui niſi majori Principum Chriſtianorum conſenſu, & auxiliis tantum hoſtem nequaquam eſſe laceſſendum cenſuit, verum majore parte in contrariam ſententiam eunte, quam male conſultum fuerit, ipſe eventus demonſtravit.

Idem cum nuper Veneti Belli Duces Turcicam claſſem profligaſſent, magnamque fere omnes ſpem de Turcarum Potentia funditus evertenda concepiſſent, ridendam eorum hominum opinionem eſſe dicebat, qui una vel altera clade, maritima præſer-

tim

tim id fieri posse existimaverant verum illud etiam oportere, imo in eo totius rei, rite perficiendæ colophonem pendere, ut terrestri, eoque validissimo aggrediatur exercitu.

Sed hæc de his sufficiant, qua vero erga omnes pietate, munificentiaque fuerit, non solum Hungariæ, sed & aliis Provinciis cognitum fuit. Omnes suscipiebat, omnibus largiebatur, omnium animos sua liberalitate etiam invidorum perstringebat. Nec quicquam minus, quam pecuniæ studebat. Nec solum minorum, sed & æqnalium, & Principum animos hoc genere officii devinciebat. Inter quæ hoc unum silentio haud esse prætereundum existimo, quod cum in exolvendis publicis militibus ex proprio ære triginta circiter millia florenorum Hungaricorum erogasset, eadem, qua insumpserat munificentia totum hoc debitum uno verbo sponte Imperatori divo Ferdinando condonavit. Nec minor certe in eo animi fortitudo vigebat, cujus præclarum specimen in ipso adhuc ætatis flore sub Joanne Statilio avunculo suo abunde demonstravit. Nam cum una cum fratre suo Michaele rudioribus adhuc ætatis annis apud eum ageret, ipso quidem Michaele propter immanem quamdam avunculi asperitatem haud perdurante, jugumque excutiente hic adeo animum suum contra omnes ejus procellas (tamquam jam præscius, quantis inposterum etiam fatis exercendus esset) obfirmaverat, ut vel ipse Statilius ejus se tollerantia victum esse fateretur. Neque tamen ab incepta feritate destitit, nam ut omittam, quibus eum modis in ætate adhuc Juniori vexaverit (hoc enim quodammodo propter Gentis Hungaricæ plusquam servilem ingenuorum adolescentum educationem excusari posset) ne viro quidem ei, & Regis

jam Secretario, atque oratori pepercit neque unquam honeſtis eum vocabulis, ſed potius duris, & ad ignominiam tendentibus alloqui dignatus fuit. Cumque Regis, ceterorumque optimatum judicio dignus jam exiſtimatus fuiſſet, & Epiſcopatu, & eorum in conſiliis Conſeſſu non erubuit aperte profiteri Statilius, malle ſe loco ſuo cedere quam iisdem in ſubſelliis ſecum eum ſedentem conſpicere, ſignum certe non parvæ iracundiæ, quæ tamen omnia magno ſemper animo Antonius pertulit, majoremque erga ſe omnium gratiam, benevolentiamque aquirebat. Sed nec ad exteras ejus fortunas parum hæc animi firmitas momenti contulit; cum enim clarorum virorum felicibus ſucceſſibus, invidiæ æmulorum, & temporum viciſſitudines plerumque ſe opponere ſoleant, tamen ſcite ſua mansvetudine malevolorum animos compreſſit eorumque, quam etiam temporis injurias ſua perſeverantia, longanimitateque ſuperavit. Quo etiam nomine Principibus ſuis maxime charus fuit.

Jam vero ſi reliquos mores inſpicias adeo omnibus affabilis, adeo jucundus fuit, ut omnium animos ſvavitate ſermonis demulceret, adeo mansvetus ac humilis, ut quamvis in maximis dignitatibus conſtitutus magis ſe ab omnibus amari, quam vel timeri concupiverit, adeo vita ac moribus honeſtis, ut nullius voluptatis inhoneſtæ vel ſpecimen de ſe aliquando præbuerit, adeo in mandatis Principum ſuorum diligens exequendis, ut numinis ritu eos colere videretur, adeo denique in ſubditos ſuos clemens, ut in dignitatum permutationibus maximum ubique ſui deſiderium reliquerit, quapropter non immerito a tot dignitatibus ſuperſtes dignus habitus

fuit,

fuit, ut post mortem etiam Beatorum consortio DEI benignitate adnumerari meruerit.

XXIX.

Obsidio Sisciensis Domini Micatii.

Anno Domini 1592. Aprilis decima secunda Hasszanpassa Bosnensis, ut in Slavonia limites Cæsaris Turcarum, occupata tota fere Croatia, dilataret, fixis contra Castellum Brezt prope Sisciam Urbem quondam fortissimam, castris, puta ad ostium rivi Petrinæ sinuose in Kolapim labentis, Castrum ex roboribus quercinis amplum & quadrangulare, quinque turribus, ac duabus portis ornatum loco natura munitissimo, addito deforis a parte meridionali, & orientali humili fostato (quo urgente necessitate rivum ad Circumfluendum castrum exciret) abintus vero terreo vallo octo cubitorum alto quatuor vero lato trium hebdomadarum spatio erexit, spectantibus ex opposito in castris e contra nostris Sclavoniæ Proceribus, ac Carolstadiensium, Caproncensium Generalibus, ceterorumque Capitaneorum, ac militum Germanorum cohortibus, nemine quamvis optima habita occasione stratoque nostro ponte, temeritati hostili ex tam frequenti nostrorum numero obstante, peractoque secunda Mai instituto opere priusquam loco pedem moveret solemnes ritu suo præmittit cæremoniis puta Castelli terna vice per dextrum circuitionem, tympanorum tubicinumque extremos clangores Tormentorum, ac Sclopetorum ingentes sonitus, singulare denique rarumque Zinganorum modulamen, quibus omnibus in signum perfecti

fecti laboris, ac lætitiæ continuis tribus horis ante vesperum usus est.

Sequenti vero die ante lucem in vertice alti montis Civitatis Hrasztovicensis, quam paulo antea deditione acceperat extendens papiliones, tentoriaque numerosa expandens, stupori, ac obprobrio nostris apparuit, adeo, ut quem toto laborum suorum tempore nostri quotidie ex quibusdam colliculis, & dumetis Urujt dictis competenter eminentibus spectatum ibant, ille ut ex eminentiori loco, tamquam triumphator & castra nostrorum specularetur, & diversa consilia, animosque discordes eluderet, supinam denique negligentiam obprobrosa hujusmodi ac ad pudendum incitabili apparatione taxaret sequenti nocte pedem domum refert firmatis Petrinia, Hrasztovicza & Gora competenti præsidio, nostris vero post suum secessum quinto die castra solventibus non levem dedecoris notam relinquens, suis autem sævere injungens ut intra unius mensis spatium (donec sub Bihegium copias ducat, eamque in potestatem accipiat) totis viribus insuspensi esse velint, Palis in Colapim grandibus actis, tignis conjunctis, trabibusque injectis pontem viriliter sternere curent, neque quicquam sub prætacta pæna, quod ad suum reditum usque desiderari debeat, prætermittant, Julii 16. sicuti nulla mora est habita, donec pons nostris secundo in castra infeliciter côactis, ac turpiter spectantibus rite perficeretur, de cujus perfectione dum ociissime certior in Krupa redderetur, tota qua potuit celeritate somno ciboque parcens advolat; nihil magis cupiens, quam ut transito ponte Banum cum suis exiguis copiis adoriatur reliquasque cum illo Stiriacas copias sane conspicuas beneque instructas, neque eo tamen loci

(cum

(cum ignoto unquam prius probato hoste) rei belligerendæ ignaras aperto marte hasta ferroque deleat, atque vix bis terve ad faciem 19. Julii facta pugna sat gravi castra pars hostium a tergo valido cum impetu multis oscitantibus invadit, Banumque cum suis, Germanisque potioribus fugat, alios cœdit, mactat, prædam opimam rapit, magnam scilicet vim pecuniæ auri & argenti, commeatus tormentorum armorumque fulgentium usurpans.

Quo facinore elatus mox Castella pagos loca excubiarum ad Castrum usque Sisciense extremo modo horribili igne die, nocteque triduo vastat plebeorum amplius quam duo millia, capit oppidum Siscinienſe cum tota possessione quamvis amplissima, & omni genere alimenti fertili in favillas redigit, nihil penitus remittens quo minus Castro Siscienſi tum igne, tum obsidione ultimum moliatur excidium, ac ut id facilius exequi possit, cunctis horis insultat equitibus admixto pedite præmissis, in porta exteriori militiam provocat & expetit, metum ni in publicum prodeatur, incutit, ac ni castrum tradatur extrema quæque minatur, at cum militum castri animos minus territos animadverteret, se vero suosque ob negatam pugnam ludibrio exponi, tandem gravi facta comminatione facit obsidionem, castrumque præter triduanam circumquaque per ignem populationem, fortiter quinque continuis diebus tormentis (proh dolor! quæ pridie occuparat) nostris a parte meridionali ex quodam colliculo, damnose turres, cum inter mediis domibus quatit, latusque muri inter duas turres penes Colapim ducti, graviter labefactat, ab oriente ultra savum facto fossato ad ripam, aquationem prohibet, a Septemtrione vero multitudine peditum clam fossatum contra piscinam ca-

stri-

ſtrique portam ad locanda valla tormentaque nocturno tempore ſubducenda, magno cum ſilentio duabus noctibus cum intermedio die exigere tentat.

Verumtamen Dei optimi maximi ope, hoſtis dolo excubatorum Caſtri vigilantia cognito Præfectisque patefacto, quorum conſilio tantisper dilatum, & connixum, donec militum animi cognoſcerentur ac conſtantia firmarentur, qua firmata, ac prima luce noctis ſecundæ ad invadendum hoſtem clam inſtituta, & edicta, adeo ferventi animo a paucis militibus ingenti clamore edito (is enim in inopinantem excitatus plurimum rem hoſtis confundit) invaſi ut in ipſo foſſato (quod pluribus in ſepulchrum ceſſit) ſanguinem pluviis admiſtum calcarent, hoſtemque madidum (pluerat enim leniter tota fere nocte) ſic oppreſſum cruorem in foſſato libare cogerent, reliquos una cum Hruſtan Bego foſſati Præfecto in turpem fugam ad tentoria usque converterent; fixerat enim hoſtis in Inſula contra portam quatuor ingentia tentoria cum aureis ſignis in quibus Præſidium equitum ad defendendos foſſati pedites latuerat, peditibus percuſſis & diſcuſſis, metuque hac fortuna equitibus incuſſo mox tentoriis plus ruptis, quam ſolutis pedeſter ſimul cum equite tanta velocitate ad pontem, quem latenter in combuſto Siſcinienſi oppido ſtraverant contendit, ut vix fugientes hoſtiles turmas ſuſtinuerit, quem poſtquam tranſiiſſent, ſine ulla cunctatione rumpunt, atque ſolvunt, equitesque per abditas convalles ne noſtris globis ferirentur, partiuntur. Ægre admodum diem infauſtum tranſigentes prius nocturnam fugam, quam ſextæ diei lucem expectantes obſidionem gravi cum murmure, comminatione, ac turpi in Præfectos invectione ſolvunt, amiſſis plurimis inſignibus viris

ac in loco obſidionis 75. inventis mortuis, noſtris vero tota hæc tragædia ob Chriſtianæ Reipublicæ defenſionem, ac fidem ſuſcepta non niſi tribus in Caſtro trajectis iisque Deo dicatis.

Reliqua ut proditoris divina ope tempeſtva interceptio, ejusque cæna morte ſoluta, item Turcæ cujusdam, qui Apardi Begi intimus fuerat adaquatio, miſſus enim fuerat nomine ſtulti, ut caſtrum ſcrutaretur ſimul & militum caſtri numerum cognoſceret, literarum quoque ſcriptiones territamentis, & comminationibus plenæ, quæ omnia cum aliis privatis actibus ſtudio omittuntur, 29. July. ſufficereque rem geſtam, vere perſcribere. Soluta itaque obſidione facit poteſtatem ſuis ut & ſe, & equos aliquantisper quieti donent, ſpolia partiantur, donec Turropolenſis populationis tempus commodum indiceret.

XXX.

Electi Epiſcopi Sirmienſis Epiſtola, qua expugnationem Sciſcii per Turcas factam deſcribit.

Generoſo ac Egregio Domino Fauſto Verantio S. C. Regiæque Majeſtatis ſecretario &c. D. & Amico mihi obſervandiſſimo Viennæ.

Generoſe ac Egregie D. & A. mihi obſervandiſſime ſalute, & ſervitii mei commendatione præmiſſa.

Salvus quidem, atque incolumis gratia Dei huc domum appuli; verum tamen omnia ingenti metu, & hoſtili terrore percul'a inveni. Poſtquam enim noſtri ab obſidione fatalis caſtri Petriniæ re infecta,

ne-

nemine persequente turpissime fugerunt, ac ad propria dilapsi sunt, illico hostis animadversa nostrorum fuga infelix Sciscium gravissima obsidione cingit, aggeres in ulteriori colapis ripa e regione Castri Sissek summa cum celeritate excitat, bellica admovet tormenta, nova arcis moenia, ante meum reditum a fratribus egregie restaurata diruit, propugnacula concutit, pontem in Colapi e regione Ecclesiæ, quæ fuit in Oppido, citissime parat, exercitum in Insulam t ajicit, irruit, impetit, ac acerrime oppugnat. Castri moenia nonnisi 50. Germani, & totidem Capituli homines, quibus præerant duo Canonici, Andreas Fabritius, & Caspar Granya, fortissime defendebant. Nam illi Haramiæ, qui a DD. Styriacis in antemurali pro præsidis collacati fuerant, viso hostis adventu omnes relictis stationibus diffugerant. Nostri cum frustra petita exspectarent subsidia, & neque etiam ulterius tantæ hostium vi & potentiæ resistere possent, sexto oppugnationis die colloqui se cum hoste velle dicunt. Facta potestate petunt inducias deliberandi, num castrum illi tradere debeant, ut vel sic tempus extrahant, donec & ea, quæ ad ulteriorem defensionem necessaria fore videbantur, appararent, & a nostris fortassis aliqua submitterentur auxilia. Turca tamquam Victor eo magis nostris insultare, nunc minis, nunc speciosis promissis ad deditionem sollicitare Hraztovicensem Agham pro obside obtrudere, donec a Beghlerbegho & Passa fidei faciendæ causa literæ adferrentur, tum errare nostros dicit, si tantæ Imperatoris Turcarum potentiæ posse resistere putarent, aut si quidquam ab his præsidii sperarent, qui suis rebus diffidant, se se tamen scire hoc, quod copiæ nostræ perfugissent, ac ad propria dilapsæ sint. Licere

cere illis incolumibus castro excedere, & in quascunque partes velint, sine metu proficisci. Allatis a Beghlerbegho fidei literis hostes accurrunt, deditionem sollicitant. Tunc nostri in confertissimum hostem simul universa bellica tormenta, quæ partim globis, partim cathenis ferreis ac plumbeis frustis impleverant, explodunt adeo, ut pedem referre sit coactus. Hostis visa suorum ingenti strage nimium exacerbatus vires recolligit, oppugnationem denuo instituit, castrum circumdat, scalas admovet, aditum rimatur, clypeosque ad tela sinistra protectus objicit, prensat fastigia dextris. Nostri e contra se se strenue defendere, pro moeniis pugnare, pulveres, ignem & saxa demittere, alii sclopetis, alii strictis ensibus & omni genere telorum hostem impetere certabant. Multitudine tandem ac potentia hostium fracti, vulneribus confossi, inquiete enervati ruunt amentes haud dubiam in mortem. Andreas Fabricius Canonicus, & circiter 20. alii vivi capiuntur, Caspar vero Granya ejus collega cum aliis fati sociis fortiter pro fide Christiana, & amore dulcissimæ Patriæ digladiando, capite truncatus ibi interiit. Nunc Beghlerbeghus castrum reficit, ac ex lignis & luto communit. Et jam e regione ejus ultra Colapim, ubi est illa turris lapidea, propugnaculum triangulare erexit; illinc, veluti e specula quadam arcis moenia tutaturus. Novigrad in portu Savi castrum D. Bani combussit. Nobis autem obsidionem, aut Regni devastationem, & ultimum excidium, nisi se se dediderimus, minatur. Pauci Pedites Germani ædes, hortos, ac vineas nostras custodiunt, adeo metu perculsi, ut potius fugam, quam defensam moliantur. Alia nulla habemus Præsidia D. Echenperger est hic: Generalis Carlostadien-

diensis & Sclavoniæ in suis Stationibus, qui summis simultatibus de dignitate contendunt. Interea ex eorum discordia periit Sciscium vix unquam racuperandum, peribunt & aliæ Regni reliquiæ, pereant & illi. Misera plebs adeo est consternata, ut maledicat diei nativitatis suæ, sedes mutare, reculas circumferre, charissima pignora liberos circumducere cogitur non sine summo ejulatu & lacrymis, sed quo se recipiat, nescit

Quis talia fando temperet a lachrymis!

Certe nisi quam citissime plura huc submittantur auxilia, & unum præficiatur caput, quod cetera membra reverebuntur ac metuent, actum erit brevi non solum de nobis, verum etiam de aliis vicinis provinciis. Dux nobis & Author opus est. Ulricus Scherloghus domum discesserit, optima nobis daretur occasio reoccupandi Sciscium antequam bene communiatur pariter & Petriniam expugnandi. Sed proh dolor! sumus testudine tardiores. Hæc sunt, quæ de statu dulcissimæ Patriæ jamjam perituræ V. D. significanda esse duxi. Valeat felicissime.

Datum Zagrabiæ 6. die Mensis Sept. A. D. 1593.

Ejusdem Vestræ Gen. ac Egr. Do.

deditissimus servus & Amicus Electus Sirmiensis.

XXXI.

XXXI.

Fragmentum Autoris coævi, Ephemerides Anni 1593. *consignantis.*

1593. Eztendöbéli hól mi Dolgok.

19. Januarii 1593. Rácz Péter in Moldaviam ad Vely Agram missus.
14. Februarii nuptiæ Stephani Josika cum Relicta Pauli Gyulay.
24. Febr. nuptiæ Wolfgangi Kovacioczy Cancellarii cum filia Christina Alexandri Kendy. Princeps Sigismundus arce Görgin Kovachoczium Cancellarium donavit.
25. Martii Memhet Ciauz discessit.
2. Aprilis tormentum ingens *Lupus* fusum est.
6. Aprilis Georgius Ramazdy ad Portam missus.
10. Aprilis Legatus Magni Ducis Florentiæ illustris Cavallicio Matthæus Bottifioreno intravit Albam.
11. Aprilis habuit audientiam.
20. Aprilis discessit.
23. Aprilis Comitia Partialia Albæ.
1. Maji Creati Consiliarii Georgius Vas, & Pancratius Sennyey.
5. Maji Razman Aga Legatus Moldavus venit.
6. Maji Georgius Lenthyes obiit.
21. Maji nocte præcedente Lenthyes Györgyné obiit.
26. Maji Ciausius venit, sed falsus.
11. Junii Alexander Sombori ex Italia rediit Albam.
13. Junii Princeps rediit ex peregrinatione Polonica.

22. Junii Hassan Bassa Bosnensis ad Sissekum profligatur.
2. Julii Marton Banyay Deak ad Portam missus.
30. Julii Memhet Cyauz ex Porta venit.
6. Augusti Marcus Benkner in Poloniam missus.
8. Augusti Conventus secretus, & Consultationes de Turcæ Postulatis per Memhet Chyauz, Gergel Chyauz.
16. Augusti Nagy Janos, & Andreas Erdöhegy ad Portam missi.
25. Augusti Ramazdy György rediit ex Porta cum Czaffer Bego a Sinane Bassa misso ex Castris.
13. Septembris D. Sennyey ad Sinan Bassam, & Stephanus Kakas in Angliam.
3. Octobris Colosvarinum cum Copiis pervenimus.
7. Octobris D. Stephanus Batori Generalis creatus.
13. Octobris D. Generalis cum Copiis egressus.
16. Octobris Czegödi Mihály cum tributo ad Sinan Bassam missus.
5. Novembris D. Generalis cum exercitu rediit.

XXXII.

XXXII.

DIARIUM

Conventus Regnicolarum Posonium Anno 1608. *in Mensem Januarium auctoritate Regia indicti, ac dein interrupti.*

per

Albegatum Civitatis Sopronienſis a die 9. *Januarii ad diem* 3. *Februarii deductum.*

In Nomine Domini die 9. Januarii conſilio & ſuffragiis ſenatus ego, & Dominus Barthelemi Poſonium ad Diætam ablegati eramus.

Altera die ad Latosfontes pernoctavimus, ſequenti die vertigines & tempeſtates veſperi Poſonium venimus.

Die 11. de hoſpitio ſolliciti fuimus, tandem in Ædibus Magiſtri Civium manſimus.

Die 12. Poſt matutinas Preces omnes Status, & Ordines, qui pro tempore aderant, ad Palatium Archi-Epiſcopi vocati comparuerunt, ubi pauci quidem adhuc aderant. Hos tamen, qui convenerunt, Magnificus Georgius Turzo nomine Archi-Epiſcopi hiſce verbis hungarico idiomate alloquutus eſt. Illuſtriſſimus Cardinalis mihi nunciavit, ut Statibus, & Ordinibus deſiderium, & benignam Suæ Serenitatis Domini noſtri Clementiſſimi voluntatem proponam, & quidem Sua Serenitas Dominus noſter Clementiſſimus benigne præcepit, quod Dominationes Veſtræ ad inſtantiam & requiſitionem ſuæ Serenitatis tam prompte

comparuerint, & parati ſint de iis deliberare, quæ tam ad publicam, quam privatam ſalutem ſpectant; & quia Sua Cæſarea atque Regia Majeſtas ſingulari affectione prædilectum fratrem ſuum Sereniſſimum Principem Matthiam cum Plenipotentia ablegavit; quare autem Sua Serenitas ad præſcriptum terminum non venerit, Pontium deſtructio remoram, & repagulum injecerunt una cum tempeſtate adverſa, certo tamen certius ad futurum diem lunæ adfuturam noverint, ſtatus atque ordines pro certo, & oſtendit credentionales Suæ Serenitatis Dominus Turſo, quibus perlectis, & eidem reſtitutis Cardinalis admonuit, ut ſiqui noverint prope quosdam ex Statibus adeſſe, illos certiores reddant per Litteras, ut quam citiſſime advolent. Nos tandem cum comitiva Dominum Perſonalem convenimus, illumque his alloquuti eramus: Magnifice Domine! Sempronienſis Magiſtratus omnia fauſta & felicia precatur, & optat, ut in præſenti Diæta omnia feliciter ineant, & lætioribus auſpiciis procedant, lætiſſimisque exeant, quo cuncta ad Divinæ Majeſtatis Gloriam, & Patriæ ſalutem cedant. Et quia Sua Serenitas nomine Cæſareæ, atque Regiæ Majeſtatis Senatum ad præſentem Diætam citavit, ideo ea, qua par eſt obſervantia, & obedientia comparuit, Magiſtratui jam conſtat, ad quæ parati ſimus.

Die 13. Convivio nos Magiſter Poſtarum Pompeius de Paar excepit.

Die 14. Cum hoſpite hebdomadatim contraximus, ita, ut pro tribus perſonis, excepto vino, pro cibo, conclavi, ſive habitatione, & lignis cum lectis

lectis pro septimana deponeremus illi 10. Talleros, illiqui e vestigio deposui sex Talleros. Primus autem dies, quo in convictu fuimus erat dies 12. Januarii dies Sabathi, die nempe 14: Reverendissimus Napragy Reverendum Lontos Janus ad nos ablegavit, pro mutuo ducentorum florenorum, siquidem scripsit, quod senatus velit vina decimalia a Reverendissimo emere, ad quæ ego: Ego pro mea Persona nihil mecum habeo, neque cum Civibus Posoniensibus mihi notitia singularis intercessit, ut inde peterem. Pro expensis vero ad iter 30. duntaxat nobis Talleros conventus dedit. Ideo consultius erit, ut Reverendissimus senatui hac de re scribat, qui si voluerit vina emere, ad requisitionem forsan Reverendissimi præoptatum dabit responsum. Eodem Senatus Posoniensis per preconem & signo dato pronunciavit Civibus inibi Serenissimum Principem venturum, quapropter, ut ad demonstrandam debitam obedientiam illi ea, qua decet reverentia obviam eatur, lustrationem instituerunt tempore pomeridiano, in qua duo per inanimadvertentiam pulvere tormentario manus, pedesque læserunt, unus e vestigio sclopeto proprio periit.

Die 15. Januarii, hora secunda Sua Serenitas ad littus appulit, cui Ordines, & Status obviam iverunt, & inprimis Napragy Episcopus Jaurinensis, qui etiam nomine Strigoniensis, & Cardinalis, in cujus etiam curru satis splendide se omnibus exhibuit Suam Serenitatem excepit, aderant inprimis in ea ex Magnatibus Dominus Magnificus Turso, Revay, Kolonitsch,

nus &c. qui cum Comitiva ad Arcem præcesserunt, unde etiam Sua Serenitas Tormentorum applausu satis magno, & heroico excepta erat, quemadmodum etiam Cives Posonienses satis numeroso ordine Civium, & Machinarum tonitru parati erant, Suamque Serenitatem exceperunt, quibus Sua Serenitas benignas præbuit aures, & expedite respondit, omnia autem in hoc introitu lætis auspiciis processerunt, faxit Deus Pacis autor, ut lætioribus omnia procedant, lætissimisque ad Gloriam Divinæ Majestatis, & Patriæ salusem exeant.

Die 16. Summo mane post preces matutinas, me ad Spectabilem & Magnificum Dominum Georgium Turso contuli, cui nomine senatus Semproniensis omnia fausta, & felicia nuntiavi præmissis servitiis, petiique consilium, & omni meliori modo, & studio commendavi Rempublicam nostram. Præfatus Dominus Turso vicissim precabatur pro hoc novo anno Senatui, & mihi singulari affectione, & humanitate cuncta bona, & svasit, ut neutiquam nos a Regno Hungariæ, aut ejus Partibus divellendos, quin potius in hoc apud Proceres Regni, & Magnates incumbamus, quo nos tamquam membrum Hungariæ, & unam ex Liberis Civitatibus Hungariæ, inter reliquos Status, & Ordines tueri, & defendere quo nostris Privilegiis gaudere possimus, dignentur, apud Suam Serenitatem etiam instent, & nostras partes tueri velint, secundum etiam factam conclusio nem Viennensem, a qua Status, & Ordines nulla ratione recedere velint. Pro hoc paterno Consilio gratias egi, & porro, ut futura

mala

mala a Civitate noſtra declinet inſtiti. Tandem ad Arcem nos contulimus, ubi me Secretarius Schrötel humaniter excepit, ſimiliter Dominus Prainer, quam benevolentiam indignus, magni feci. NB. quæ de Archiepiſcopo Forgách percepimus. Tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant: Eodem venit Ilézhazy cum magna ſatis comitiva, pro hoſpitio habuit proprias ædes. In itinere, ut ex relatione aliorum percepi usque ad ſuburbia plus minus trecentos equites cum tribus Banderiis habuit. Ipſe in traha cum allis in maximo numero fuit, Hajdones ad propriam corporis cuſtodiam ſecum retinuit fere quinquaginta.

Die 17. Præſtolabantur Propoſitiones, eoque fine Magnates, & Status, Ordinesque aſcenderunt arcem, verum diſtulerunt Nationem, quod omnes delegati ex ſtatu tum Eccleſiaſtico, quam ſeculari ex Auſtria & aliunde, omnesque Conſiliarii Germani in Palatio cum reliquis Miniſtris manſerunt, Magnates vero, & Proceres præcipui, qui a Conſiliis ſunt Suæ Majeſtati cum Sua Serenitate Conſilium remotis Germanis habuerunt ad 12. fere horam. Aderat & Ilezházy, Cardinalis vero domi manſit. Eodem venit Magiſter Civium cum duobus vaſis vini Semproniensis, unum præſentavit Epiſcopo Jaurienſi Napragy, alterum D. Barthelmi Domino Perſonali, Napragy me ad Cœnam ſecum retinuit, ubi aderant duo Jeſuitæ, unus Pasman, alter Romanus, tota autem Tabula erat referta Diſputationibus, & omnia illorum tela mihi cum jactura qualiquali infigere conabantur, quibus tamen eadem retorſi. Oratioque

que ſatis elegans habita fuit, a ſtudioſo quodam, quam Pasman, ut crediderim, confecit. Senſus autem, & argumentum erat præcipuum, ut Epiſcopus curatelam & Patrocinium Eccleſiaſticarum perſonarum in ſe recipiat, eosque benigne in præſenti Diæta defendat. Quæ mecum habuit Jaurienſis maneant ſepulta. Monſieur Tyli diu contulit cum Epiſcopo, & pro conſilio in cauſa Regnicolarum, & jurium, aliorumque inſtitit.

Dies 18. Conſiliis conſumptus eſt: quemadmodum etiam dies 19. quo pro certo habuerunt Regnicolæ, quod Propoſitiones proponentur; eodem comparuit Thomas Nádasdy, & Chriſtophorus Hagymáſi in arce inter reliquos Regnicolas. Quod obiter ex Relatione aliorum percepi. 54. 5. 82. 561. 23. 51. 85. 4. 1. 852. ſint ſepupulta. Deus author Pacis regat omnium animos, & Conſilia, quo cedant ad honorem Dei & conſervationem Patriæ.

Die 20. Sua Serenitas publice habuit Tabulam in arce, ubi tam Germani, quam Hungari Proceres præſentes erant in maximo numero, in Concione Auguſtanæ Confeſſionis etiam præcipui ex Hungaris, & multi ex Germanis præſentes fuere. Quod ex Judice percepi Partingero de. Cætera tranſeant cum reliquis erroribus Canoniſtarum. 12. 3456. 123456789. 123456789.

Die 21. Januarii octava hora omnes Status atque Ordines Regni ad arcem convenerunt: Ubi Miſſa celebrabatur, & Regius concentus erat. Finitis his Status atque Ordines in maximo numero ſe ad Conclave, ſive Palatium magnum con-

contulerunt, quo sua Serenitas quoque cum maxima comitiva venit, & talibus Regnicolas alloquutus erat. Sensus verborum: Gratulor, quod ad nostram requisitionem benignam Status atque Ordines tam promptè ad tuendam Patriæ salutem huc convenerint. Et noverint, quæ pro eorum salute perpessus sim, quique eo fine subinde laboraverim, ut motus illi, & disturbia, intestinaque Bella compescantur, & ad tranquillum statum redigantur, quo etiam Regnum hoc vestrum divina Gratia deduxerimus; cum autem denuo præter omnem spem Dissensiones, & Tumultus exorti sint, & verendum sit, nisi optimis remediis obviam eatur ne plus detrimenti Regnum capiat. Ideo Status atque Ordines Propositiones, quas apponendas profero diligenter, & sedulo discutiant, & eo laborent, ut nihil præter Patriæ salutem querant. — Ego quemadmodum hactenus nihil eorum, quæ ad Patriæ salutem spectant, prætermisi, ita porro quoque nihil in me desiderari patiar, & paratus sum pro vestra omnium salute adversa quæque subire. Quæ omnia Napragy hungarico idiomate interpretatus est. Postmodum in Palatio Locumtenentis Archi-Episcopi perlectæ sunt Propositiones, & delegati Nuncii, qui in Mandatis a superioribus Partibus, & Instructione habuerunt, aperuerunt, & ad describendas Propositiones secundam præfixerunt horam nomine Regnicolarum Cardinalis Forgács Suæ Serenitati respondit satis breviter, quem Sua Serenitas satis heroice super fronte intuebatur, & se ad proprium Conclave cum suis contulit. Inde nos quoque ad

ad præfatum Palatium, & tandem hora 11. domum. Deus omnis boni author regat ad Gloriam ſuam, & ſalutem Patriæ omnia Conſilia, & Actiones. Amen!

Die 22. Januarii: Circa ſecundam diei horam in Palatio Locumtenentis in Ædibus, ubi antehac Appellationes revidebantur famulus Perſonalis Præſentiæ Articulos a Sereniſſimo Principe Matthia exhibitos, Notariis, & delegatis Nuntiis, qui tunc temporis inibi aderant, dictavit. Poſtmodum etiam ex ſuperiori parte Hungariæ Delegatorum ſcriptum hungarico Idiomate comprehenſum.

Die 23. Poſt preces omnes Status, & Ordines Regni, excepto Archi-Epiſcopo Forgâcs, Dominus Napragy, & Epiſcopus Tininienſis: in domo Reipublicæ Poſonienſis Grünſtiefel vocitata, convenere, ubi Ilesházy principem præ reliquis Magnatibus, ſecundum vero ab illo Turzo Georgius habuit locum, & quum multi abſentes erant, illos eo citari conſenſu reliquorum Statuum juſſit, qui ut Banus, & reliqui Pálffy, & Erdödy junior, quum ſe excuſaſſent propter prandii horam, quæ inſtabat, renunciarunt Status, & Ordines, ſcient hic magis agere de Republica, quam in prandio, ideo poſtpoſito prandio illico veniant, aut ſi exemptos ſe putarint a Statibus, & Ordinibus aperiant, ad quam Denunciationem omnes ſine mora venerunt. Interim Ilesházy hungarico Idiomate his verbis ad Status atque Ordines: Noverint Status atque Ordines, quantum in his diſturbiis præſtiterim, & Mediator quod fuerim, omnesque motus atque tumultus ad optatum Gra-

Gratia divina pertulerim ſtatum; quia vero Viennenſis Concluſio, quæ omnibus malis finem adduxerat, vel in minima parte hucusque locum non obtinuit, verum in omnibus Clauſuſulis fere lædebatur: ideo demum novi exorti ſunt tumultus, qui adeo jam incrementum ſumpſerunt, ut niſi optimis mediis præveniatur, & quidem tempeſtive, actum erit non modo de noſtro Regno, verum etiam & finitimis Provinciis, quapropter ita unanimi conſenſu conveniamus, & in deliberationem publicam deſcendamus, ut ſalus, & incrementum Regni afflictiſſimi quæratur: Quia vero in novo convenere loco ſupranominato, ideo diu, longeque diſputabatur de loco conventionis idoneo, non enim conſultum putarunt, ut ad Archiepiſcopalem domum conveniat Regnum tanquam ad Locumtenentem, qui citra conſenſum Regnicolarum, & contra Viennenſem Concluſionem Locumtenentis dignitatem adquiſiverit, quia vero Palatinus debet eligi, quo electo Locumtenentis dignitas cedit, ideo ſtatim prima fronte contra propriam Concluſionem ageremus, & noſtras infringeremus Libertates, ſiquidem Sua Cæſerea, atque Regia Majeſtas, eandem Viennenſem Concluſionem, ſicut etiam Sua Serenitas ſigillo, & ſubſcriptione confirmavit, & Sua Serenitas ſuperinde juravit, quod ſancte, & inviolabiliter velit eandem in omnibus Clauſulis ratam, & gratam habere, quemadmodum etiam Sua Serenitas in oblatione Propoſitionum ſuam operam, & Gratiam obtulit. Quare in eam devenerunt ſententiam, & deliberationem, pro loco, quod velint ex Sta-

ti-

tibus atque Ordinibus Regni ad præfatos Epiſcopos, ut puta Archi-Epiſcopos, & reliquos qui in ædibus Archi-Epiſcopi convenerunt, ablegare nuntios rogatum, num quid velint ad noſtrum Statuum & Ordinum conventum convenire, nam eum pro Locumtenente non agnoſcit Renum, delegati itaque cum hac Inſtructione erant Török Iſtván, Megieri, Lonyai Michál ex Comitatibus, Liberisque Civitatibus, qui tandem retulerunt, quod nolint ad reliquos Status, & Ordines venire. Imo Locumtenentiam paratus eſt ad interitum tueri, ſiquidem eadem a legitimo Rege accepit, dum hæc retulerunt, & hinc inde ſermo erat de præſenti negotio, in medium venerunt Dominus Krenperger, & Dominus Schrottl, qui retulerunt ſe a Sereniſſimo Principe eſſe delegatos Nuntios cum tali Inſtructione; Sua Serenitas Dominus noſter Clemenſiſſimus, Statibus & Ordinibus Regni ſuam Gratiam, & Benevolentiam offert, & ad præſentem ſalutarem conventum fauſta & felicia precatur; Porro intellexit Sua Serenitas, quod ſtatim initio quædam diſſenſio inter Status atque Ordines intervenerit, ne illud malum quod hucusque cladem ſatis magnam attulit, huicce Regno majoris mali ſeminaria afferat, hortatur atque monet paterne, velint Status atque Ordines poſtpoſitis hujusmodi Diſputationibus, ad convenientem Diætam differre, & hoc in Gratiam Suæ Serenitatis facere &c. his ita prolatis ſeceſſere ad ſuperius conclave. Interim deliberarunt, tandem advocatis, Deliberationem illis aperuerunt, quæ talis erat. Cæſarea, atque Regia Majeſtas, & Sua Serenitas ſancte,

&

& inviolabiliter sigillo, & subscriptione, prout etiam finitimæ Provinciæ despondent fidem sigillis, & subscriptionibus, qui omnia in superiori parte quoque in manibus habent Viennensem Conclusionem confirmaverunt. In quibus hæc & hæc comprehenduntur, quæ e diametro cum Locumtenente pugnant; Ideo Status & Ordines nolunt Authoritati tam Suæ Majestatis, quam Suæ Serenitatis derogari, imo Easdem Majestates sancte observare, quod non fieret, si statim prima fronte contra propriam Conclusionem vellent venire. Ideo supplicant Status, atque Ordines Sua Serenitas dignetur illos eo admonere, ut ad nos veniant in Deliberationem, quod si factum fuerit, poterunt Status & Ordines tandem, quod optimum erit concludere, Zobor Mihal cum reliquis delegatis ex superioribus Partibus Hungariæ, quod in mandatis habuerunt retulerunt, quod videlicet nolint nec latum ungvem a Conclusione Viennensi discedere, & quod induciæ ad 50. dies sint, ex quibus fere 20. dies jam elapsi sunt: Viennensem autem Conclusionem exhibuerunt, & ostenderunt Status atque Ordines Domino Krenperger, & Domino Schröttl, typis excusam, & Pragæ promulgatam, quam observari omnino postulent. Delegati Nuncii his omnibus exauditis Suæ Serenitati cuncta se velle aperire despondērunt, & quia Status atque Ordines etiam cum illis, e medio Procerum, & Regnicolarum elegerunt quosdam, ut exaudiant, num sic omnia Suæ Serenitati aperuerint e vestigio ad arcem conscenderunt. Interim a Statibus, atque Ordinibus Propositiones perlectæ sunt, ex quibus

sta-

ſtatim deprehenderunt præcipuum eſſe argumentum, qua via in hoc motu etiam tempeſtive obviam bonis modis, & remediis eatur, cum vero hoc dependeat ex confirmatione Viennenſis Concluſionis, primum erit, & præcipuum negotium, ut intereſſatis Provinciis Moravis, Auſtriacis, Sileſiacis, Stiriacis in tempore denuntietur, num velint id, quod deſponderunt ſervare, nec ne, & a Sua Cæſarea Majeſtate, & Sua Serenitate ſimiliter inquirere, quodſi fuerit factum, tutius poterimus ulterius procedere. Interim autem admonuerunt omnes Status, atque Ordines, ut craſtino die hora octava iterum ad præſentem locum tempeſtive conveniant, & pro Patriæ ſalute deliberent.

(Eodem die Domino Georgio Turſo vaſculum vini nomine Reipublicæ præſentavi, quod grato animo accepit, & ſuum in futurum ſtudium deſpondit, modo eum pro viribus requirant.)

Die 23. Omnes Status & Ordines in Præpoſitura Poſonienſi, ubi iam degit Dominus Napragi Epiſcopus Jaurienſis convenere, ubi qui heſterna die convenerunt Eccleſiaſticæ Perſonæ parati aderant, excepto Cardinale, qui delegatos ſuos habuit, & per Epiſcopum Jaurinenſen nuntiavit, ſi opus fuerit ſuffragiis ipſe ſuum in medium perſonaliter proferet, ad hæc Illyésházy ſi pane & vino Hungarico vult vivere ſe Regnicolis adcommodet; interim in Perſona venit ipſe Cardinalis. Tandem diſputationibus, & votis deliberarunt de mediis, & modo obviam procedendi, & deponendi iſtos Tumultus noviter exortos. In genere paucis in contrarium diſſentientibus concluſerunt, quod aliud, & melius

lius medium reperiri non queat, quam ut Sua Cæsarea & Regia Majestas tam Pacem cum Turcis factam, quam cum Hungaris inviolabiliter servet. Nam facta Pace, si eandem cum Turcis observaverimus, ansa Hajdonibus, & occasio præscindetur, & columna, cui insistunt, cessabit. A parte nostra poterimus frænum rejicere, illisque repagulum præferre, cum Hüngaris vero facta Pax si observabitur, cedent Hajdones quoque, & quia confœderatæ Provinciæ fidem interposuerunt, ante omnia Nuntii eo sunt mittendi, cum tali Instructione: illis aperinat præteritorum annorum periculum, cui bonis remediis Gratia Dei adfuerint, & illi quoque pro majori fide, & robore sigillis, & subscriptionibus confirmarunt. Ideo, quia ista omnia non fuerunt observata, isti tumultus sunt exorti, & est practica Turcarum, qui ex omni parte habet militem, hic habeat quoque intestinas discordias, & militem, quorum medio occupabit, nisi tempestive remedium adhibeatur, non modo Ungariam, verum etiam alias Provincias, nam ita superiorum Partium Villas, Pagos, Civitates, & Comitatus Hajdones occuparunt, ut si vellent etiam resistere non audent, quum in sinu proprio foveant hostem. Quæsivit quoque Illiesházi, ex Zobor, & Lonyai delegatis Nuntiis ex superioribus Partibus, numquid velint locum dare, & consentire, Conclusionibus hic factis, & num sit hæc Hajdonum liberorum voluntas, Procerum quoque? ad quæ Zobor Mihál: Proceres Regni superioris Partis Hungariæ, quæ hic a Hajdonibus sunt litteris comprehensa eorum Conclusio, & Voluntas Hajdo-

num

num eſt, quæ vero Regnicolæ pro Bono Publico concluſerint (Pro Plenipotentia) conſentient etiam Partes ſuperiores. Die poſtmodum delegarunt certos Nuntios ad Nuntios Moravos, & confœderatos. Princeps vero Nuntiorum eſt Epiſcopus Tininienſis, & ex Statibus & Ordinibus reliquis quoque Eccleſiaſticæ Perſonæ in omnibus fere nobiſcum conſenſerunt, niſi in Religionis negotio, ubi parce, imo plane piſce magis muti fuerunt. His ita peractis in genere aliam in medium protulerunt quæſtionem: nempe, quia Sua Serenitas jam Gubernatoris Officium in ſe recepit, ita pro hoc paterno affectu parati ſunt etiam Status atque Ordines ad ſanguinis usque effuſionem pro Bono publico penes Suam Serenitatem præſtanda præſtare, Sua vero Serenitas jam nos ſecuros reddat, quod velit nos in noſtris Viennenſibus Concluſionibus conſervare, Turcicam Pacem ad finem perducere, & Oratorem ablegare, interim vero Nuncios tam ad Hajdones, quam Baſſam Budenſem mittere, quod parati ſint ſemel factam Pacem firmiter, & inviolabiliter ſervare. Noſtra Sempronienſium opinio talis erat. Si periculum non eſſet in mora conſultius, & ſalutare foret Regem noſtrum legitimum de his omnibus requirere, & afflictiſſimum ſtatum Reipublicæ aperire, indeque reſponſionem, & remedium præſtolari, quia vero, ut diximus periculum eſſet in mora, ideo invigilandum eſt ad terminum Hajdonibus præſcriptum. Et quia Suæ Serenitati a Cæſarea, atque Regia Majeſtate Plenipotentia eſt data, ideo inſtat, ut quæ tractata, & concluſa Pax eſt, Viennæ eadem cum Tur-

Turcis, & Ungaris ſervetur, nam ſi æquum eſt, ut Magnates nonnulli dicunt; cum Turcis factam Pacem ſemel ex I. g. ratam gratamque haberi, quare non eſſet conſultius, & magis idoneum Hungaris quoque fidem datam ſervare. Petit uero Civitas Semproníenſis, ut Sua Serenitas nos in noſtris Libertatibus, & Privilegiis, prout hucusque, in poſterum quoque conſervare dignetur, & hæc hungarico Idiomate pro viribus Conſilio, & Conſenſu Domini Magiſtri Civium, & D. Collegæ Melch. Berthelemy. Epiſcopus Jaurienſis tandem Convivio D. Ilieshↄázy, Thurſo, Joann. Januſch, Baan Convivio excepit, poſtmodum ſecretario Nagy Mihály cum Perſonali Præſentiæ Litterarum cura ad confœderatos injuncta eſt. Circa ſecundam pomeridianam horam delegati Nuntii apud Nicolaum Turſo convenerunt, utputa Oſtroſits, Epiſcopus Tininienſis, Præpoſitus Tobowsky ex Comitatibus, & Montanis Civitatibus, ego ex liberis Civitatibus; omnes tandem in Ædibus Stanislai Turſo Magnifici &c. Nuntii Commiſſionis negotium ad manus ſumpſerunt. Et Tininienſis retulit, qualiter vellet negotium Commiſſionis proponere propoſito negotio, quæ fuerunt adjicienda, adjecimus, quæ vero delenda, delevimus, & Tininienſis omnia in ſcriptis debuit exhibere, & e veſtigio conſcribere, quæ confœderatis Provinciis eſſent proponenda, ſcriptum tandem Nicolaus Turſo ad D. Iliesházy pro reviſione, & correctura tulit, nos interim delegati Nuntii apud D. Magnificum Stanislaum Turſo pro Cœna rogati, & invitati

ti mansimus, ubi satis cum Episcopis, & Præpositis in Disputationes descendi. Confœderatæ Provinciæ in crastinum diem nobis præfixerunt septimam illos conveniendi horam. Ante septimam vero injunxerunt, ut in Ædibus Magnifici D. Nicolai Turso adsimus omnes.

Die 24. Januarii. Deputati Nuntii, utputa Valentinus Leepes Episcopus Tininiensis, Nicolaus Turso, Ostrosith, ex Comitatibos tam superiorum Partium, quam inferiorum Hungariæ duo, & ex liberis, & Montanis Civitatibus pariformiter duo, cum Instructione Ablegatos ex superiori, & Inferiori Austria a Serenissimo Duce ad Arcem deputatos, convenere, & quia diu, multumque Tininiensem Episcopum præstolabamur, & metuebamus, ne remora quædam illum domi retinuisset Regno hoc aperuimus per duos nuntios, interim vero venit, ita tamen, ut Austriaci bis quæsiverint, num parati sint, illos jam paratos adesse, tandem intromissi ad singulare conclave nobis ab eorum Nuntiis ad Palatium magnum honorifice obviam itum est, tandemque Valentinus Commissionis negotium apte, & prout in Commissis habuit, aperuit, ad quæ Proceres, quorum numero, ut colligere potui obiter 34. erant, per quemdam a Starenberg satis eleganter responderunt postulantes, ut pro majori intelligentia, & ulteriori deliberatione in scriptis exhibeant. Nos tandem, quia non habuimus in Instructione, nil potuimus citra voluntatem & præscitum Regnicolarum in hoc negotio agere, verum quod hæc referemus respondimus. Illi quoque si mora quædam necessa-

ceſſario interveniret eandem patienter ferrent. Reſalutarunt honorifice Status atque Ordines, & precabantur omnia fauſta, & felicia toti Regno, & Statibus, & nil illis antiquius evenire poſſe, quam ut demum Regnum hocce, & Provinciæ ad optatum deducerentur finem. Interim temporis Status, & Ordines ſcriptum ad ſuam Cæſaream Regiamque Majeſtatem, Suamque Serenitatem, nec non ad reliquas confœderatas Provincias, utputa Moraviæ, Bohemiæ, Styriæ, Carnioliæ, Sileſiæ &c. perlegerunt, correxerunt, Commiſſariosque ad Suam Serenitatem ad arcem elegerunt, qui Suæ Serenitati easdem pro correctura quadam offerrent. N. Quia tamen longius traxerat moram ad arcem, nos duos ex Comiſſariis legatos ad Regnicolas miſimus pro ulteriori Inſtructione, qui per Tininienſem e Veſtigio miſerunt quæſitum, nunquid paratus ſit Regno inſervire, nec ne. Cætera textus habet. Tenor Litterarum ad Imperatorem talis eſt in Summa; quæ facies Regni ſit, conſtare Suæ Majeſtati, & quia ad extrema devenit, extrema remedia ſunt adhibenda, neceſſario itaque Gubernatorem Archiducem Auſtriæ Conſenſu unanimi Regnicolarum conſtituerunt, Sua autem Majeſtas Cæſarea, atque Regia id ægre haud ferat, nec Hungari hac de Cauſa infidelitate, inobedientia, aut alieno animo erga Regem illorum ducti, verum extrema neceſſitate huc, & hæc remedia ad manus ſumpſiſſe, quæ ad Patriæ, & Confœderatorum totique Chriſtianitati ſaluti, & commodo erunt. Ad Imperium ſcriptarum Litterarum tenor erat, ne ſacrum Imperium putet Hungaros denuo fa-

cta rebellione adductos ad hos motus fuisse, neque alieno a Christianis illos esse animo, verum quia ad extremas necessitates devenere nec ulterius valeant Bellum gerere, ideo ne plane in desolationem veniat Regnum hoc, & adjacentes Provinciæ in hanc Conclusionem, & ad hoc saluberrimum remedium veniat, quod imperio, & Regno, Christianitatique non erit defuturum. Ad confœderatas Provincias Bohemiam, Styriam, Carinthiam, Carnioliam, Moraviam, similiter & illos de fide data, & Confœderatione admonuerunt, & amicabiliter illis omnem assistentiam vicissim ad mortem, & jacturam fortunarum promiserunt. Scripta hæc deputati ad Suam Serenitatem Nuntii hora pomeridiana Suæ Serenitati exhibuerunt, ut si quæ adjicienda, vel minuenda pro bono publico essent, Nuntii præcipui erant, Magnificus Dominus Georgius Turso, Vizkelety &c. Nos vero ad Status & Ordines utriusque Austriæ deputati Nuntii hora tertia nobis a Regnicolis præfixa, ad Propositionem convenimus, & inibi scriptum a Statibus Postulatum perlegimus, & Tenor scripti ad Status atque Ordines erat in summa: Noverint Status, qualiter præteritis annis Regnum hoc Hungariæ tam intestino, quam externo Bello ad extremum fere devenerit, & tandem mediantibus certis remediis ad exoptatam concordiam & Tractationem Pacis, tam cum Turcis, quam Hungaris Viennæ pari Consensu, & robore concluserint, & superinde Majestas Cæsarea atque Regia quemadmodum & confœderatæ Provinciæ sancte se eandem observaturos desponderint, diplomate, si-

gil-

gillisque, & ſubſcriptionibus roboraverint, quia vero neutra ex parte tam cum Turcis, quam Hungaris facta Pax ſervata, &c. hucusque & verendum ſit, ne in poſterum quoque minus ſervetur, ideo ablegarunt Status & Ordines ad &c. & cupiunt reſcire nunquid quod ſemel ſancte promiſerunt adhuc inviolabiliter velint obſervare, & an parati ſint nobiſcum ad omnem eventum pro Patria & Bono publico mori, & vivere, quæ pariformiter in omni occaſione nos quoque facturos nil illis &c. indubium veniat pollicentes, omnem fidem, conſtantiam, bonam vicinitatem &c. ad hæc unus a Starenberg, ut ſæpe dixi, reſpondit, & omnia in ſcriptis pro meliori diſcuſſione poſtulavit. Pomeridiana tandem delegati Nuntii ad Suam Serenitatem hora tertia ad arcem maxima Comitiva, & numero convenerunt, noſtrumque in noſtra Commiſſione ad Status Auſtriæ utriusque ſcriptum Nicolaus Turſo, Domino a Starenberg, vel Domino a Khaun exhibuit, Dominus Leebl in arce me eodem die exceperat, & quæſivit, num ſuas interceſſionales Litteras accepimus pro ſubdito ditionis ſuæ, & nil præter æquitatem, & adminiſtrationem juſtitiæ poſtulavit, ipſe hæc quæſitus facere debet, ego congratulatus ſum, Dominus Mag. Leebl quam breviter ſe eo pro firma jam reſidentia conferet, & inibi manſurus ſit, ubi meliorem, & convenientem vicinitatem, ipſe ad hæc deſpondit, nos idem facturos nihil indubium venire illi, aſſerebat. Notandum: dum nos ad Status atque Ordines Commiſſionis limites peregiſſemus, interim unus ex Prælatis Auſtriacis omnia fere excepit ex ſcripto Haj-

donum, quod publice perlectum erat Statibus atque Ordinibus Regni, & causas Rebellionis continebat, novi motus, & tumultus, præcipuas illorum rationes, & causas animadverti, e quarum numero prima est. Quod Sua Cæsarea Regiaque Majestas contra Pacta, & Conclusionem Viennensem Locumtenentem elegerit, & Palatinum neglexerit. Secunda: quod Corona ad Hungariam pertinens nondum in Hungariam pervenerit. Tertia: quod Suhai tanquam proscriptus a Regno denuo Episcopatum obtinuerit. IV. Quod Germanos, & peregrinas Nationes ab Hungariæ Partibus non semoverit Sua Cæsarea Majestas. V. Quod Sua Majestas Joannem Joo non in integrum restituerit. VI. Quod contra I. Bocatium Civem Cassoviensem, & pro tempore delegatum etiamnum carceribus gravissimis captivum detineant. VII. De Posoniensibus. Sunt præter hæc multæ aliæ in scripto, quod satis longum est, & ad sex, plus minusve terniones comprehendit, nec operæ pretium fuit illorum superfluos huc adscribere. Quum Czobor Michael dixerit, quod non ex Consensu Regnicolarum superiorum Partium Hungariæ, præcipue vero Magnatum adscriptæ fuerint. Notatu dignum, quod Illiesházy ad Banum dixerit, mit félsz, három napig semie tészem. a. non est quod metuas, per triduum in cineres redigam.

Die 26. Januarii. Denuo convenerunt Status atque Ordines Regni in domo Præposituræ, inibique Resolutio tam Suæ Serenitatis, quam Statuum Austriæ tam superioris, quam inferioris, quæ quia non satisfecit Statibus atque Ordinibus Re-

Regni denuo Replicationem ad Suam Serenitatem instituerunt, primæ Sententiæ, præcipue autem confœderatarum Provinciarum deliberatio plane diversa erat, a priori illorum penes Suas Majestates obligatione. Postmodum Commissarii ad Suam Cæsaream Majestatem ad Imperium, ad Hajdones, ad Bassam Budensem denominati sunt. Ad Cæsarem Episcopus Jauriensis Demetrius Napragy, Dominus Magnificus Revay ad Imperium; Dominus Nicolaus Turso Episcopus Tininiensis, Valentinus Leepes ad Hajdones: Mag. Illiesházy & Magnificus Georgius Turso ad Bassam Budensem, Nadasdi Thomas & Pograni, Sechi Thomas. His ita conclusis sermo hinc inde longe habitus, nihil tamen certi conclusum erat. Secretario Nagy Michaeli commissum erat, ut quantocius Replicationes tam ad Suam Majestatem, quam confœderatas Provincias conficiat.

Die 27. Dum Concio habebatur, convenerunt Status atque Ordines Regni in domo Præpositurae, & elegerunt ex Magnatibus octo, ex quibus præcipui erant Illiésházy & Georgius Turso, ut Suam Serenitatem conveniant, & a Partibus Suæ Serenitatis pariformiter octo sint, quo ultro citroque negotium discutiatur, & ne opus sit longum tempus, & sumptus consumere quippe periculum in mora, ac cathegorice utrinque & non per ambages respondeant, numquid conclusa rata & grata sint, & imposterum quoque tam cum Turcis, quam Hungaris facta Pax firmiter in omnibus Punctis, & Clausulis conservabitur, interim Cassovia venerunt a Sigismundo Forgács Litteræ, in quibus pro cer-

certo nunciatum erat, Hajdones jam violasse inducias & ad plus minus V. Comitatus omnes grassari, petiitque in illis auxiliares Copias, Equites & Pedites, quo illis obviam eatur, ex Ecclesiastico statu ad præsentem Tractatum vel maximum, Status atque Ordines elegerunt Valentinum Leepes Episcopum Tininiensem: tamquam benevolum, & Patriæ amantem, & qui ea, quæ in Mandatis habet, studiose peragat, (salvo reliquorum omnium honore dixerim) horam autem huic Tractatui præfixerunt pomeridianam secundam, qua tandem præterita negotium ad horam antemeridianam sequentis die distulit, faxit Deus author Pacis, & Concordiæ, quo cuncta cedant Consilia, atque Conatus ad Patriæ, & adflictorum salutem, & totius Regni commodum, & incrementum.

Die 28 Januarii: Summo mane percepi D. Secretarium Himmelreich Praga advenisse, quid novi attuletit, tempus revelabit. Interim a septima hora usque ad octavam intelleximus, quod Magnates concluserint, quod velint apud D. Illiésházy convenire, & dum nos adventum illorum præstolabamur comparuere primo ex altera parte Dominus von Harrach, Dominus von Kremsperg, Dominus von Kaun, Dominus von Meggáu, & Præses Prainer, sequebantur e Vestigio sequentes: Abbas von Borrewal, Herr Bernhard von Starenberg, Herr Hans Wilhelm von Volkersdorf, Herr von Polheim; — aus dem Ritterstand: Herr Sigmund Haager, Herr Max von Manning, Herr Klußhart, Herr Sigmund von Greiß, Herr Abbas von Mielch. In ædibus vero Domni Illiés.

Illiésházy jam convenerunt denominati a Statibus atque Ordinibus Regni, utputa Dominus Georgius Turſo, Kolonics, Vizkeleti, Czobor Michael, Revai Peter, Epiſcopus Tininienſis, Oſtroſitz, Iliésházy, Lonyai, Sechi-Thomas, Megyeri, hos regat Deus author omnis boni.

Die 29. Januarii: Congregatis Statibus atque Ordinibus Regnicolarum in Præpoſitura ſtatim prima fronte Perſonalis dixit, antequam ad ulteriora perveniamus perlegendum erit Mandatum Suæ Majeſtatis, Cardinalis exauditis his perlegere juſſit Mandatum, quod Perſonalis perlegit cujus continentia erat, quod præter Majeſtatisconſenſum celebretur Diæta hæc, quia vero jam Regales in Manibus Suæ Serenitatis ſint, ideo quantocius domum ſe conferant, & ad futurum diem undecimum Martii ſe præparent. Ad quod longe, diuque diſputarunt Status atque Ordines, & tandem deliberarunt, quod neceſſitate ita exigente Congregatio hæc celebrata, atque indicta ſit pro conſervatione Patriæ (quippe periculum fuiſſet, & porro eſſet in mora) & quia Suam Majeſtatem præteriit calamitas Regni, ideo omnia candide, & ea, qua par eſt, & decet reverentia Suæ Majeſtati perſcribenda ſunt, quo ſciat quid cauſæ fuerit, quod noviter convenerint, hinc in deliberationem longe, diuque deſcenderunt, quid Suæ Serenitati pro hac paterna affectione erga Hungariam retribuendum ſit, & quæ ſpes ſit, pro hac cura, dum ſe paratum ad quoscunque eventus promiſerit. In hoc omnes fere concluſerunt, quod ſi hanc Provinciam tamquam Gubernator ſtrenuus tutatus fuerit, ſuumque curſum peregerit, non deerunt illorum ſtudio & officio

cio & quia Regis, & Cæſaris eſt hæres, & frater quoque Cæſaris & Regis, itaque ſiquid humanitus Suæ Majeſtati contingeret, neminem par eſſet præferre Suæ Serenitati tanquam benemerito de Patria. Mea vero nomine Sopronienſium opinio ea erat, quod Dominus Magnificus Illiésházy pro rei qualitate, & negotii gravitate, proque commodo Patriæ, & ſalute Regis ſufficienter loquutus eſt, vero ſempronium in omnibus ſubſcribit, hoc addito, quod Sempronienſes jam de ſpe Succeſſionis plane nil velint diſputare, hoc autem ingenue dicunt, quidquid illis ineſt, omnia ea Suæ Serenitati pro hac paterna Gubernatoris cura debeant. His ita hinc inde agitatis, Modrenſes cum querelis contra Archiepiſcopum in medium ſupplici Libello venerunt, hos ſequebantur Poſonienſes, ſimiliter cum querimoniis contra præfatum Archiepiſcopum, nec non alii ex Regnicolis, quorum ſupplicationibus perlectis ſuperinde deliberarunt, & e veſtigio ex Regnicolis ad Archiepiſcopum Nuntios ablegarunt, cum Inſtructione, quod Regias, atque liberas Civitates in minimis illorum Privilegiis perturbare non præſumat, & ſe ad ſemel confirmatam Viennenſem Concluſionem adcommodet, ni fecerit, alia remedia ſunt adhibenda. Quibus ille reſpondit, quæ fecit ex Commiſſione Suæ Majeſtatis fecit, tamquam Miniſter, & Suæ Majeſtatis fidelis, quod autem ad Locumtenentiam attinet, illam ſe habere a Sua Majeſtate dixit quam vult tueri, & gerere; interim dum Nuntii abfuerint Secretariis, & Perſonali Præſentiæ ſerio injunxerunt, ut ſcriptum, ſive ſcripta de quibus jam

ha-

habita eſt deliberatio conficiant, quo Suæ Serenitati hodie offeratur, deliberaruntque de Milite, quod Regnicolæ in omnem eventum Connumerationem inſtituant, & ſecundum domos vires, & facultates paratum ſemper habeant militem, ut ſi quid præter ſpem obveniret ad defenſionem naturali inſtinctu parati ſint, de liberis Civitatibus Dominus Illiésházy dixit: De liberis Civitatibus, ſecus ac Suhaj dixit, ſentiendum eſt, ſiquidem quælibet libera ac Regia Civitas Magnatibus, & Nobilibus æquiparatur in eorum ambitu h. c. Suhaj vero dixit, quod ſint, & æquiparentur ruſticis, quod negavit Illiésházy nemine contradicente, quandoquidem nec Regis ſint ſubditi, vel Mancipia, verum Nobiles ſint, & ad Coronam pertineant, peculiumque Coronæ a multis retro annis fuerint, cum quibus non habent ut Epiſcopi, vel Archiepiſcopi libere imponendi, puniendi facultatem. Agebatur quoque multum de Religionis Exercitio, de Nuntiis expediendis cum Litteris Suæ Serenitatis confœderatis Provinciis tractabatur præterito die in domo Illiésházy, ubi prænominati Nuntii convenerunt, & Sua Serenitas cum confœderatis Provinciis ratificavit, adprobavit, imo ultro, citroque denuo obligatorias literas pari ſenſu, & vigore parati ſunt dare, prout deſpondimus nos quoque facturos. Hæ litteræ ſaltem ad Suam Majeſtatem, Regnicolas & confœderatas Provincias ſunt expediendæ, quandoquidem Suam Majeſtatem prætereat, quamobrem iſte conventus habitus ſit, & inſtandum, ut Orator e veſtigio ſine ulteriori mora expediatur, qui jam paratus eſt ad expediendum

quæ

quæ illi comittetur promeridiana hora delegati Nuntii vespertina hora arcem conscenderunt, quid effecerint tempus crastinum aperiet, eadem die Modrenses omnes liberas Civitates satis splendido convivio exceperunt, exceptis quæ aberant ex superiori parte Hungariæ. Aderat una Klubnik, Vice-Magister Tavernicorum, & duo alii Magnifici Magistri Tavernicorum Servitores.

Die 30. Januarii. Præsentibus Statibus, atque Ordinibus Regni pro tempore necessitatis elegerunt Capitaneos Cis Danubianos Dominum Comitem de Zereni, & Thomam Szechy, ultra Danubianos Dominum Georgium Turso, & Petrum Revai, in Croatia Dominum Georgium Keglevics, & Thomam Erdödy Magistrum Tavernicorum, in superioribus Hungariæ Partibus eligant pro libitu, pro fumo facta connumeratione, & habito condigno miserorum, & Pauperum respectu Tallerum pro contributione deponant, quos exiget Comes, & ad manus Suæ Serenitatis adsignare tenetur. Regnorum Liberæ Civitates in locum vecturæ Artegleriæ teneantur quoque militem expedire. Interim Iliesházy cum Nádasdi Thoma, & Hagymási Christophoro ad Ersek-Ujvár conferent, ubi & Bassa Budensis adesse debet, qui si fidem recusarit his omnibus adhibere persuasionibus & optimis remediis in se divina adspirante Gratia recepit Ilieshäzi quod videlicet ad optatum finem perducere poterit. Cum de liberis Civitatibus tractarent, de eorumque contributione, ego nomine liberarum Civitatum excepi, apud Magnificosque institi, quo condignam rationem habeant afflictæ Civitatis, quæ non solum combusta, verum etiam

a

a Germano Milite exhausta est - - - - - accederet si & militem expedirent, & Artigleriæ subsidia præstarent, quod duppliciter onus illis imponeretur, ad hæc correctio sequebatur, quod nimirum in locum vecturæ expediant militem, scriptum ultimum sive summaria conclusio hujus diætalis Congregationis perlegebatur, & ubi correctura opus erat, correctio, & emendatio facta erat, unde videre est, quid agendum, vel intermittendum sit, Posonienses Litteras propria manu Archiepiscopi subscriptas & exaratas Domino Tursoni exhibuerunt, quo si diceret Archiepiscopus se omnia ex Commissione fecisse, illius excusatio hac ex parte infringi queat, gratitudinem erga Suam Serenitatem multo hincinde sermone agitato oportune correxerunt, ut hac ratione Sua Cæsarea Majestas non offendatur, Suaque Serenitas contenta esse queat. Litteræ Obligatoriæ sive confœderationis cum confœderatis Provinciis perlectæ erant.

Die 31. Januarii. Denuo in Præpositura Regnicolæ convenerunt in maxima frequentia, & scriptum totius conclusionis perlegerunt denuo, & quia secundum Regnicolarum voluntatem erat confectum, & jam antea revisum, atque emendatum in paucis correctio facta est, & de spe caute egerunt, cum vero ad punctum Religionis perventum esset, Clerus, & Sacerdotes, quorum nomine Dominus Napragi protestatus est, unanimiter contradixerunt, & quia ista contradictio importuna non modo, verum etiam præsenti Tractatui defutura, & omnis felicis successus repagulo similis erat, eo & Status atque Ordines per Magnificum Georgium Turso simi-

ſimiliter contradixerunt, & proteſtati ſunt per eundem Turſo, quod Viennenſem concluſionem cum ſanguinis, & vitæ periculo, atque effuſione parati ſunt tueri, atque defendere, & ſcripto eatenus inſeri facere poſtulantes, ut Sua Serenitas dignetur, quæ hactenus contra eosdem Articulos commiſſa erant corrigere, & in integrum reſtituere, in futurumque in iisdem inviolabiliter conſervare, atque defendere. Maxima quoque pars delegatorum Nuntiorum voluit ut ſubjiciatur: ſi quis contradixerit Viennenſi Concluſioni amiſſionem omnium Bonorum cum jactura famæ, & exiſtimationis incurrat, ſed ſcripto hæc non inſerebantur, tanta autem diſceptatio ultro citroque erat, ut niſi modeſtius in negotio cœpto progrederentur verendum erat, ne novi inde mali anſa præberetur. Inter reliliqua, quia Clerus excanduit, Illiésházy quoque quæſivit ex Reverendo Napragy, numquid cum Regno, quia ſentit commodum etiam incommodum paratus eſt ſufferre juxta Concluſionem Viennenſem, item nunquid agnoſcat Suam Serenitatem pro Gubernatore a Sua Majeſtate conſtituto, & a Regnicolis confirmato, & rata firmaque ſint, quæ confirmavit, & cum Regnicolis tractavit, aliisque graviſſimis quæſtionibus contra eundem inſurrexit, ad quæ omnia non cathegorice, & expreſſe verum per ambages voluit reſpondere. Quibus Regnicolæ tamquam tres Partes locum neutiquam dare voluerunt neque dederunt, verum per omnia priori Concluſioni inſtiterunt. Inter reliqua ad Baſſam Budenſem ablegarunt Dominum Thomam Nádasdi, & Gaſparum Tsutti cum credentionali-

nalibus, & instructione, eo tamen fine, ne Commissionis limites excedant, & saltem Terminum ad Ujvár Conventionis, & Tractationis postulent, ita, ut per omnia isti hactenus facti Tractatus confirmentur, & ad effectum perducantur, qui tamen non ex nostra, verum illorum parte infringebantur, quique noviter per practicam illicitam contra Pacta Hajdones ad motus excitarunt. De personali insurrectione conclusum erat, quod is, qui non juxta Articulos insurrexerit pænam duppli incurrat, dei is vero, qui latrociniis nobiles, vel alios in Comitatu molestarint conclusum erat, ut Vice-Comes, vel ipse Comes cum Banderio vel Militibus illos e medio, secundum illorum demerita tollat, Paeemque intrinsecam foveat. Qui vero poenam duppli secundum priores constitutiones incurrunt in illos exequendi facultatem habeat Capitaneus, non Vice-Comes (exigendi facultatem illius floreni pro fumo serenissimo Principi adscripserunt, qui pro libitu constituat Exactores) Credentionales cum instructione denominatis Nuntiis ad Bassam prælectæ erant, Comes de Zeriny per suos protestatus est contra Thomam Erdödy, qui conclusisset, si in eodem Comitatu in Croatia Prædicatores foverint, vel introduxerint, parati sint illos extrudere, quod Banus negavit, talemque Constitutionem exstare neutiquam concessit, quæ restant & eodem die tractabantur maxima ex parte exstant in scripto, ubi sufficienter ex omni parte provisum est. Dominus Illiésházy ad Dominum Megyeri inter reliqua dixit Ungarico idomate: te mondhatsz azért, mert

kön-

könnyen jutottál a' te jószágodhoz, de külömbet mondok hozzá, másis, ki pénzen vette. Quod ægre tulit Megyeri, & excanduit, ac e vestigio respondit: En szintén ollyan könnyen jutottam hozzá mind Nagyságod, pénzen vettem, potuisset plura dicere, sed tacuit, quæsiti tamen a Georgio Turso Regnicolæ numquid parati sint mortem oppetere penes Conclusionem Viennensem, omnes fere, exceptis Sacerdotibus se paratos esse asserebant, hoc adjecto, quod ne latum ungvem quidem velint a præfata Conclusione recedere.

Die præterito convocati ad domum Senatoriam comparuerunt omnes Liberarum Civitatum Nuntii, nec non Vice-Magister Tavernicorum cum Secretario Magistri Erdödy Thomas, & Nuntio suo inibi tradidit Litteras Magnifici Domini Erdödy iis perlectis, quum celebratio Sedis, & Juramenti depositio, Vice-Magistri Tavernicorum postularetur, nec ad unum vel alterum potuerunt pro voto Magistro Tavernicorum respondere, siquidem ambæ Propositiones recte pugnant cum Articulis sedis Tavernicalis Litteris tamen respondimus in quibus rationabilibus argumentis demonstravimus, & edocuimus, quod nos superiorum Partium Nuntiis huc pertinentibus, & absentibus sedem celebrare non queamus, & Juramentum ab illo exigere, aliisque sufficientibus, & legitimis argumentis modeste omnia declinavimus, reliqua quæque requisita inserere Litteris jussimus, quemadmodum ex paribus videre est. Eodem die 30. nimirum Januarii Sua Serenitas Magnates, & præcipuos ex Proceribus Convivio splendide in arce excepit,

pit, scriptumque Status, atque Ordines Suæ Serenitati exhibuerunt. Ad convivium spectatum hora prima me contuli ad arcem, inibi in Tabula oblonga primam, ut par est, sedem Sua Serenitas occupavit sola, a dextris fuerunt delegati ex Partibus Austriæ Prælati, alter von Heiligen Kreuz, alter von Altenburg, sequebantur hos reliqui Nuntii Germani ex Austria, a sinistris primo loco Demetrius Napragi, 2. Valentinus Leepes, 3. Erdödy Thomas, 4. Georgius Turso, 5. Banus, 6. Zerini, 7. Revai Peter. Czobor Mihál, Pete Lászlo, Turso Stanislo, Ostrosits, Palffi major, Appony, Nádasdy Thomas, Megyeri, Vizkeleti, Lonyai &c. Hagymási.

Die 1. Februarii. Sua Serenitas postulavit a Statibus, atque Ordinibus Regni, ut illos defectus Transactionis Viennensis, ubi nimirum peccatum, & contra illos quid factum sit denuncient, quod Regnicolæ fecerunt, & si graviter tulerunt, quod concionatores & liberum Religionis Exercitium non permittatur, verum contrarii sunt, ut videre erit in Tyrnaviensibus, Posoniensibus, Comaromiensibus, Jauriniensibus, item confiniorum quod plane nulla ratio habeatur, & parum absit, quod propter eorum denudationem non ad manus hostium veniant &c. Quæ omnia Suæ Serenitati in scriptis obtulerunt, & quia Officia quoque Religionis intuitu hactenus distributa, & Conclusionibus Viennensibus data sint, in posterum indiscriminatim fiat. Et suffragiis tandem de Archiepiscopo Strigoniensi & Locumtenentia contulerunt, & adinvenerunt, quod Archiepiscopi dignitatem secundum Conclusio-

nem Viennensem Sua Majestas potest conferre. Locumtenentiam, vero neutiquam, siquidem Palatinus debeat eligi, illo electo cessat Locumtenentia. Tiburtium tandem Himmelreich, qui discessurus erat Pragam ad Suam Majestatem Regnicolæ vocari fecerunt ad præposituram, illique statum negotii, & causam Congregationis aperuerunt, & institerunt, quo Suæ Majestati Sacratissimæ Domino nostro clementissimo Regnicolarum humillima in gratiam Suæ Majestatis servitia offerat, eosque omni meliori forma commendet, nihilque factum esse, quod non ad salutem, & conservationem Patriæ, & Regnorum Suæ Majestatis pertineat, ideoque illos extrema necessitate ita dictante ad hæc venire oportebat. Quod si Tiburtius, qui semper amans Patriæ fuerit, & multum jam servitiis suis Hungaris inserviverit, fecerit, Pagum suum a manibus Casparis Zegedi, tum expensis suis rediment, illique pro laboribus, tamquam argumentum gratitudinis offerent.

Die 2. Februarii. Fuimus in domo Senatoria pro sede Tavernicali una, & multum deliberavimus, inter reliqua ostendi in scripto Congregationi scrupulum, qui interpretatione egeat pro Liberis, & Montanis Civitatibus, & quia cautius esse putarunt Magnatibus præsentibus Interpretationem inquirere, ideo Magnificum Ostrosits, Megyeri, & Magnificum Georgium Turso convenimus, qui genuinum sensum istius Articuli dixerunt, tandem cum Magnatibus arcem conscendimus, ubi Sua Serenitas valedixit, & charum habuit, quod Regnicolæ pro Patria tam stre-

ſtrenue laborârint, & nil eorum, quæ ad ſalutem propriam pertinuiſſent, prætermiſerint, ille, quæ ſui ſunt muneris perlibenter porro quoque faciet, ſperans Regnicolas quoque non defuturos, & hæc latine, quæ omnia Valentinus Leepes interpretatus eſt, ad quæ Magnificus Dominus Turſo eleganter nomine Regnicolarum reſpondit (& non Eccleſiaſtica Perſona)

Eodem die D. Michaelem Zobor Sua Serenitas Torque aureo cum allegoria, vel imagine in aureo Numismate expreſſa, pretioſiſſimisque lapidibus ornata donavit, illeque Zobor ita torquatus in honorem Suæ Serenitatis inter Regnicolas obambulavit, aliisque muneribus illum gratiſſime complexa eſt. Pomeridiana hora ſubſignare, & ſubſcribere Status atque Ordines cæpere: Et ubi ad Epiſcopos & Eccleſiaſticum ſtatum perventum erat recuſarunt, & diſceſſerunt. Hæc Suæ Serenitati Status & Ordines per Stanislaum Turſo, Balaſſa, & Pograny aperuerunt, Sua Serenitas ad hoc, ſe nolle diſcedere, antequam omnia fuerint completa ſe efficere poſſe, ut qui non ſubſignarunt, ſubſignaturi & ſubſcripturi ſint. Magna autem contentio inter Georgium Turſo, & Napragi exorta erat, ſiquidem Turſo tandem dixit ſe non Tranſylvaniam prodidiſſe, contra Illiésházy Napragi (excepit) & proteſtatus eſt, quod ſuis Hajdonibus vel Miniſtris Portas, & Januas occupavit Præpoſituræ, ſeque non poſſe nec velle ſubſcribere aperte dixit, ac ſeceſſit, Iliésházyi poſtmodum ad arcem ſe contulit nos interim ad candelam obſignando, & ſubſcribendo laboravimus.

Die 3. Februarii. Hora 5. me ad Præposituram contuli, ubi ex Comitatibus aliqui aderant inibi præstolabamur ad 6. & ultra, interim venit Dominus a Krensperg ad Jaurinensem, qui aliquamdiu inibi mansit. Postmodum Turso venit, & reliqui Magnates, & ad sigillandum pro continuatione Litterarum se contulerunt, missis Magnatibus, ex quibus princeps erat Thomas Sechi ad Episcopos, & reliquos Capitulares, tum quoque Thomam Erdödy & Banum miserunt, ut se declarent numquid velint subscribere, & cum Regnicolis de commodo, & salute Patriæ idem sentire, qui omnes excepto Cardinali Forgács comparuerunt, sigillarunt, & subscripserunt, Cardinalis vero nuntiavit, ut finitis sigillationibus, & subscriptionibus ipse tandem in Ædibus suis adponet, & subscribet. N. Battyani Farkas dixit: Scitisne quare Ecclesiasticus Status heri noluit subscribere, & sigillare? id factum est, quod sigillis destituebantur, & hac nocte sigilla eorum sint confecta. Megyeri dixit ad unum capitularem, si placet subscribe, sigillum adpone, Capitularis respondit: adgyátok immár az én jószágom is. Gratia Dei hac die omnia lætis negotiis ut inchoata erat Congregatio, ita & finita 6. Eodem die delegatus Nuncius Apostolicus Domino Cardinali Forgács Pileum a Pontifice missum capiti in templo S. Martini apposuit delegatique Nuntii ad Bassam Budensem dimissi, & Litteræ reliquæ ad omnes Status, & Confœderatas Provincias expeditæ. Deus Pacis Author sua Gratia jam hæc nostra Consilia regat, ad Nomi-

minis sui Propagationem & Patriæ Conservationem Amen!

Die 13. Junii appulit Posonium Fridericus a Tiffenbach delegatus Marchionatus Moraviæ, altero die comparuit coram Regni Palatino, & Magnatibus indicato se ulteriorem Informationem, & Instructionem præstolari: quare pro nunc non posse causas suæ Legationis exponere.

Die 14. Redierunt legati Vienna: adferentes Nuntia in scriptis tam a Sua Majestate, quam a Comite de Thurn, quæ sic se habent inferius.

Des Grafers von Thurn hinterlassener Versch in Volghof bey Wien soll also lauten.

Die Evangelischen Stånd in Oesterreich haben mich beruffen,
Der vierte Stand in Wien hat mich betrogen,
Etliche Hungarn haben mir vorgelogen,
Sonst wer ich nicht von Wien gezogen.

XXXIII.

Relatio Andreæ Nigroni a Sua Majestate Constantinopolim missi. A. 1612.

Sacratissime Imperator
Domine Domine Clementissime!

Eorum exequendorum caussa, quæ a Majestate V. mihi demandata fuerant expedienda Constantinopoli, tum alibi, digressus. Vienna 19. Junii 1612. Strigonium veni, ubi cum Begho familiariter & amice collocutus, eundem admonui, ut inhiberet excursiones Militum suorum, susceptas in præjudicium conclusæ pacis, ne forte inde occasio præbea-

 tur

tur nostris ad ultionem & vindictam exercendas oriaturque inde malum hujuscemodi, cui difficile sit imposterum aliquod adhibere remedium, atque ut liqueret magis Majestatem suam esse, & fuisse amantem; in signum vicinitatis habere me in mandatis retuli, ut nomine Cæsareo eum convenirem, & Clementissimas ejusdem Litteras, Donumque Personæ, & conditioni conveniens offerrem ea spe, & indubitata opinione, eum ratificatæ pacis, ne tam facile violaretur, curam faciliorem habiturum.

Hinc suscepi iter Budam versus, ingressus in urbem 24. Junii magno cum comitatu, obviam honoris causa procedentium. Tertio post die Literas Majestatis Vestræ munusque destinatum Bassæ obtuli, gratulatus, eum Gubernatorem tanti tractus, & tam nominatæ Civitatis a Turcarum Imperatore ob singularem experientiam, & rerum cognitionem constitutum, a quo etiam propter has eximias animi dotes nihil aliud exspectandum esset, quam id, quod conventioni factæ congruum, quod ad conservationem ejusdem expediens, & aptum sit. Adjeci a Majestate Vestra Mandatum serio omnibus Limitaneas arces incolentibus, ne quid contra initæ pacis conditiones attentare velint, meque missum cum capitulatione conventæ Tractationis ad Portam Othomanicam cum muneribus honorificentissimis, eum in finem, ut articuli in eadem contenti ratificentur, quod quidem jam pridem factum fuisset, nisi Milites Turcici subditos Suæ Majestatis multoties excurrendo, igne; & ferro abactos desæviendo, damnis irrecuperabilibus affecissent, & maxime Missionem istam nonnihil serius processisse, dixi eam ob causam, quod ille Gabrielem Bathory succursu juverit, missoque in auxilium Exercitu e fortalitio

Stri-

Strigonienſi arcem Kálló hoſtiliter oppugnari, mænia tormentorum ictibus quati, tot oppida incendio abſummi, tot hominum millia intercipi, quorum pars potior abjurata fide etiamnum Strigonii detineatur, non ſatis conſiderate permiſerit, quæ cuncta nihil arguere aliud, quam violationem conventæ pacis, & operationes omnino contrarias jam placitæ & determinatæ, conventioni. Tum Baſſa non reminiſcamur.inquit præteritorum, præterierunt ea, quæ præterierunt, at nunc operam unanimiter demus, ut impoſterum pax ſtabilis ſancte & inviolabiliter conſervetur. Ad quæ ego, non ſufficere hæc ad contentandam partem læſam, verum juxta conditiones capitulationis factæ ablata reſtitui, in transgreſſores animadverti oportere. Qua reſponſione confuſus ſermonem aliorſum convertit. Et quid nobis, inquit, cum Tranſylvania armis a Solimano aquiſita, tot annorum intervallo jam prælapſo? Quid juris, quid cauſæ prætenditis in provinciam, poteſtati Imperatoris mei ſubjectam, hæc nequeunt inquam ubivis locorum particulariter decidi, eo nempe pertinent, quo ſpectat capitulatio, cujus cauſa a Majeſtate ſua Domino, Domino meo Clementiſſimo ad Portam mittor, ſuo tempore, & loco explicabuntur iſthæc ſufficienter; in confirmatione Capitulationis juxta articulos ibidem poſitos, qui ſunt fundamentum concordiæ & pacis, quam cupio ſervari per realem dictorum articulorum obſervationem. Atque ideo amice hortor, velit interim intuitu promiſſionis factæ pro plenaria ſibi poteſtate confiniorum curam diligentiorem gerere, impetus hoſtiles impoſterum prohibere, exceſſus exorbitantium punire, turbatores quietis compeſcere, inimicis & rebellibus Cæſafeæ Majeſtatis D. D. mei

mentissimi non favere, neque iis sive manifesta', sive occulta ope succurere. Et quoniam Suæ Majestati Domino meo Clementissimo non videbatur dubitandum de ejus bona voluntate, & propensa inclinatione in pacem, placuit eidem præsentes litteras ad eum dare addito etiam munere, pelve videlicet argentea, vase infusorio, & horologio, quod esset indicium beneficentissimæ memoriæ, & incitamentum pacis conservandæ, cujus similiter ut ex parte nostra accuratissima habeatur ratio, monebuntur serio Milites nostri, & Confiniorum inhabitatores universi, adeoque ut Turcæ nullam omnino habituri sint occasionem conquerendi.

Vestis dehinc donum mihi, & cuivis ex comitatu meo obtulit, exceptosque hilari grata cum animi significatione dimisit.

Non deficientibus deinde de loco ad locum commoditatibus perveni Belgradum, seu Albam Græciæ, reperto illic Habil-Efendi, quem tum Imperator Turcarum removit ab officio, huic Litteras Majestati Vestræ deputatumque munus præsentavi, constitimusque ibidem una simul diebus 15. donec interea deservientia profectioni appararentur, quæ cum essent ad manum, accinxi me denuo itineri, & demum attigi Urbem Adrianopolim, sed Straterus antevertit, curavit enim per unum suorum mihi significari, instructam jam esse pro habitatione mea domum tapetibusque exornatam. Profectus itaque Adrianopoli deveni ad pontem, quem vocant Parvum, quo in loco obvios habui dictum Straterum agentem Legatum Galliarum, Anglorum, Venetorum, Hollandorum & Ragusæorum, nec non ingentem equitatum Turcarum, qui se se equitibus meis junxerunt, atque ita comitatus solenni cum

pom-

pompa ingressus sum Constantinopolim 7. Septembris distribuendo non exilem summam Talerorum Chauziis, inque ædem a Legatis habitari solitam deductus.

Tertio die post adventum meum quæri ex me jussit Chajmecanus num ad audientiam Sultani admitti velim. Ad quod cum respondissem obstare pleraque, quominus id inpræsentiarum exposcam majorem meorum numerum febricitare, reliquos pulverulentos adhuc vixdum ex æstu & labore viarum respirasse, significavit se nihil, quod præter commoditatem esset, urgere.

Decimaquinta Septembris conveni Cajmecanum, Litteras Majestatis Vestræ eidem reddidi, munusque missum, Pelvim videlicet cum suo vase infusorio, & cistulam argenteam affabre factam obtuli, qui e contra mihi, Stratero & Dragomano, totique comitatui meo vestem dono dedit. Degustavimus dein potionem Turcis asvetam, quam illi Schirbet vocant, nullaque tunc interveniente tractatione abscessimus.

Decima nona Septembris invisi iterato Cajmecanum, præmissaque gratiarum actione ad eum directa ob pacem feliciter ex utraque parte conclusam, replicando articulum 6. Capitulationis de manibus illius acceptæ memini Transylvaniæ, indicans eam juxta pactiones Viennæ unanimi Commissariorum assensu initas, & utrinque jurejurando roboratas ad Regnum Hungariæ pertinere.

Subrisit ille ad hæc, motoque huc atque illuc capite: Magna inquit ausus es, interponendo petitionem Transylvaniæ, quam Commissarii nostri ad Zithuatorok ne nominare quidem præsumserunt, multo minus ausi illius mentionem specificam in-

in capitulatione facere. Sciendum tamen eſt, Tranſylvaniam eſſe Imperatoris noſtri Provinciam hæreditariam jure belli a Solimano obtentam, nullius alterius Jurisdictioni ſubjectam, atque hæc eſto ad petitionem Veſtram reſponſio.

Replicavi, conſiderandum penitus totius Tractationis negotium. Licet enim expreſſe Articulus 6. nominationem Tranſylvaniæ non contineat, referri tamen cuncta ad conventionem a Commiſſariis Viennæ factam, & utrinque juramento ſolenni confirmatam, ita, ut non fuerit neceſſum ulteriorem adhibere explicationem, ſiquidem ille articulus nunquam fuiſſet acceptatus & approbatus, niſi prius quidnam contineret, liquido patuiſſet, atque ita hoc loco quærere velle difficultatem, nihil aliud videri, quam ſubterfugere veritatem, quod longe indigniſſimum Monarchis eſſet. Quantum porro ad actus Tranſylvanorum reſpectu Regni Hungariæ notum eſſe & compertum, eam eos conſuetudinem ſemper ſervaſſe, ut electo Principe, ex norma legum, & formula moris recurrerent ad ſuam Majeſtatem tamquam Regem Hungariæ recognoſcendo ſuum caput, confirmationemque electi expoſcerent, unde ſequi, nullos haberi in Tranſylvania legitimos Principes, licet aliunde vexillum & frameam recipiant, niſi a Rege Hungarorum confirmati, de more qui antiquitus ad ipſum usque Gabrielem Báthory obſervatus duravit.

Tum Cajmecanus: Liberabo inquit a tyranide iſtius ferociſſimi hominis Tranſylvaniam, præſertim cum de eodem & Imperator veſter graviſſime conqueſtus ſit, ut patet ex ejusdem ſcriptis authenticis ad Agentem transmiſſis.

Re-

Respondi: Majestatis suæ querimonias non pertinuisse ad Bathorium, quasi illum cuperet interemptum, uti referunt Litteræ per astum Agentis prohibitæ, & falsificatæ, verum spectavisse easdem ad occultas Turcarum fraudes cum ipso Bathorio clanculum cusas, & fabricatas, uti evidenter ad oculum demonstrari potest, nempe ex permissione, & machinatione Vestra admotum ignem oppidis quadringentis, subjacentibus Jurisdictioni Regni Poloniæ, pulsum provincia Rachialium (*Radulium*) Vajvodam Valachiæ, succensum Tokaiense & Szatmariense suburbium, interfecta justa ex Regno Vestro Hungariæ tot animarum millia, Mechemete Gregorio rem ad mandatum vestrum procurante. Præterea latet neminem missas Strigonio in subsidium cohortes, obsessam munitionem Kaló, absumta igne suburbia, tot hominum millia in captivitatem abducta, partem eorum cultiore vestitu indutam, ad Claustra Portæ Othomanicæ remissam, partem Strigonii retentam, & ad denegandam fidem crudeliter coactam, sublatum uni Principatum, alteri vero datum nempe Andreæ Géczy, quæ cuncta procedere ex clandestina cum Bathorio corresponsione, & adversari usquequaque conventioni factæ, & conclusæ, superaddidi me electionem Principis Transylvaniæ nunc ad partem seponere, claramque articulorum in Capitulatione contentorum observationem desiderare, & quid super eo mentis esset, cupere nosse. Tam audaces vestræ interogationes, inquit Cajmecanus, causabunt talem resolutionem, quod Imperator noster Bassam aliquem in Transylvaniam expediet, & tum experiemur, quantæ nobis vires. Nunquam id fiet, inquam: ut tale consilium ex ore Domina-

tio-

tionis vestræ proveniat, quod in apertam dissolutionem pacis vergat.

Habitum & aliud cum eodem Cajmecano colloquium, sed nulla est subsecuta conclusio, quod propediem adventus Bassæ Nassuff speraretur.

Vigesima quinta Octobris venit Constantinopolim Bassa Nassuff, adducens secum multitudinem mulorum, auro, atque argento onustorum, 130. Camelorum e Persia ad Imperatorem Turcarum missos, Bisso, serico, & aureis oneratos.

Vigesima septima ejusdem Mensis ut Bassam Nassuff alloquerer, concessi in Divanum, & repertis illic Legatis Christianorum Regum, Principum, qui jam consederant, occupavi & ego principem juxta morem locum.

Vocatus deinde intro solus obtuli eidem litteras Majestatis Vestræ nec non cistulam argenteam, vas pro manibus abluendis grandius, adjuncta exceptoria pelvi, Sciphos grandiores binos, & quatuor de penu mea Bombardas. Placuerunt munera mirifice, nec omisit e contra vestitu me, & Straterum, omnesque meos honorare. Ceterumque absque ulla ulteriori tractatione discessum.

Vigesima nona accitus redii ad eundem Bassam Nassuff, cæpique gravem disputationem proferens & urgens articulum 6. Capitulationis conclusæ. Ad quæ ille: quid vobis cum Transyivania? ajt, an non Imperatori nostro potestas Vajvodas illic statuere, & tollere, castigare, & honore afficere? cave ne amplius ullam facias de Transylvania mentionem. Si tacuero dixi: ut jubeor, ignorabitur quod dicturus essem, neque respondere ad id ipsum, neque resolvere sese poterit, sed capitulatio necessum est ut legatur, in ea consistit rei totius cardo, ejus

causa

causa huc missus sum, atque ideo non tacebo sane, etiamsi moriendum mihi foret. Quam autem intelligis, inquit, Capitulationem, primamne, an postremam. Posterior inquam erroribus scatet, falsa continet, rejecta a me, reprobataque est, nihil hic de ea agere opus, sed siquidem priorem Imperator cassavit, & hanc secundam mihi offeri voluit, hanc oportere servari, erraruntajt Bassa enormiter Officiales in conscribenda Capitulatione ista, ita iis male sit, quam ego facio nihili, neque eam servandam censeo. At, si, dico: non placet credere meæ Capitulationi, proferatur ejusdem exemplar in idiomate Hungarico approbatum, ex utraque parte, & qualiter ibidem pax constituta, taliter eam exequamur, demtaque omni altercatione observemus, & colamus, quo dicto apprehendit manum meam, seque contentum esse, ut ita fieret, asseveravit.

Tertia Decembris iterum vocatus ad Bassam Nassuff habens in comitatu Straterum, & Dragomanum, congregatosque jam in Divano reperi Mahemetem Bassam, Daniel Bassam, Hasan Bassam, Achmet Bassam, Habil Bassam, Jusuff Bassam, Simon Bassam, & Rigalem a parte una, & a parte altera Magmem Mufti, Cados Secheros, Cados de Constantinopoli, Agam Janitsarorum, omnesque quasi turcicæ superstitionis Cleros, & Ministrorum principalium in temporalibus ingentem numerum, nec non grandem aliorum cœtum, cumque apparata fuisset sedes alta, & deaurata, consedi medius, stante ad sinistram magno Cancellario, Sekender, Bassa vero ad dextram, affuerunt præsentes omnium fere legatorum Secretarii, & Agentes, ut gravissimas concertationes nostras, in Divano publice habitas, exciperent, exorsi itaque negotium, cæpimus iterum

rum ea proferre in medium, quorum diebus præteritis mentio facta est. Ubi supremus Vesir Bassa Nassuff conversus ad me Legate inquit: Audi parumper, & percipe tenorem Capitulationis primæ. Teneo eam in memoria inquam, & quoniam corrupta est, repugnatque iis, quæ antehac concorditer conventa fuere, legatur ad satisfactionem Illustrissimæ D. Vestræ, & non ad meam instantiam, seu requisitionem.

Postquam ergo Cancellarius Capitulationem legit asseverantem expresse, nihil in Transylvania, Valachia, & Moldavia ad suam Majestatem pertinere, acclamatum ab omnibus, hanc esse veram & genuinam Capitulationem, & maxime ab ipso Mufti, qui in ea falsificanda authorem se præbuit. Tum Vezirius Supremus intellexistis ajt, quæ in Capitulatione contineantur verba Monarcharum non immutari æquum. Respondite ad ea, quæcunque ad lubitum fuerint. Præmissa gratiarum actione quod DEUS me tam celebri congregationi voluerit interesse respondi, licet animadvertam, plurimos optime nosse, cujusmodi sit Processus iste, remque omnem, propter bonum Imperatoris sui dissimulare, me tamen rationum mearum momentis fretum, nihilum addubitare, quin æquitas militet pro mea parte, deprompsi demum meam Capitulationem, utve clare a Cancellario legeretur, præcepi. Qua lecta, ubi ventum ad articulum 6. inclamarunt, displicere Capitulationem istam, & præjudicare eam juri Imperatorio, alteram esse admittendam, & ex norma ejus pacem servandam. Extuli vocem altius opponendo sese dictæ Capitulationi, quam falsificatam, & plenam esse erroribus dixi, suppositamque a tanto Monarcha in locum illius veræ, quam de manu mea Cancellario obtuli, quam mihi Cajmecanus, Mahomet Bassa

sa

ſa dedit, hanc & non aliam accurate ſervandam dixi, proteſtatus me requirere non ſolum articuli 6. exactam obſervationem, verum etiam omnium aliorum ibidem contentorum. Et converſus ad Baſſam Naſſuff inſtiti, ut proferretur in medium exemplar Capitulationis authenticæ idiomate hungarico conſcriptæ, & utrinque comprobatæ, inque theſauro Sultani aſſervatæ, & ſatisfieret promiſſo antehac facto. Reſpondit: eam nullius momenti eſſe, nullaque habita ratione omnino abjectam fuiſſe; replicavi: Publicas cautiones, & ſcripturas Regnorum, & Provinciarum ſtatus concernentes, non uti vilipendia abjici inſtar aliarum chartarum inutilium, & licet exemplar iſtud in hunc modum periiſſet, haberi tamen ad manum originale acceptatum & approbatum, atque ita eam, velut in ſupremo honoris, ac dignitatis faſtigio conſtitutam fidem, & promiſſa ſervare decuiſſe. Hic interpellavit Baſſa Achmet inquiens: Si Tranſylvania Veſtræ fuit Jurisdictionis, ut quid non caſtigatis Bathorium tot damna inferentem vobis? pœnam ſane non effugiſſet; reſpondi, niſi pro eo Imperator veſter interveniſſet, cujus tantæ interceſſionis intuitu Majeſtas Cæſarea, D. D. meus Clementiſſimus ignovit petenti, dedeceret Imperatorem Veſtrum facere idem, Radoly Vajvodæ ignoſcere, eumque in ſtatum priorem reducere.

Vultisne excipit Vezir Baſſa, ut dem officium ei, qui fugit ad alta montium, ſubque umbra inimicorum noſtrorum requieſcens, commoratur, merito nihil ille unquam aquiret, & filium ejus nihil impediet in ſupremos faſtigiorum gradus extollere. His immiſcuit ſeſe Mufti, cur nemo noſtrum vocatus eſt? ajt, ad Tractationem Viennæ concluſam? reſpondi: priusquam Tractatio ad Zituam perficeretur,

retur, & priusquam mihi hanc ſenem Capitulationem obtuliſſetis, cur non indagaſtis, quidnam mea contineatur, cur non percontabamini, utique quid illic haberetur, vos nequaquam latuit, atque ideo de tenore ejus nihil quærendo, eam mihi tradidiſtis, quod aliud quidpiam agere nequiviſtis, tum Mufti: eam ego abolebo legis vigore, veluti factam absque interventu meo, & Canonibus, atque Inſtitutis Solimani contrariam, at non veni inquam, ut quid lex Mahometana vetet, jubeatue intelligam, neque mihi negotium cum Imperatore vita functo, verum tractari compoſitionem pacis cum Sultano Achmain præſente, quæ quidem concluſa eſt non ex lege Muſulmana, neque ea hic adhibita, verum armatæ dextræ, frameæ, & tormenta huic operi applicata.

Quidquid ſit tandem ait ille, ego non ſubſcribo Capitulationi Veſtræ, ſi pacem cupitis, pax eſto, ſi bellum malitis, & illud eſto. Frameas quidem noſtras immiſimus vaginis, at extractas iterum vibrare facilis labor fuerit, non eſt mei propoſiti dico, denunciare bellum vobis, ſed nec iſtud me tollerare convenit, Capitulationem mutari, imo peræquum eſt, ne unam quidem ſyllabam ex ea expungi, ideoque expedientius videri, ſervari initam pacem. Uti enim acies framearum veſtrarum ferrea eſt, ita & gladiorum noſtrorum non eſſe ligneam putet.

Quibus dictis aſſurrexi, pertæſus, tam longæ decertationis, feſſusque oppoſitione ſeria, ſed determinarunt abiturientem muneribus & precibus perſvadere conati, ut capitulationem eorum ſuſcipere, & approbare non gravarer, reſpondi id nullatenus fieri poſſe, in eo Læſionem Numinis Supremi, juramenti fidem, promiſſam fidelitatem, honoris mei amiſſionem, vitam ipſam denique ſitam, neque me cre-

credere posse, Sultanum velle, ut tam indignum facinus suscipiam, & exequar, mox Mufti: neque suæ Majestatis, neque legali errore, aut culpa quidpiam contigit, non ignoramus undenam, & ex quo fonte operationes istæ provenerint, astute conatus adulatoriis hujusmodi blandimentis me pertrahere ad suam sententiam. Cui ego: quodsi culpa vacamus, consequenter ratio & æquitas stabunt in subsidium nostri, verbo cum agnoscitis, facto tollitis, sicque, quod affirmatis ore, id ipsum negatis opere.

Ad extremum Supremus Vezir animadversa mentis meæ constantia, monuit, ut paratus essem proxima Dominica ad exosculandam Imperatoris manum, munusque præstandum.

Stipati equitatu multo, solenni cum pompa, & pulcherrimo ordine, ferentibus meis munera, veste splendida indutis, indosque aureos in eadem gestantibus, processimus ad Divanum, positisque in locum consuetum muneribus, ac Donationibus, cum Vezirio supremo solus pransus, datoque mihi, Stratero, & Dragomano, singulisque meorum habitu, ad audientiam perreximus.

Intrantem suspexit Imperator oculo subtruci, vultuque ad torvitatem quamdam composito, quippe informatus jam de mea prætensione, & quidnam illaturus essem non inscius, resumto nihilominus animo, omnique timore excusso, coram Bassa Nassuff, aliisque octo Vesiriis exorsus sum Sermonem meum hisce verbis.

Præpotentissime Imperator! Germen Othomanæ Stirpis, Dominator Meccæ & Medinæ, Altissima & Imperatoria Serenitas adorata Majestas! Juxta Conventionem initam ad Zituam pro ratificatione

articulorum, in Capitulatione conclusa contentorum, & ab Altissima, ac Imperiali Serenitate Vestra juramento solenni corroboratorum placuit Majestati Cæsareæ ejusdem bono amico, & vicino Mathiæ Imperatori Romanorum legitime electo, Capiti omnium Christianæ Religionis Monarcharum, ac Principum, me Servitorem suum fidelissimum mittere ad hanc Excelsissimam aulam Ottomanicam, ut Altissimæ, & Imperiali Serenitati Vestræ nomine ejusdem salutem offeram, munusque hocce rarissimum, honorificentissimum præsentarem, ratificandæ & confirmandæ pacis causa in omnibus ejusdem Clausulis & Articulis, perque annos viginti constanter ac firmiter continuandæ, nil aliud sibi promittendo, quam Augustissimam, & Imperialem Serenitatem Vestram Capitulationem illam conclusam, præsertim articulum ejus sextum Transylvaniam, & eondam Botskay concernentem: ratam habituram, pacemque juratam, & approbatam inviolabiliter observaturam. Cui omnipotens DEUS vitam concedat diuturnam, inque annos complures felicissime prolongatam.

Accessimus dein cum Stratero singulos Vesirios, & Mufftas, depositisque literis, & muneribus in loco destinato, nomine Suæ Majestatis cunctos consalutavimus. Subsecuta aliquot dierum quies. Scripsit dehinc literas Supremus Vesir ad Majestatem suam, illas nempe, quæ missæ erant per Damiani, ad quas demum Baro de Molart respondit, quarum causa ita conventum, ut exspectaremus per spatium Multorum Mensium. Adveniente denique transmissa responsione, tulit id Supremus Vesir ægerrime, non fuisse sibi de puncto ad punctum responsum.

Ter-

Tertia Decembris: quia jam Sultanus parabat iter Adrianopolim, vocatus eram a Baſſa Naſſuff, qui poſt multas ſermocinationes, ubi Tractationes ad Zituam initas, & concluſas non iri ſervatas obſtinatiſſime dixiſſet, me commonuit, ut cuncta haberem in promptu ad iter Adrianopolim ſuſcipiendum, ad vale extremum Imperatori dicendum, & ad obtinendam abeundi licentiam. Interim tamen præſtolari me juſſit, donec evocarer ab eodem. Quo facto una cum Imperatore Turcarum profectus eſt Adrianopolim.

Vigeſima ſeptima Decembris allatum ex urbe Adrianopoli Mandatum, quo jubebar ſine mora illuc proficiſci, nec multum moratus, parui juſſis, & Conſtantinopoli 10. Januarii Anni poſterioris 1614. exceſſi, comitatus a Strarero, atque aliis. Profecti una ſimul per aſperrima viarum in ſummo frigore, & nivoſa cœli inclementia vecti currubus conductis, promiſſa duntaxat ſolutione in tanto defectu pecuniæ. Ad Silveram incidimus in duos Principes Tartaros, qui in cuſtodiam ſeptem Turrium ducebantur. Vigeſima Januarii devenimus Adrianopolim, manſimusque ibidem per dies novem; viventes expenſa Suæ Majeſtatis, donec quid aliud ordinaretur.

Tertia die poſt adventum noſtrum miſit ad me Baſſa Naſſuff, ut ſe convenirem, non excluſo Strarero. Venientem excepit blande, compaſſione motus ob perpeſſam hybernæ profectionis difficultatem, dein tempus eſſe revertendi, inquit, atque vel ideo, exantlatam itineris moleſtiam minoris faciendam. Adjuravit me poſt hæc per Meſſiam & Mariam, ut ſibi promitterem, me omnia Suæ Majeſtati fideliter relaturum, quæcunque ab ipſo audiviſſem, re-

 ſpon-

ſpondi: etiam ſine juramento ad hæcce obligatum, velit mandare, & loqui, quæcumque in mentem venerint. Tum ille, age ergo dices Imperatori tuo libere, & reſolute, ſi pace frui velit, abſtineat a petitione Tranſylvaniæ, imo nec eam nominet amplius, & proinde ut Reſolutionem ſuper eo abſolutam quantocius maturet. Ajo ad hæc Tractationes ad Zituam aliud habent, quas animadvertendum concluſas, & determinatas fuiſſe non uno die, nec uno aggreſſu, verum iterata cum diſpoſitione, & ſolerti rerum omnium conſideratione, actaque cura & ſollicitudine hominum expertiſſimorum, ad hoc de induſtria deputatorum, idque cum conſenſu, arbitrio, & voluntate duorum longe potentiſſimorum in orbe Monarcharum. Iſtud autem, quod nnnc proponitur, eſt quidem actus, qui præcipitare intendat, & in ruinam vertere ſtabilitam pacem, tam gravi impenſa, & tam arduo labore. Quod ſane non ſvaſerim, ignari enim rerum ſumus, quæ vario, & ancipiti Bellorum ſucceſſu ſubſequentur. Vos in eo eſtis, excepit ille, quod unicum verbulum ambiguum non fuerit in Tractatione, Zituanienſi: rite explicatum, neqne in Capitulatione nominatum, & tamen tanta cum audacia Tranſylvaniæ Ditionem efflagitatis, ſed ego inquam: articulum iſtum non cenſeo ambiguum, & quod dicitis eum habere nonnihil obſcuritatis, verbaque nonnulla non ſatis dilucide in capitulatione enucleata eſſe, eo nihil aliud machinamini, quam ut violenter rem ipſam aboleatis, verum, DEO auxiliante oſtendam evidenter, omnia hic clara eſſe, & manifeſta. Interogante eo, quonam modo iſtud fieri poſſet, legi articulum in lingua Turcica dicentem cuncta opinioni Bocskai correſpondere conven,

ventiones Viennæ ex beneplacito & assensu Commissariorum susceptas in suo valore, & vigore remanere, unde conclusi, manifestum evadere, quod articulus iste vocetur resolutio facta a Commissariis Viennæ, quæ quidem acceptata est a Sultano, & jurejurando firmata, ideoque non egeat ampliori explicatione, imo clarus esset & manifestus, non autem, ut dicitur, dubius, obscurus, & ambiguus. Dicite potius pœnitere vos Conventionis approbatæ, satiusque erit id fateri, quam talia extra propositum loqui. Omnino inquit articulus iste Sultano relatus non fuit, omninoque inquam Sultanus referente Vesirio, Murat Bassa scire debuit, quid in Capitulatione contineretur, priusquam eam se servaturum juraverit, atque ita omnino accidit, & quomodo igitur dici poterit, quod de Articulo hocce Sultanus non sciverit. Murat ille: Vidistine Sultanum jurantem? Non vidi sane, sed vidit DEUS, & Sanctum illius in Evangelio Nomen; non vidi jurantem, at quod juraverit, intelligo ex Capitulatione mihi oblata a Supremo Vesirio ejusdem conditionis, dignitatis, ac fastigii, in quo Illustrissimam Dominationem Vestram contueor. Stolidissimus Mortalium, ait Murat Bassa, ille, cujus Gubernationi quatuor Pagos Christianos non commisissem, & Bassa Aly ille, & Purges, Articulum hunc tam ingentis consequentiæ Capitulationi inseruerunt, quos DEUS infortunio mactare velit. Ceterum fateamini verum, quam authoritatem habere potuit Bocskai in disponenda Transylvania, cum non esset Princeps ejusdem Hæreditarius? uno illo actu non potuit Princeps Hæreditarius creari, imo nec id in Vestra potestate fuit, accedente & isto, quod articulus faciat mentionem absque ulla nominatione Tran-

ſylvaniæ, tum, video inquam, ratiocinationibus, & argumentis quinque velle Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram, articulum realiter, & vere Capitulationi inſertum infringere, & convellere, & quidem primo oſtendit articulum illum videri obſcurum, & implicatum: Secundo dicit eundem Sultano non fuiſſe relatum. Tertio interpretatur eundem non Tranſylvaniam, ſed alias provincias Botskaio donatas, reſpicere. Quarto conviciatur Baſſam Murat, & maledicit Baſſæ Aly, qui eundem imponi in Capitulationem permiſerint. Quinto objicit Botskaium non fuiſſe Dominum Tranſylvaniæ hæreditarium, nec eum potuiſſe fieri, neque talem a nobis acceptari, atque hæ ſunt quinque rationes, quibus nititur evertere articulum ſextum poſitum in Capitulatione, ſed ad omnia hæc jamjam quamprimum hauſtum potionis iſtius ſinet ebibere, reſumta reſpiratione convenientiſſime & ampliſſime reſpondebo.

Quantum ad primum error eſt, credere articulum hunc quidpiam obſcuritatis præſeferre, ſiquidem confirmatus a Sultano vocatur, reſolutio facta Viennæ ex Commiſſariorum conſenſione, & reſolutionem non vidiſſe, non legiſſe, vanum eſt dicere, quandoquidem vos pænituit conventionis factæ.

2. Alterum quoque argumentum nihil efficit, nec habet locum, inconveniens namque videtur, Imperatorem de Stirpe Ottomana jurare primum, ſolenniter ſe' cuncta ſancte ſervaturum, quæcunque in Capitulatione continerentur, ſeque omnia, quæ illi a Veſirio Murat Baſſa relata fuiſſent, acceptaturum, & poſtea refugere ad negationem, & dicere nihil ſibi de articulo ſexto fuiſſe relatum, ſicque impugnare ſuum jusjurandum, fideique ſuæ, & reputationi taliter derogare.

3. Quod

3. Quod concernit Tertium : si ita est, uti dicitur in articulo fieri mentionem Provinciarum a Sua Majestate Botskajo donatarum, & non de Transylvania quidpiam hic intelligendum, quid igitur meruit Bassa Murat? quid Bassa Aly? ob quam culpam iis maledicitur? cur probro & vituperio afficiuntur? quin ratione justitiæ potius laudem apud DEum, & homines promerebuntur.

4. Respondendo ad quartum, dico vos per oprobria hujusmodi perdere litem, siquidem affirmatis expresse articulum dictum damnatum esse, provinciisque Imperatoris vestri plurimum officere. Quodsi cognoscitis esse damnosum, non potestis eundem vocare obscurum.

5. Ad quintum denique, ut breviter finiam responsionem meam, dico: quandoquidem recognoscitis determinationem a Commissariis Viennæ institutam, pertinere ad alias Provincias & non ad Transylvaniam, non vocemus eam jam articulum modo dubium, & subobscurum, modo inexsplicatum, modo non relatum, donec ultro non progrediamur, demonstraturus sum namque determinationem Viennensem legitime optimaque cum ratione contigisse. Tum, pergite, inquit ille. Atque ego: animadvertendum eo tempore, quo Botskay Provinciam suscepit omnem Transylvaniam potestati Suæ Majestatis D. D. nostri Clementissimi subfuisse, in munitiones præsidia Germanorum disposita, sponte, & ex Mandato Suæ Majestatis evocata aliorum diversitate cum Botskay moreretur absque masculino hærede, ut cuncta reciderent in jurisdictionem Suæ Majestatis ita conclusum esse, & conventum, atque hæ sunt resolutiones factæ Viennæ ex arbitrio Commissariorum tractatæ, & conventæ ad Zituam, & demum ju-

jurejurando per Imperatorem vestrum comprobatæ.

Dæmonem te esse puto inquit Bassa, cui ego: si Dæmon forem, omnes inimicos meos mecum ad inferos raperem. Mox aliorsum sermonem detorquens: Removete quæso manum a Transylvania, & duret inter nos intentabilis amicitia. Respondi, me venisse non ut manum tollam a Transylvania, sed ut eendem injiciam in Transylvanivaniam, potestatique Imperatoris mei subjiciam. Hai Hai Duilio, O hominem, inquit, sine lege, ego certe amans sum pacis, sed quæ sine detrimento sit, si pax inquam adeo cordi, quem in finem tanti Exercitus in Transylvaniam missi, cur eo destinantur tot Turcæ, Tartari, Galli, Valachi & Moldavi, cur facto ipso devastatur provincia, Pagi & Oppida succenduntur, tot hominum millia in servitutem abripiuntur, curribus avehuntur, negotium exercentibus, Gallis & eorum Capitaneo, qui admissus ad osculandam Imperatoris manum duplicem vestitum dono aquisivit. Tum Bassa, ut sceleratus ille Bathorius, qui & nobis cladem intulit, digne puniretur, sufficit ajo, tot, & tanta provinciam fuisse perpessam, nec oportuisset in eam introducere militem, quæ afflicta de integro perit, & reddendam adhuc DEO facti hujus rationem. Non nos fugit, Bassa ajt, Exercitum postquam semel irrupit, nihil nisi damnis inhabitatores afficere, & maxime si idem e Turcis conflatus sit, ideoque habetote si lubet Bellum, si pacem, pacem, da responsum absolute, & directe, priusquam te hac de sede leves, dixi ad hæc: ut Bellum nobis denuncient si pacem non inveni, in Capitulatione tamen nec vel minimum punctum pa.ia immu ari, imo conservare

ean-

eandem mea est intentio, aliud nec facere, nec dicere habeo.

Adjuro te, ait Bassa, per Messiam & Mariam, fateare veritatem, an non præsentavistis donativa Canibus illis, Murat Bassa, & Aly Bassæ, juravi me nihil horum scire. At ille, novi ego jam optime, & scio certissime Gemmas pretiosas illis dono datas fuisse, eram quidem tunc in Asia, at non ignorabam, quid in Hungaria fieret, omnium certior ex relationibus mihi Posonio transmissis, non inscius etiam, quod Imperator vester Ratisbonam fuerit profectus, quod Litem, aut Controversiam habuerit cum Hungaris, & Lutheranis, quod Consilium cum solis Papistis inierit, quidnam cum Danorum Rege tractatum sit, qualiter Lincium secundo Flumine descenderit, & quænam præparationes in Bohemia susceptæ sint.

Non tam facile malignis speculatoribus credendum erit, qui communiter multo plura, quam vidissent, & percepissent, loquerentur, & cum Imperator Turcarum suas Civitates invisit, suos Exercitus lustrat, nemo est, qui prohibeat, nemo, qui in malam partem interpretetur, similiter quæ causa malæ affectionis si Sua Majestas D. D. meus Clementissimus pro libitu suo in hanc, vel illam se se confert, Regnaque, & Provincias suas perlustrat. Et si quando quidpiam differentiarum inter Hungaros obvenit, nihil istud novi, at nunc remanent ejusdem fidelissimi subditi. Revocetur in memoriam, quid vobis rebellibus in Asia contigerit, Cæsareis jam ad locum Szentari dictum prolatis, sed redeundo ad propositum, missam sinamus ambitionem execremus Bellum, vitemus altercationes, quæ nihil emolumenti gignunt, & ad conservatio-

nem

nem pacis animos, cogitationesque noſtras intendamus, poſtea: parati eſtote inquit ad oſculandam Sultani dextram, & tempore jam ſuadente domum revertamut, & ſic ſolutum fuit colloquium. 28. Januarii exceſſi ex Urbe, habendæ audientiæ cauſa, in hortum Clauſtri, Cæſare cum ſplendido equitum, peditumque comitatu, ubi Sultanus ſub late patenti tentorio conſedit, aptisque dono veſtibus a Supremo Veſirio mihi, Stratero, Dragomano, ſingulisque meorum datis, aliquantulum cum eo collocutus ſermonem miſcui, ut reſpirarem non nihil ex ambulatione, pedes enim ab ipſa Clauſtri porta usque ad tentorium ivi.

Apprehenſa dein manu mea Veſir Baſſa induxit me in tentorium, oſculatus ſum ſedentis in Solio genu, ceteri duntaxat fimbriam, & extremitatem infimam veſtimenti conſueta veneratione attigerunt, moxque inde e tentorio receſſerunt, remanente illic penes me ſolo Veſirio, & aliquot Mutis, quos loquela defecit, tum levata altius voce proferre cæpi mea.

Præpotentiſſime Imperator, ut ſupra replicando, iterata vice amiciſſimas ſalutes Altiſſimæ & Imperatoriæ Serenitati Veſtræ ab ejus bono vicino & Amico Mathia Romanorum Imperatore, ut ſupra oblatas, Imperatoriæ & Altiſſimæ Serenitati Veſtræ in memoriam revoco, qualiter poſt graviſſimorum bellorum tot annorum ſpatio durantium, ſanguinolentas expeditiones, poſt excidium Arcium, Opdorum, Urbium & Provinciarum, poſt tot expenſas utrinque factas, ex arbitrio utriusque potentiſſimi Monarchæ inter Altiſſimam & Imperatoriam Serenitatem Veſtram, nec non Sacratiſſimam Cæſareo Regiam Majeſtatem D. D. meum Clementiſſimum

per

per Deputatos homines usu rerum peritos, gravi labore, non paucis expensis, ingenti utrobique altercatione tandem pax, quæ per vicennium durare debeat, feliciter, & unanimiter sit conclusa. Quas Tractationes ex conventione stabilitas, & approbatas oportuit in formam ejusdem scripturæ publicæ redigere, utrique Parti quasi cautionis ergo communicare, super cujus tenore conscriberentur demum Capitulationes, tamquam securitas, fundamentum, & stabilimentum supra nominatæ pacis, cujus intuitu Majestas Sua D. D. meus Clementissimus servare promissa sua sancte voluit, atque Legatum suum juxta conditiones pacis ad Zituam conclusæ acceptatas, confirmatas, qui Capitulationem ab Altissima & Imperatoria Serenitate Vestra reciperet, misit.

Hoc posteaquam recepisset, facta traductione ejusdem in idioma germanicum, apparuerunt nonnullæ contrarietates & articuli ab iis, qui conclusi erant ad Zituam longe diversi, & differentes, non sine magna Suæ Majestatis admiratione talem æstum Legato suo obvenisse re maxime incerta, cuinam culpa adscribenda foret. Originem dein gravissimi erroris eidem Sacratissimæ Cæsareæ Majestati scire cupienti placuit, ut ad Altissimam & Imperatoriam Serenitatem Vestram mitterer, utve Capitulationem illam reportarem, aliamque veram & realem tractationi ad Zitvam conclusæ idiomate Hungarico Scriptæ & nunc inter Thesauros Cæsareos repertæ conformem mecum afferem. Cum isthuc ad Aulam excelsissimam appulissem, & præsentata capitulatione dicta, errores in eadem contentos recensuissem ex summa æquitate, non solum mandare Altis. & Imp. Serenitas Vestra dignata est, ut mihi Capitulatio con-

conformis Tractationi ad Zitvam determinatæ traderetur, verum etiam dedit ad Majestatem Suam Literas realem & veram Capitulationem se mittere significantes; quod postquam ad oculum patuit, voluit Sacra Cæsarea Majestas me humillimum Suum Servitorem iterum ad hanc excelsissimam Aulam remittere propter exequendam eandem Capitulationem, & jurejurando ab Altissima & Imperiali Serenitate Vestra, prout in eadem ordinatum, confirmandam. Reversus itaque accepi multas cum Cajmecano, & Murat Bassa disputationes supra articulo Capitulationis Sexto ab Altissima & Imperatoria Serenitate Vestra acceptato, & approbato, uti manifeste evadit ex illa ipsa Capitulatione, quam in manibus teneo; distulit autem Cajmecanus rem omnem usque ad ipsum reditum Bassæ Vesirii. Qui cum venisset, coegit Consilium Generale in Divano, ut rationes meas audiret. Tunc cæpta est legi Capitulatio prima, eam annihilatam & oblitam esse velut non concordantem cum Zitvaniensi tractatione per ipsam Altissimam & Imperiale, Serenitatem Vestram, respondi hanc esse refertam erroribus, neque eam correspondere initis tractationibus Altissimam & Imperialem Serenitatem Vestram recognovisse ipsam, aliamque veram, ac realem mihi dari in prioris vicem mandavisse, quam publice legendam exhibui, utve ea servarentur, quæ contineret expetii, sed Supremus Vesir propter Articulum Sextum eam nec servatum, nec confirmatum iri apertissime indicavit, asserens dictum Articulum nunc obscurum, nunc non relatum, nunc damnosum, & Provinciis nocivum: cum tamen liqueat eo ipso manifestum esse, atque dilucidum, quod cognoscant eundem damnosum. Et quia eos pœnitet Conventionis initæ, ideo Articulum illum, expungere nituntur, quod absque

læſâ fidei & jurisjurandi Religione, nec non evidenti reputationis amiſſione fieri omnino non poteſt. Mufti quoque objicit, ſe ſublaturum de medio Capitulationem iſtam legis vigore factam, velut ſine ſuo præſcitu, & contra Solimani voluntatem ſtatutam. Cui dixi; Legem hanc ad ea, quæ Summi Monarchæ inter ſe ſe ſtatuunt prorſus non pertinere, neque me cum Imperatore mortuo Negotium ſuſcipere. Quæ cuncta dignetur Altiſ. & Imperatoria Serenitas Veſtra accurate perpendere, a Capitulatione illa, quam mihi pro priore dari juſſit, non recedere, conditiones in ea poſitas obſervare, pacem per vicennium, ut in Tractatione Zitvanienſi concluſum, colere, & ad exemplum Suæ Majeſtatis conſimiliter Legationem ſuam cum conſuetis muneribus ad Excelſiſſimam ejusdem Aulam dirigere, & expedire, reminiſcendo ita conventum eſſe, ut ſi quæ controverſiæ interim in Confiniis interveniant, eas non ſtatim armis & violenter decidi, verum per Delegatos & Deputatos amica compoſitione ſedari oportere; reſtat, ut Altiſſimæ & Imperiali Serenitati Veſtræ grates agam pro benigna erga me propenſione, cujus Legato, ubi ad Aulam Excelſiſſimam Suæ Majeſtatis advenerit, æquam polliceor compenſationem. His ita exhibitis, ex tentorio exhibita ſolenni veneratione exivi.

Subſequenti die duo Hungari attulerunt Literas Gabrielis Betlehen ad Baſſam Naſſuff ſubſcriptas hungarice. Quibus ſignificabat expeditos a Sua Majeſtate in Tranſylvaniæ Confinia binos Capitaneos Hungarum unum, Germanum alterum, interceptas ab his duas Arces, & duo Oppida ad Provinciam Tranſylvaniæ ſpectantia, utpote Huſztkövár, Nagy-Bánya, & Tasnad, quod ubi nunciatum Sultano

tano excandescens irracundia, inquit, An non heri Legatus Imperatoris Christianorum coram facie nostra nobis retulit, pacem per vicennium inviolabiliter continuatum iri, an non idem reminiscendum monuit, si ratione Confiniorum lis, aut difficultas quæpiam exoriatur, non armis, non vi, non ferro, non igne, sed tractatione familiari, & amica corresponsione eam debere finiri. Et nunc nunciatur redacta in potestatem fortalitia, captas Arces, intercepta Oppida. Allocutusque Bassam, accerse inquit Legatum Germanorum, percontare causam facti, & responsionem ejus immediate, confestimque ad me defer. Nec mora affuerunt duo Chiaussi, & e vestigio eundum mihi in Divanum indicarunt. Feci quod jussum, inque Divano cum Stratero, & Dragemano comparui, assidensque Vesirio Supremo more solito, quid tandem futurum esset mente revolvi. Præcipit, ut legerentur Literæ eædem, quas Gabriel Betlehem misit, & relectis iis, ne hinc inquit discesseris, nisi prius reddas rationem facti, doceasque aperte, num pax salva, an rupta sit, ut de eo quidquid tandem eveniat, Sultanum quantocius facere certiorem possim.

Obstupui adhæc, quasi facultate loquendi amissa, ignarus primo quidem, ut respondere deberem, recollegi tamen de hinc animum, conatus saltem aliquid proferre in medium, atque ita respondi: non adhibendam fidem mendaciis de industria confictis, me credere pro certo Majestatem Suam D. D. meum Clementissimum nihil unquam adversus promissiones suas attentaturum, pertinere fortassis arces istas ad aliquem ex Proceribus Hungariæ, titulo Donationis vel venditionis, aut etiam posse esse eas ad Transylvaniam non spectare, proinde proceden-

dum

cum lente, donec scribatur certo, quomodo, & qualiter cum fortalitiis hisce actum? Et si forte promissis, & pollicitationibus ex parte Majestatis Suæ non statur, nihil recuso in mortario in frusta contundi, securus Majestatem Suam non me misisse hunc in finem ut miserabiliter hic peream. Auditis his mutavit vultum asserenata fronte, verbisque grandioribus allocutus: scribe ergo inquit Imperatori tuo, imo mitte unum ex tuis peculiariter cum Cursore meo, qui qualiter Negotium successerit, plenariam informationem accipiat, præcavendo diligenter, ne Çursor ultra solitum meus detineatur, uti ante hæc factum, alias efficiam, ut te pœniteat acti: proinde Dragomanum ad Sacram Cæsaream Majestatem cum Literis expedivi.

Bassa Nassuff conquisivit pretiosissimas Zibellinarum pelles, transmissurus easdem ad Suam Majestatem, sed Literæ Betlehemi impediverunt intentionem. Accessit, quod idem Betlehem auxiliares Copias popoſcerit, veritus irruptionem Germanorum, assignatæque fuerint in Subsidium ejus cohortes Begharum, imperati commeatus, & festini succursus, cujus rei gratia Mandata publicata vidi Belgradi, commonstrante eadem Habil Effendi.

Idem Bassa mihi insinuavit animum suum mirifice angi ob verba quædam Palatini, quorum aculeos se non posse diutius pati, respondi: virum esse magnæ prudentiæ, magnæ apud suos & exteros existimationis, neque facile committere, quod suo adversaretur honori, simulque rogare cæpi, quænam illa verba fuerint, quæ adeo mentem exacerbarint. Dedit Literas quasdam, ait; ad Vesir Haszan Bassam Budensem, quas nonnisi suo tempore & loco licet publicari; petii Copiam earum, dene-

denegavit, petii exemplum earum, quas Majestati Suæ Sultanus misit, denegavit & istud, causamque addidit quamprimum translatas legerent, clamoribus solitis me non passurum, scribite inquam ita, ut scripta cum disputatione nostra consentiant, alias scribentes more solito, & extra propositum tale responsum estis habituri.

Nunquam ait, vobis cessurus sum Transylvaniam, sed nec observaturus Capitulationem ad placitum vestrum in Tractatione Zitvensi formatam, & hæc quidem est directa responsio ad petitionem vestram.

Post hæc data oportunitate questus sum apud unum Bassam de malitia nonnullorum, qui calumniati sunt, objiciendo mihi, quasi male de natione Hungara coram collocutus fuerim, in præjudicium non exile totius Hungaræ Gentis, quodve eandem Sua Majestas ob rebellionem Botskaianam graviter punire constituerit, & quod quadraginta Millia Ducatorum numerare voluerim, priusquam ex Aula hac mendaciis asueta excederem, si efficeret, ne a Sultano Miles in defensionem Hungarorum mitteretur. Et quamquam certo sciam Mejestatem Suam vano rumori, & mendaci Calumniæ fidem non habuisse, nihilominus in conservationem famæ, & honoris mei, in confusionem Malignorum, & linguæ mentientis, peto inquam ab Illustrissima Dominatione Vestra Literas jurejurando, & signi nota communitas, quæ vere & realiter testificent, an quid me de Hungaris, quod in ignominiam eorum vergeret, tractavisse, me simile quidpiam de illis protulisse meminerit, tum ille demulcendo utraque manu Barbam suam præsente Stratero, lubens id fecerim inquit. Agnosco enim te amatorem veritatis, oso-

rem

rem mendacii & malignitatis, & continuato sermone Halla! Halla! inquit, en quæ detur recompensa Homini isti, qui caput discriminibus objicit, qui petere Transylvaniam ab ipso Sultano ausus fuit, scribi deinde mandavit imperatas Literas, easque ad Majestatem Suam transmisit. Erant autem hujusmodi.

Celeberime inter Monarchas, Religionis in Messiam credentes, electe a potentibus, & prudentissimis ex nationibus Jesu, mediator omnium Nationum Nazarenarum velate Pallio supremi honoris Dominator nominatissimarum Provinciarum, amice, & vicine noster Romanorum Imperator, cujus cogitationes DEUS ad optatum deducat finem Post amicissimas salutes, convenit Cæsarem Majestati Vestræ diuturnam sanitatem, & felicissimum rerum Statum optare. Ad stabiliendam veterem amicitiam, & conservandam pacem sinceram, per quæ demonstrare voluit suum sincerum amorem erga Altissimam Serenitatem Suam, Supremum Imperatorem nostrum, Regem Regum, Protectorem Nationis, fidei Musulanæ, misit Majestas Vestra ad hanc Excelsissimam Aulam, ad quam conveniunt Legati Regum, & Principum, eamque more antiquo uti Cathedram Principalem, & Potentiam Imperialem mundanam reverentur, Legatum suum Andream Negronium virum prudentem, & expertum, senio, & usu rerum spectabilem, qui hic moratus per annum & medium, nequaquam aliorum instar interesse suum quæsivit, aut donationibus inhiavit & gratiis, sed prudenter & honorifice semper executus munus suum, summam decori, & honoris rationem habuit, in omnibus servitiis Majestati Vestræ fideliter & diligenter præstitit, neque unquam

quidquam comisit, quod Mandato Majestatis Vestræ esset contrarium. Et quia homines maligni videntes sinceritatem ejus, & cognoscentes benevolentiam ob fidelissima sua servitia a Majestate Vestra mereri, nec non etiam apud Altissimam, & Imperatoriam Serenitatem Suam, cujus fimbriam multoties debita veneratione deosculatus est, in respectu haberi, inviderunt prosperæ sorti, ideoque calumnias plerasque de eo malitiose confinxerunt, quas prudens quisque facile rejiciet, neque iis credet, nimirum ignominiose fuisse locutum de Natione Hungarica, Majestatem Vestram Hungaros castigare velle ob rebellionem sub Boskajo concitatam, promisisse Ducatorum mille quadringenta, si quis opem iis laborantibus ferre Sultano disuaserit, quæ cuncta longe a veritate absunt, nunquam enim aliquid horum ab eo dictum. Et licet Majestas Vestra optime noscat suos, fidelitatemque & infidelitatem eorum discernat, ne tamen inde etiam reputationi meæ detraheretur, gnarus falsam esse hanc calumniam, volui idipsum per hocce testificare, & quid cumque super isto negotio sciam veraciter indicare. Juro itaque Majestati Vestræ per eum, qui de nihilo creavit Cœlum & Terram, qui cognoscit Bonum & Malum, qui regnat occulte in cordibus creaturæ humanæ, per DEUM æternum sustentatorem Molis, & Machinæ mundanæ, & per eum qui causa fuit salutis humanæ, & per summum Prophetam Nostrum Mahometem gratia plenum, super Sanctissimum Spiritum, juro inquam, & juramentum reitero, dictum Legatum nec in colloquiis, nec in Tractationibus, nec per se, nec per medium aliorum quidquam, quod honorem Nationis Hungaricæ offenderet, dixisse, nihilque me eorum, quæ obji-

objiciuntur, ab eo audivisse. Proinde æquum fuerit, Supremos, & Potentissimos Monarchas, cum ubique Calumniatores occurrant, donec ipsam veri tatem certo expiscentur, non tam facile aliorum dictis fidem adhibere, eamque ob causam in gratiam boni amici Legati Majestatis Vestræ non omisi isthæc scribere, & quod a me petiisset, facere, quem spero conservatum iri in Gratia Majestatis Vestræ, de cetero Majestas Vestra id quod ei videbitur faxit.

NASSUFF BASSA
Primus Vesir.

Ex hac vera & fideli relatione ex altercationibus tam Constantinopoli, quam Adrianopoli habitis, non solum cum Vesiriis in Divano, sed & cum ipso Turcarum Imperatore susceptis liquet evidenter & sufficienter, Turcam quoad verba æquitati, & rationibus nostris subscribere, quoad effectus fidem, & jusjurandum fallere, Tractationem ad Zitvam conclusam & Capitulationem, quam metipsi ajunt realem & veram servare nolle, culpamque omnem in Bassam Murat, & Haly transferre.

Sacratissimæ Cæsareæ Majestatis Vestræ

Humillimus Servitor
ANDREAS NEGRONI.

Sacratissime Imperator ac Domine Domine Clementissime!

Cum Mandata Majestatis Vestræ eo, quo decuit honore, & reputatione debita Constantinopoli exequerer, uti patet ex mea relatione, cumque prima profectione mea Pagos aliquot centenos, Strigoniensi Jurisdictioni subjectos sub potestatem Coronæ Hungaricæ reduxissem, & in profectione altera, eam ratificationem conclusæ, & juratæ ad Zituam pacis, etiam importuna altercatione exigerem, ab ipsoque Turcarum Imperatore Transylvaniam juxta tenorem Articuli 6. repeterem, placuit quibusdam Hominibus inquietis, & malignis confingere Calumnias adversum me, quasi nonnulla contra Nationem Hungaricam injuriose locutus fuissem. Sed profiteor coram DEO innocentiam meam, & si quis sit, qui dictum sufficienter probare possit, lubens meipsum morte dignum judicavero. Quocirca Majestatem Vestram humillime oro, ne velit hujusmodi Calumniis ex invidia, & malevolentia iniquorum hominum confictis, fidem præstare, reminiscere benignissime, & clementissime dignetur, plurimos Illustrissimorum Virorum, nec non Regna & Provincias talibus mediis pessum iisse. Ejusdem rei Causa mittit ad Sacratissimam Cæsaream Majestatem Vestram Literas Bassa Nassuff, quibus nihil a me hujusmodi factum esse testificatur. Persto securus Majestatem Vestram rumori vano non credituram. Cui me demum humillime commendo.

Sacratissimæ Majestatis Cæsareæ Vestræ.

Humillimus Servitor
ANDREAS NEGRONI

XXXIV.

RELATIO.

Legationis Domini Georgii Hoſzſzútóthy, qua ad Principem Tranſylvaniæ Gabrielem Bethlen functus eſt.

Poſtquam itinere continuato in Tranſylvaniæ Albam Juliam appuli ſtatim ſequenti die apud Principem Audientiam habui, ubi peracta Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ ſalutatione ſummam Legationis meæ Principi pavens expoſui, & ſcripto: quod mihi ad manus erat, fuſius comprehenſam ipſi aſſignavi. Qui cum triduo poſt ſatis prolixo ſermone ad ſingula puncta ſeſe mihi coram reſolviſſet, reverſus in hoſpitium ſubſtantialia ejus, quam optime potui recordari, eo quo ſequuntur ordine, conſignavi.

Primo: Ratione Damasdi fuiſſe ad ſe in Tranſylvaniam Paſſam Agrienſem cum Bego Szolnokienſi expeditum, per quos Vezir Budenſis ſignificaverit, reſtitutionem fortalitii cujuscunque & qualitercunque in poteſtatem ſuam redacti eſſe contra religionem Mahumetanam, ideoque ſe Damasdum reſtituere non poſſe, imo ſi reddendum foret, malle exuri, aut diſtrahi funditus jubere. Ipſe porro Princeps exprobrata coram his Legatis inconſtantia Vezirii & Literis fidei ſuæ in memoriam revocatis, quibus ſe ad reſignationem ejus adſtrinxiſſet, & ſiquidem Turcica Natio ſalutem ex operibus bonis ſperaret, quomodo conveniret Vezirio datam ſemel fidem violare, & præterquam quod vicinis Regnis, ac Provinciis redderet eam in futurum ſuſpectam,

se quoque paratam amicitiam eorum prorsus abrenunciare, quod & per Toldalagium Vezirio expresse significaverit. Super quo suo ad Vezirium facto nuntio ubi Divanum, seu Consilium Budæ cogi jussisset, voluit Vezir & Toldalagium illi interesse, jusso ei rem prout in privata Audientia sibi exposuisset, ita & in Consilio publice referre, ubi post diversas multorum Sententias itum est in eam, ut restitueretur quo cognito Vezir recognitionales accepit a Divano, quæ quidem ita sunt illi datæ, quatenus ipse Princeps testaretur, similibus Literis, quod Consilium ipsius voluntate sit inductum ad restitutionem itaque Damasdi resignatio, & hoc fundamento esset in effectum perducta,

Secundo: Retulit Princeps unde sit ante triennium motus ipse Legatos suos ad turcicum tractatum expedire, nimirum ex peculiari nuncio Sacratissimæ Cæsareæ Majestatis, de quo hoc tractatu Sua Majestas primo per Georgium Tatay, deinde per Petrum Gál ipsi nunciasset, eum autem ex Literis meis prorsus Contrarium vidisset, & quod præter omne suum meritum. Legatos suos a me non admissos intellexisset, ideo demandaverit iis indignabundus ut Consilio semper interessent, & invigilarent, nequid Transylvaniæ, & Auctoritati suæ detrimento concluderetur, nihil interim rebus nostris sese immiscendo. Poterant igitur vel tum advertisse Commissarii Suæ Majestatis, fuisse ipsi modum etiam perpetuam pacem cum Turca, quamvis Turcica Gens cum nemine talem colat concludendi, nisi præconcepta de se diffidentia intercessisset.

Tertio: Paratum se effectuare factam cum Cæsarea Majestate conclusionem, si modo impertinen-

tibus

tibus rebus, novisque interpretationibus per Commissarios Suæ Majestatis non prolongaretur, nam hac ratione nec ad messem usque poterit finiri, imo se ad similia neque accessurum ullo modo, volunt siquidem Commissarii etiam illa Bona restitui, quæ non per ipsum, sed per alios fuerunt potentia mediante occupata, cum tamen in simili facto Juris via esset læsæ parti procedendum, quia autem se ipse inscripsisset, nec ea prius modernis Possessoribus posse adimere, quam terminum ipsis præstiterit, & si qui comperti fuerint, nullum contractum cum prioribus Possessoribus habere, paratum sese restituere, ac Anno 1619.

Quarto: Triginta millia florenorum putat sibi deberi quoad præteritum, neque sciret causam, cur Commissarii Cæsarei aliter applicarent Diploma quod ipse Sigismundus Lonyay hac ratione explicasset, priusquam illum cum diplomate illuc expedivisset viderint porro Commissarii, an expediat ferro, quam pace controversiam hanc dirimere, quod tamen Deus avertere velit.

Quinto: Quod de moderno hoc tractatu Turcico Illustrissimam Dominationem Vestram satis tempestive requisiverit, ut proinde tardius putet hominem Illustrissimæ D. Vestræ ad se expeditum.

Sexto: Commodissimam affulsisse nunc occasionem Suæ Majestati atque adeo toti Christianitati, non ea solum, quæ prædecessores Reges in Hungaria amiserunt, sed & alibi, ubique omnia a Turcis recuperandi, respectu cujus Occasionis maluisset ipse rem cum Turca armis potius, quam pace Majestatem Cæsaream composuisse, ob has, quæ sequuntur commoditates, quarum præsens rerum Turcarum Status probet.

Prima: Ve Genti; cujus Rex puer est, talis est autem nunc Turcarum Cæsar.

Secunda: Satis liquet etiam Tartaros aversiores, & minus amicos esse Turcis, quod Turcæ indignationem ob ingentia damna annis superioribus a Tartarorum Sultano Giraj accepta, multorumque Passarum, & insignium virorum cladem etiamnum in animis foveant, unde neque Tartari possunt illis usque adeo esse addicti.

Tertia: Constare sibi præsentem inopiam Ærarii Turcici, & quod modernus eorum Cæsar non potuerit prius inaugurari, quam grandis illa pecuniæ summa, quæ tunc Spaoglanis, & Janizeris, recepta olim consuetudine, debuit erogari, ingentibus curis, & labore fuisset conquisita, maximi autem, & stupendi illius thesauri, qui ab Amurate Sultano cæptus fuerat, olim Constantinopoli ad hæc usque tempora tot victoriis coacervari, & in horto Imperatorum asservatus est, quem quidem thesaurum & ipse Bethlen monstravit illi, quem Patris loco habuerat Gurcsy Mehmet Vezirio, cum Stupore conspexisset, vestigia tantum loci, in quo asservabatur, exstare, Thesauro ad hæc Bella omni penitus consumpto.

Quarta: Progressus, successusque belligerendi ibi potest sperari, ubi a milite Ducibus enixe obeditur, jam autem usque adeo labefactata est Turcarum militiæ disciplina, ut Ducibus necessario ex arbitrio, & voluntate militum sit agendum.

Quinta: Funestissima illa Turcarum clades, quam a Persarum Kazule Anno superiori ad Babilonem acceperunt, famosissimæ illi quondam Cyri Regis potest fere adæquari. Fuit autem Kazul hoc Stratagemate usus. Præmissi, qui Castris Turcarum

ad-

adsultarent, ut si quæ possent interciperent, comperit ex captivis Exercitum fame laborare. Itaque Kazul confestim bis coctis panibus (Peszmet vocant) veneno infectis aliquot centenos Camelos onerari jubet, & Literas ad Babylonios componit, quibus præmissis significabat intelligere se inopiam victus eorum, & proinde missurum brevi sufficientem ipsis annonam. Simulque camelos oneratos subsequi jubet parva manu militum, qui eos ad speciem tuerentur adjuncta. Turcæ doli ejus imprudentes, & prædæ ex interceptis literis certi, occurrunt camelis, iisque facile potiuntur, refugis statim sponte, qui comitabantur, lætique hac præda in castra pergunt, ubi & mox panes in militem distributi Cæterum ut quisque læthalem, neque prævisum bolum sumpsit, continuo languere, & emori, tantaque strages eorum fieri, quanta vix maximo prælio edi potuisset, non latuit hoc Kazul Passam, & ideo dupplici malo afflictis castris Sua castra in conspectum opposuit, & Turcas inopinato suo adventu perculsos majori cæde fugavit.

Sexta: Nunc denuo Turca suas vires in Asiam convertit, omnemque militem, quemcunque habere potest, etiam invitum eo ducit, & sane fieri potest, ut idem sit successus etiam istorum, qui Anno superiore, siquidem non sunt asueti asiatico modo belligerandi, quo ubi utuntur, nec potest illic militem habere, quod Kazul Passa omnia propemodum ejus Regna occupaverit.

Etsi vero non nesciat constare hæc omnia etiam nobis, noluit tamen intermittere, quin & ipse significaret. Ceterum ad horum effectuationem requiri pacem cum Principibus Christianis, quæ ita demum fieri posset, si Friderico, aviticus suus Principatus restitueretur, esto Electoratum possideret Bavarus

rus vita durante, qui tamen eo defuncto devolveretur rursum ad hæredes Friderici. Principes autem omnem militem, quem jam habent, traderent, & assignarent manibus, & Imperio Cæsareæ Majestatis, nec fore diu cunctandum, verum Buda, & alia fortalitia quantocius (quod & facile factu foret) expugnanda, juravitque se parciturum tandem, & ostensurum omnibus, quod sciret inservire Reipublicæ Christianæ. Significavit & illud, posse eo casu se Turcas convocare, & præcipuos eorum trucidare, & vel hac ratione expugnationes fortalitiorum facilitare.

Item facile esset Turcis verba dare, quin imo auderet super eo assecurare Suam Majestatem, quod sub specie Tractatus omnes Regni Hungariæ partes custodiret intactas, interea vero inchoaret apparatus ad bellum.

De his autem omnibus libentissime ageret coram cum Illustrissima Dominatione Vestra, si vero mallemus negotium per Tractatum cum Turcis componi, (quo nos inclinare adverteret quoque) ut id cum commodo, & utilitate fiat, opportet fundamentum Tractatus primum, & ante omnia in restitutione Vaczii poni, quod quidem ipse novit bene, Turcam omnimode retinere velle, & difficulter resignaturum, quin & militem ideo ad Pesthum cogere, verum his omnibus non curatis, ut appareat esse modum etiam vi illud recipiendi, requireretur, ut quamprimum miles circa Jaurinum, vel alio commodiori loco illis opponeretur, nec pertimescendus est hic Turcarum apparatus, siquidem plures milites nusquam poterit habere, neque si arma minetur curandum, imo strenue respondendum, viderit an Vaczium restituere velit, alias non Vaczium, sed majoris momenti fortalitia sese obsessuros, &

una

una cum Vaczio reoccupaturos, ruptaque toties fœdera aperto bello vindicaturos, & quidem hac ratione ſperare ſe & pacem compoſitum, & Vacium cum pagis a Turcis reſtitutum iri.

Habere Vezirium in mandatis, ut pacem hanc perficiat, eſſe illi & plenipotentiam. Cæterum ita limitatam, ut ſine præſcitu Portæ atque adeo etiam Principis nihil faciat, ſcire autem ſe & illud, quod ad primam Váczii mentionem; ſiquidem res eſt ardua quoque, ſtatim conſulturus eſt Vezir Portam, & etiam ipſum Principem, ſe vero nihil eorum intermiſſurum, quo ſincerum ſuum erga Suam Majeſtatem affectum conteſtetur, quæ ad promovendum hoc negotium facere videbuntur, prout, & defacto jam per Toldalagium iſtis rationibus conatur apud Vezirium evincere Vacii reſtitutionem.

Prima: Nihil derogare Turcarum genti, etiamſi Vacium reſtituatur, ex eo: quod ille non ſit talis locus, unde Regnum queat poſſideri, aut retineri, cum ſciamus belli temporibus neque Turcas, neque Chriſtianos impetum magni alicujus Exercitus in eo expectaviſſe.

Secunda: Cum tota Diſceptatio in ejus reſtitutione verſetur, plus damni poterit illis exinde emergere, ſi non reſtituerint, quod Principes Chriſtiani poſitis invicem bellis cum non neſciant, quis ſit jam Turciarum ſtatus, bellum ſint ipſis ultro indicturi. Sermonem de Vaczio Princeps ſic finivit, nimirum deditionem ejus ſibi adſcribi, cæterum ſe id comprobare poſſe cum Domino Stephano Doczy, quod non ipſe, ſed defunctus Palatinus Sigismundus Forgách promiſerit illud Turcis ea conditione, ut ſi aliter cum Turca componi nequiret, poſſit eo caſu Princeps Vaczium illis promittere, conſtat

por-

porro etiam ex eo, quid si Causidicus ille Capitaneus Ztricz illud strenuo defendisset, jam ipse expediverat Posonio copias pro suppetiis ferendis.

Qualemnam habere debeant correspondentiam Commissarii Cæsarei cum Toldalagio, habet is superinde instructionem & mandatum, ut quandocunque poterit, Commissarios conveniat, & illis quæcunque cognoverit, communicet, dummodo fides illi haberetur, cum in similibus sola diffidentia, maxima sit difficultas, & defectus.

De Legationibus peregrinis Deum ipsum advocavit in testem, sibi hoc Anno 1627. nullas penitus visas, nec venisse ab ullo Principum Christianorum, ad se præter binas Regum Daniæ, & Sveciæ Literas, quas ambas in specie mihi legendas exhibuit, Tenor earum talis est: scribit Danus malevolorum opera, & sermonibus spargi de se, quod pacem inscio ipso (Bethlenio) fecerit cum æmulis suis, quod ipse nunquam est commissurus, fuisse ad se quoque perlatum nunciis & fama ipsum Bethlenium pacem cum Imperatore composuisse, id tamen se nequaquam credidisse &c. Rex Sveciæ nihil præter natam sibi ex conjuge sua filiam scribit, & ut in timore Dei educetur, optat. Occasionem porro hujus famæ ex eo putat ortam, quod Cassoviam appulerit servitor suus Capitaneus Quadus nomine, quem tamen ipse necdum vidisset, quapropter satis liqueret vel ex hoc, quam certi adferantur huc ad nos, & spargerentur de ipso rumores, se rumoribus nullum dare locum, dummodo id etiam ex parte Suæ Majestatis fiat, etsi pacem cum Sua Majestate initam nollet habere sanctam, posset singulis diebus deposita Constantinopoli quater centena millia Tallerorum levare, quas sibi a 1. die Novembris tam

per

per literas, quam per oratorem suum, ipsimet Principum Christianorum oratores in propriis personis bis, terve ad summendum obtulerunt. quæ summæ ibidem in numerato habentur, similiter, & Venetiis deposita sibi dici centum millia aureorum, quas quidem summas, etsi ipse bona conscientia posset ab iis levare, siquidem longe plus exposuerit pro illis Principibus, sed cum hactenus a nemine vel teruntium levaverit, nolle hasquoque attrectare, Expenderent itaque boni illi Principes in alios usus. Exacerbatum Hungaricæ nationis animum ob præsentem hanc desolationem, qualiter conveniat lenire Suæ Majestati, se de eo quoque censuram suam adjecisse, ne nimirum insolitis exactionibus, & milite Regnicolæ premantur.

MEMORIALE.

Adverti inter loquendum cum Principe semel, atque iterum dixisse eum, quod Turca sine scitu ipsius pacem non sit facturus, apperuit mili confidenter Vajvodæ Transalpini Secretarius Ladislaus Vitéz viginti mille Turcas sub Capitaneo Passi, Tartaros centum mille, & duas Valachias Transalpinas cum quatuordecim millibus, velle locum quemdam Doangecz dictum ad Borysthenem fluvium, qua Cosaci in mare nigrum trajiciunt, munire, seque ad Bethlenium ea de causa ab Vajvoda missum, quid responsi tulerit, expiscari non potui, id solum dixit, 9. die mensis Junii moturos omnes illos crediderim etiam

Muz-

Muzſinſzkyum Polonum in literis ſuis ad hæc alluſiſſe.

Expectatur a Principe Paſſa Kapuvarienſis, qui a Porta Vexillum Principiſſæ exhibebit.

Eſt & alius Turcicus legatus ibi miſſus in negotio Tractatus quem nondum expectant.

Joannes Bornemiſza nunciat per Dominum Joannem Uſz de illis ſignis, ex quibus datur colligere, quod intendit adhuc Princeps aliquid moliri proinde Illuſtriſſima D. Veſtra, curet rem in tempore.

Dominum Paulum Rákoczy præveniet huc Joannes Uſz ad exponenda illa ſigna Illuſtriſſimæ D. Veſtræ, & pro reſolutione maturanda.

Joannes Bornemiſza promptitudinem in negotio D. Georgii Rákoczy, & de nuntiis Hajdonum ad Rákoczyum.

Petit ſibi literas ſalvi paſſus dari Joannes Mogila Vajvodatus terrarum Moldaviæ, Valachiæ, Tranſalpinæque legitimus, ac perpetuus Hæreditarius.

XXXV.

XXXV.

Relatio Legationis Romanæ, quam obiit Cardinalis Petrus Pazmány Jussu Suæ Cæsoreæ Majestatis apud suam Sanctitatem Urbanum Papam VIII. Anno 1632.

Postquam Majestas sua instanter repræsentasset præsentia pericula, ac necessitatem informandi Suam Sanctitatem, optassetque ut laborem Legationis susciperem, licet ætatem, hyemale tempus, itineris longitudinem obtendissem, imo & illud addidissem vereri me ne labor, & sumptus inutiles evadant. Perstitit tamen Cæsar in Sententia, meamque profectionem omnino necessariam, ac perutilem dixit. Simul & rogavit, ut habito respectu expensarum Belli ac Ærarii exhausti, sumptus itineri necessarios de meo facerem, non defuturam Suam Majestatem, quin futuro tempore vel mihi vel nepoti copiose refundat, quæ erogavero.

Non potui optimo Imperatori denegare, quod optabat, itaque recepi in me laborem, & meo sumptu peragendum, urgebat Cæsar ne morarer, periculi enim magnitudo celeritatem postulabat,; atque ita decem dierum spatio me moturum recepi.

Itaque Viennæ Joanni Petro, & Joanni Stephano Sepesi die 31. Januarii consignavi Tallerorum imperialium viginti tria millia Octingentos nonaginta septem & medium, ut per Concambium Romam mittant, itaque literas dederunt Romam ad mercatores, ut solvant viginti millia scutatorum Romanorum pro unoquoque scuto decem Julios solvendo. Hoc est centum & 19. Talleris soluti sunt centum

scuta-

ſcutati Romani, Varios apparatus pro itinere curavi fieri in quos expoſiti Talleri mille quingenti.

Tandem 19. Februarii poſt meridiem diſceſſi Poſonio. Et ut iter accelerarem, tamen itineris hyemalis difficultas, & equorum fatigio effecit, ut non niſi 13. Martii Tycinium venerim. Inde Lauretum primum 20. Martii, Romam perveni 28. Martii.

Toto hoc itinere Cubicularius erogavit in ſpecie aureos 432. Talleros $1329\frac{1}{2}$ prout ex partialibus conſtant una mecum, & Sacerdotibus fuimus Perſonæ Numero 48. a Tycino hucusque acceſſit Reverendiſſimus Epiſcopus Boſnenſis cum duobus famulis. Equos habui 34.

Die 25. Martii obviam veniens D. Abbas Caſtellinus inter alia majora Cardinalis Barberinus monuit, ne me pro legato Cæſareo nominarem, id enim eſſe infra dignitatem Cardinalitiam, odoratus ſum ego idcirco hæc dici, verebatur ne me Cardinalis Borgia nomine Hiſpaniarum Regis adeat, nam ita ego nomine Majeſtatis libere loquerer.

Ingreſſus ſum Romam comitatus circiter 6. curribus Cardinalium & aliorum virorum Principum, currus omnes ſenis equis trahebantur, & viris nobilibus pleni erant, qui propriis Dominorum curribus vecti deſcendebant de curru ſalutantes me in curru ſedentem nomine ſuorum Dominorum, directe ad palatium ivi cum hac comitiva, veſtitus more iter agentium præter ocreas, Cardinalis Barberini habitationem adivi ibi toga, rocheto, mantello, capucio indutus, per ſcalam ſecretam ab eodem Cardinale Barberino eductus ſum ad Cameram Sanctitatis ſuæ, ter genua flexi per intervalla, antequam ad ſedem pervenirem, poſt oſculum pedis, manus

&

& oris, considere jussus tecto capite, non meo solum sed & Cæsaris, ac Regis Hungariæ nomine officiose salutavi, quorum salutationem amantissimo affectu accepit Pontifex, ac magnam benevolentiæ significationem dedit.

Et licet ego constitutum haberem nihil de publicis rebus in primo congressu loqui, occasionem tamen dedit Sua Sanctitas ut loquerer. Nam cum dixisset impetum hostis in Germaniam retardatum esse, nec ultra proficisci. Respondi inter missionem hanc ejusmodi esse, ut solet febri tertiana laborantium sed certo renovaturum propediem impetum. Duas vero causas esse, ob quas tempore hyemali aliquantum remissius egit Suecus 1. quod herbæ necdum eruperint, nec pro equis pabulum in campis reperiri. 2. Quod Lipsiæ conventum celebrarint de belli sumptibus, & apparatu, deque ratione gerendi belli, sed ubi expedita habebunt omnia non intermissuros, quin resumant impetum. Addidi: tantum ex Episcopatibus ademptis terrarum spatium occupatum esse a Sueco, quantum inter Venetias ac Romam interjacet, aliud ad hæc Pontifex non respondit, quam quod miratus sit tanto tempore tantum occupare potuisse, volasse eos potius, quam iter fecisse, dicebatque hinc apparere, non esse fortalitia munita in Germania, nam & si quæ loca occupata munita videbantur, exiguo tamen spatio fuisse cincta, nec haberi posse pro munitione, ubi quatuor aut quinque militum millia habitare non possint.

Discessi hinc domum. Deinde 3. die Aprilis a Porta populi comitantibus Dominis Cardinalibus & plurimis equitibus ultimo loco inter duos Cardinales Diaconos seniores hoc est D. Cardinalem Barberinum & S. Georgii inter festivas tormentorum ex-

ploſiones ad palatium deductus, ibi a Sua Sanctitate Galerum accepi. Prandio exceptus ſum a primo Cardinale Barberino, poſt prandium ad Suam Sanctitatem deductus converſatione unius horæ ibi peracta, audientiam ad diem 6. Aprilis obtinui. In audientia primum omnium nomine Cæſaris ac Regis Hungariæ Pontificem ſalutavi, literasque fiduciarias exhibui, quas Sua Sanctitas accepit, ſed cum exponere vellem Legationis meæ puncta, interlocuta eſt quærendo an in literis Cæſar legatum me appellet; nam ſi ita appellaret (inquit) nos literas non aperiremus, quia eſt infra dignitatem Cardinalitiam, ut Legationem ab alio, quam a ſede Apoſtolica ſuſcipiant, ſiquidem Cardinales æquiparantur Regibus. Dixi ego exempla exſtare, quibus oſtendi poſſet Cardinales obiiſſe legationes Regum, nedum Imperatoris, neque tamen hanc diſputationem me ingredi velle. Et quoniam Sua Sanctitas dicebat, quod Sua Majeſtas ſcribere debuiſſet negotia quædam mihi commiſſa quæ exponerem, ſubjunxi me nunc id ſolum agere, ut negotia mihi credita a Majeſtate Cæſarea repræſentem Suæ Sanctitati.

Itaque Legationem exponere cœpi conceptis, & in chartam antea relatis verbis, cætera patienter audivit Sanctitas ſua, ubi ad illud ventum, quod motus hos Saxo excitarit ob Edictum ad reſtitutionem Eccleſiæ a Sua S. laudatum, interilocutus magna cum vehementia Pontifex dixit, ſe illud edictum non laudaſſe, quin potius in Conſiſtorio (uti ex Articulis conſtare poteſt) ita ambigue locutum eſſe, ut oſtendat potius edictum illud ſibi non placere, & licet pietatem, ac zelum Imperatoris laudaverit, ſi tamen Secretarii ulterius progreſſi ſint, non ex mente ſua factum. Subjunxit: quod ex reſti-

ſtitutis bonis Eccleſiarum nihil ſit redditum iis, quibus reddi debebant, ſed Principes pro ſe reſervaſſe, & fortaſſe id nunc DEUM vindicare.

Hæc quia rem facti tangebant, nec mihi conſtabat aliud, quam quod in Inſtructione ſcriptum repereram, edictum illud a Sanctitate Sua probatum fuiſſe; nihil ea de re loqui volui, quaſi mutus tacerem, ſed ad reliqua Legationis puncta perrexi, quæ omnia patienter audivit Sanctitas Sua usque dum enumerare cæpiſſem tria illa, quæ a Sanctitate Sua nomine Cæſaris petebantur, tunc e ſolio ſurrexit, & ad menſulam in qua attramentum erat, perexit, dicens: hæc petitionis puncta notare ſe velle, ut ſingula conſiderari poſſint, reliqua, quæ narrationem continebant ideo ſe non repetiiſſe, nam de omnibus informationes certas habebat, ex quibus plura etiam de rebus Germanicis cognoſcat, quam ego. Reſpondi me hoc onere Sanctitatem Suam ſublevaſſe, nam ea, quæcumque dixi ad verbum deſcripta apud me eſſe, & Sanctitati Suæ conſideranda tradere poſſe prout & tradidi. Contentum ſe indicans hoc meo facto, addidit ſe ſcripto non ſolere reſpondere, ſed vero ſcribere conſveverit. Accepta ſcriptura ubi in capite legationis nomen vidiſſet, delevit penna arrepta nomen legationis, perinde eſſe dicens, ſi id nomen non adſit.

Perrexi in enumerandis tribus petitionum punctis & ubi primum abſolvi, debitorum Sedis Apoſtolicæ magnitudinem, expenſarum multitudinem in pauperes, & Populorum famem ſublevandam, atque bella Italiæ exaggeravit, quodque etiam nunc plurimum intereſſe ſolvatur pro expenſis in Germania factis. *Secundum:* Punctum ubi finivi: innitens iterum Pontifex dixit ſe in eo genere plurima huc-

usque fecisse, & nuncio, qui in Gallia est, mandasse, ut nobili Alsato, quem Cæsar in Galliam misit, assisteret, & magna contentione asseveravit, plurima in hoc genere fecisse. Tertium punctum cum exponerem, ostenderemque fœdus hoc Catholicum pure esse contra invasores S. R. Imperii, interlocutus Pontifex, & quid si quis fœderatorum alterum invadit. Respondi in Capitulationibus Confœderatorum hac de re caveri, ut scilicet placida prius media tententur, & ultimo invasores invasus defendat, ostendatque nullo meliore modo posse ex suspicone natos metus, indeque ortas innumerabiles expensas tolli, quam hac confœderatione. Ubi omnia postmodum ad finem usque Pontifex audivisset, suumque affectum erga Cæsarem commendasset, consideraturum se respondit puncta a me proposita.

Deinde digressus ad protestationem Cardinalis Borgiæ magno sensu cæpit narrare, quomodo processisset, et quod vere magnum quid coram Pontifice in Consistorio & simile quid temtasset, si significasset se protestari velle privatim advocatis duobus, tribusve Cardinalibus auditurum fuisse, pænam itaque mereri Cardinalem, nec futurum ipsum nomine Regis Catholici Oratorem. &c. Et quia inter loquendum aliquoties mihi dixerat, *Tu*, *Te; cum alias semper Dominatonem Vestram* nominaverit, excusavit Sua Sanctitas se ita locutum per inanimadvertentiam, licet ex usu sermonis latini. Ego me ad hoc non reflexisse, nec reflectere dixi. Occasione tamen accepta nisi Sanctitati molestum esset, me aliqua circa hoc dicturum, id ubi non molestum sibi fore dixit, subjunxi in illa protestatione, quam sine dubio jussu Regis Catholici fecerat Dominus

minus Cardinalis duo me Considerasse. 1. Sensum illius. 2. Consequentias. Nam imprimis cum in Suam Sanctitatem rejiciatur culpa cladis Religionis in Germania, id ego existimo, non eo sensu solum diei, quo Navarchus perdere dicitur Navim, si non succurrat, & occurrat periculis, sed quantum existimo ita intelligendum: proposuit S. sua, Confœderationibus initis se favere, causam fuisse, quod Rex Galliæ cum Sveco pactus sit, ac primum aliisque modis ipsum juverit ad hos progressus, siquidem eo tempore, quo contra Genuenses Gallus & Sabaudus ivere intercepta quædam Capitula fœderis fuere, in quibus mentio erat de Regno Neapolitano & singulo rehabendo. Postea consignata fuere scripta Nuntii Suæ Sanctitatis qualiter adhuc Anno 1628. strictissimum fœdus inter Gallum & Electorem Bavarum tractarit. In quibus aperte habetur S. Vestræ mentem esse ut dignitas a domo Austriaca transferatur Imperialis. Denique in Mantuana disceptatione inventa etiam scripta quædam de summo fœdere, ex his & aliis indiciis vulgo etiam existimari, & palam ab hæreticis gloriabundis jactari Sanctitatem Vestram depressionem Domus Austriacæ optare.

Dum hæc dicerem, sæpius est interlocuta Sua Sanctitas, dixit enim Libellos famosos, non authentica scripta esse, quæ 1. loco numeravi, posse a quovis quidvis affingi Pinarolam, Rebingam præterea Tolosiam Hispanorum. Et quid curæ inquit aliis si Dominus cujus locus est, illum concedat aliis.

Die 13. habui audientiam apud Suam Sanctitatem 1. Imperatricis Literas præsentavi primum, rogavi facultatem ut possit ingredi monasteria Religiosorum etiam sine marito. Cæsar enim sæpe Con-

filiis, & aliis occupationibus diſtineatur, & interim occaſiones ſunt, ut Sua Majeſtas ingredi cupiat, ſimilis facultas data fuit Annæ Imperatrici, & Reginæ Hungariæ, Sua Sanctitas oſtendit propenſionem. 2. Liieras Suæ Majeſtatis præſentavi in negotio Epiſcopi Viennenſis, & multa locutus de Cardinalibus, reſpondit ſe optime informatum de meritis & virtutibus, optare etiam & gratificari imperatori, & honorare Epiſcopum, cæterum in prima promotione vix fieri poſſe, nam ex aula vellet promovere & item ad Inſtantiam Principum, cum ii ſerviant, nec Sua Sanctitas poſſit aliter rem novare, moris eſſe, Et ut fiant promotiones pro aula, quod hucusque Sanctitas Sua non fecit, primam igitur promotionem pro illis facere vellet, & cum in proxima promotione tres promoverit ad Inſtantiam Suæ Majeſtatis Tremlitium, Palottum, & me, Venetum vero nullum promoverit adhuc, vix poſſe in proxima promotione, ſed poſtea. 3. rogavi reſponſum ad propoſita mea, Sua Sanctitas dixit dies feſtos impediviſſe. Curaturam &c. 4. Addidi quid de motu Sveci ſcribatur. &c.

Digreſſus a Pontifice ad D. C. Barberinum ivi, Literas Suæ Majeſtatis ac Domini Principis Eggenbergh in negotio Epiſcopi Viennenſis tradidi. Egi diligenter, idem reſponſi retuli, reddidi Literas Imperatricis præſertim petitionem, facturum ſe dixit, die 4. miſi ad Cardinalem Barberinum proteſtationem de legatione, ſicut, & ad alios Cardinales, eodem veſpere, & ſequenti mane miſit ad me Cardinalis Sectetarium Boneſtum, & multis verbis ſuadere voluit, nihil vel Cæſari vel mihi derogatum eſſe ex eo, quod Cardinalibus intimatum eſt, ut reſponderent literis a Cæſare tamqu m per legatum

miſſis

miſſis deinde doluit, quod non antea cum ipſo confidenter communicaverim de hac re, quam ſcriberem, ego reſpondi me nullum verbum facturum fuiſſe hac de re, ſi ex intimatione D. Cardinalibus facta iſta Civitas plena non fuiſſet, me pro legato Cæſaris in aula non agnoſci, dixi vero ſi Sua Majeſtas, & ego cogitaſſemus nomen legati male accipendum eſſe, nunquam illo verbo uſuram fuiſſe Majeſtatem Suam, ſed bona fide veterum Exempla ſecutos fuiſſe Secretarios, neque me ullam reflexionem facturum fuiſſe, ſive Cardinales in ſuis literis me legatum nominaſſent, ſive non, prout jam neceſſario facere debebo poſt motam queſtionem.

Cauſa vero cur Suæ Majeſtati ſcribere debuerim fuit. 1. Quia cum tota Civitas plena eſſet, hac fama certo ſciebam per alios ſcribendum ad Suam Majeſtatem hac de re, ac proinde merito Sua Majeſtas mihi indignari potuiſſet, ſi ego non ſcripſiſſem. 2. Quia ego ex devotione, quam Suæ Majeſtati præſtiti, & ratione legationis mihi commiſſæ teneor authoritatem Suæ Majeſtatis defendere. 3. Quia ſiquid in hac parte neglexiſſem, quod a me fieri poſſet non tantum natio Ungarica, ſed multo magis natio germanica ſugillare, imo ſuccenſere potuiſſet, quod Imperatoris ac Regis authoritatem non defendiſſem, & merito habitus fuiſſem nullius neque prudentiæ, neque cordis, cum igitur D. Cardinalis optare non poſſit, ut cum infamia publice odium incurram, boni conſulere debet, quod ſenſum hujus rei oſtenderim.

Suam Eminentiam ideo non præmonui prius quam vel Suæ Majeſtati, vel D. Cardinalibus ſcriberem, quia ſciebam Suam Eminentiam a me optaturam, ut tacerem, et ſi poſt explicatam volunta-

tem ſuam nihilominus perrexiſſem (id quod pro honore meo neceſſario facere debuiſſem) majorem indignationem me incurſurum metuebam.

Quia vero multis mihi ſuadebat, me omnia illa facere poſſe, quæ legati ſolent, reſpondi me non videre cauſam ſi rem concedant, cur non concedant nomen, præſertim cum ego exemplum manifeſtum oſtendere poſſim, quod Romanus Pontifex Cardinalem a Cæſare miſſum legatumCæſaris appelavit.

Poſtea tria a me quæſivit. 1. Ut Proteſtationem, quam nondum ad aliquos miſeram Cardinales non mitterem, reſpondi: id me facturum transmiſeram vero ante Cardinalibus omnibus. 2. Ut agerem negotia Cæſaris, ſicut antea reſpondi ita. 3. An acceptarem literas Suæ Sanctitatis, ſi absque titulo legati me nominaret, reſpondi: quomodocunque ſcribat Sua Sanctitas me accepturum literas. 4. An acciperem literas ab aliis Cardinalibus ſi ſcriberent ſine titulo legati: Reſpondi ante motam quæſtionem me nullam reflexionem fuiſſe facturum quoquo modo ſcribant, jam poſt motam quæſtionem me nullum actum poſitivum facturum ex quo appareret me conſentire, ut officium a Sua Majeſtate mihi datum a quovis adimatur. Ultimo ſubjunxi orare me, ut reſponſum ad propoſita puncta acceleretur, res enim iſtæ moram non patiuntur. Nam cum Rex ſveciæ dicatur velle apropinguare Exerçitibus Suæ Majeſtatis, ut cum illis confligat, forte tarda erunt auxilia niſi maturentur. Deinde & illud dixi intelligere me quod Nuntius Extraordinarius ad Suam Majeſtatem deſtinatus intra biduum moturus ſit, quod ſi Sanctitas Sua per ipſum reſpondet ad puncta a me propoſita non videre me cauſam cur hic expectem, itaque ſi intellexero reſponſum defer-

deferri per D. Nuntium (quamquam dedecori mihi futurum esse sciam quod a me re infecta per alium respondeatur) nullam ego causam hic manendi habeo, ideoque accepta licentia recedam præsertim cum Transylvanus videatur, velle turbare res Ungaricas & Cæsar postremis literis mandat mihi, ut quam primum revertar, cum his responsis abiit sectetarius.

Die 17. Aprilis obtenta audientia a Cardinale Barberino, exposui illi 1. non esse notum, quod Pontifex fædus cum Cæsare iniverit, & exhibui copiam fæderis A. 1546. initi vita a Pauli. 3. Et Cardinales rogando ut considerent, & Sanctitatem Suam inducant ad id faciendum 4 Dixi me audire, quod quidam svadent Suæ Sanctitati ut militem conducat, & mittat in Germaniam, cæterum repræsento suæ Dominationi, id esse nimis tarde, nam tota æstas non sufficit, ut miles colligatur, & mittatur, deinde ob difficultates aliquot, cum alia sit nunc ratio solutionis militis, quam solet esse, magna offendicula forent eatenus milibus, imo occasio tumultuationis, si aliter solvi viderent militibus Pontificis, quam ipsis. Itaque mihi consultius videri si pecunia submittatur. His de rebus discurrendo occasione Literarum, quas ad me scripserat rogavi, ut negotia a me proposita cordi habeat.

Ad duo priora puncta nihil respondit: de Neoburgico discurrit aliquantum, ad ultimum punctum ubi venisset, discurrere cæpit de Veneto motu, & quod necdum sciatur an pacifice res componi possit. Ex quo adverti resolutionem ad postulata Majestatis suæ suspensa esse ab illo eventu, rogavi eundem diligenter nomine Suæ Majestatis, ne hoc tempore tam importuno ad arma deveniatur, sicque abii.

Die

Die 19. Aprilis venit ad me Cardinalis Verespi instantissime rogavit me, ut difficultas de Legatione componeretur, ac sibi ego committerem, ut cum Sanctitate Sua agere possit. Cum non certum sit Cardinalem Papiensem in suis dicere, non posse esse legatos Principum Cardinales, optimum esse, si res ista componeretur. Ego respondi mihi valde dolori esse, quod hæc controversia mota sit, & cum ego jam sciverim, quod mei officii est, amplius hac de re verbum non facturum, donec voluntatem Suæ Majestatis intelligam, & licet nullum actum positivum facere velim, quo ostendam me privatum officio legati Cæsarei, cætera tamen silentio, & dissimulatione præterire velle, scripsi vero postmodum Epistolam de Papiensi sententia, quod & communicavi.

Die 24. Aprilis audientiam habui. In qua oratione de novo habita quid exposuerim, transmissa ad Cæsarem Epistola, ostendit Sua Sanctitas responsum ad tria puncta ex scripto legit. Et cum satis multa de difficultatibus occurrentibus dixissem, rogavi si fieri posset, copiam ejus scripti, sed Sanctitas Sua respondit, non esse moris, ut Sua Sanctitas scripto det responsum. Summa responsi fuit. 1. Optimam sibi voluntatem non deesse juvandi Cæsarem, sed multis expensis in valle Tullina ex occasione Belli Mantuani, ac præsentium motuum Venetorum ita Ærarium ex haustum esse, ut præter illud subsidium, quod præstat, addere amplius non possit, illud tamen continuare velle deinceps quoque. 2. Officia cum Rege Galliæ diligenter finita fuisse, ut ab amicitia Sveci desistat, quæ & imposterum diligenter facienda promisit Sua Sanctitas. 3. Circa fœdus oblatum Sua Sanctitas significaturam se rece-

recepit. Per D. Azolinum cur acceptare hoc fœdus non possit. Tandem multa disseruit Sua Sanctitas. 1. Quod D. Generalis Corduba transiens per Galliam non tractaverit quidquam, cum optime illi ad hoc aperuerint Galli, 2. Circa negotium Venetum multa etiam dixit, quam injuriosum, & præjudiciale foret si portus ille aboleretur. 3. Tetigit etiam oblique licet non nominaverit scriptum meum de legatione, se non incusasse ignorantes Pontifices priores respectu fidei nostræ, sed in agibilibus, & addidit alios Pontifices legatos Imperatoris, ac Regum titulo Excellentiæ allocutos esse se vero solum Vestras Dominationes. Ego hæc silentio transivi, solum rogavi, ut diligentius pericula considerando Sanctitas sua subsidia copiosiora subministret, & conatum omnem adferat, ut Principum Christianorum animi unian-tur, disseruit Sua Sanctitas, quod Hispani Tolosias quærant, &c. Ego dixi me aliud non expetere velle &c. Post multa asseruit Azollinum ad me venturum ibi eundem omnia explicaturum.

Die 26. Aprilis Azollinus venit. De subsidiis eandem contilenam impossibilitatis narravit, quam ego multis impugnavi ita ut ipsemet fateretur, si periculum immineat. Pontifici injuncturum primum. Subjunxi: animarum, & tot Provinciarum periculum agi in Germania. De Galliarum Regis sollicitatione id ipsum repetiit, quod Pontifex dixerat, de fœdere cur a Sua Sanctitate recipi non possit has causas dedit. 1. Quia constitutum habet Sua Sanctitas nulli Principum Catholicorum se hostem facere, nisi ipsa invadatur, et tamen vigore fœderis hujus aliquando obligatum esse posse ad bellum gerendum cum Catholicis. 2. Quia in hoc fœdere & hæretici esse possunt, cum quibus Sua Sanctitas nunquam con-

confæderabit, ficut nec ad eorum defenfionem fe obligare poteft, quemadmodum nec ad Imperiales libertates qua Catholicæ religioni contrariæ funt ut Paffavienfis Tranfactio. 3. Licet Ratisbonenfem Pacificationem per Nuntium procuraverit, tamen pro ejus obfervatione Fidejuffor non fuit, unde de Pinarola non refpondit. Cum Grizonibus autem utpote hæreticis nihil fibi negotii effe circa paffus Rhetiæ 4. nulla caufa eft, ut hanc Ligam Pontifex intret, nifi ut Subfidio profit, hoc vero Subfidium, fi Sua Sanctitas in promptu haberet etiam absque liga præftare vellet, itaque nulla eft caufa ligæ. 6. moris etiam effe, nec vifum ante, at Communicatio fæderis ab aliquo confimili non poftea transmittatur. Sed communciatione habita Confenfu omnium folere Capitula confervari.

Addidit demum fi modus aliquis Confæderationis proponatur, in quo fupradictæ difficultates non fint, & Capitula prius mutuo confenfu tractentur, non detrectaturam Suam Sanctitatem audire & quod optimum judicaverit facere. Ego refpondi Cæfarem ideo Capitulo confenfiffe, quia præfentia pericula moram non patiebantur, nec dubitabat Majeftas Sua in expulfionem Regis Seciæ, & diffenfionem Imperii fummo conatu confenfurum. Cum autem Imperator primus inter Reges Filius Ecclefiæ & Pater ac defenfor Ecclefiæ, multisque vicibus Pontificia Authoritas curis Imperatoris fit afferta, certo fperabat Majeftas Sua Pontificem accepturum occafionem benemerendi de Imperio, fubjunxi vero tractationem Nomine fæderis, qualis proponitur longius nec de hac re tempus requirere Inftructionem me habere, idcirco aliud fieri non poffe, quam quod Imperatori repræfentaturus fim mentem Sanctitatis Suæ.

Ulti-

Ultimo loco propositis plurimis periculis, quæ imminent; (si quod Deus nolit) considerando etiam, quantum scandalum & animarum alienationem parabit, si in extremo hoc periculo deserat Sanctitas Sua Germaniam, rogavi itaque repræsentandum Sanctitati Suæ semel saltem notabilem aliquam Summam submittat, continuando postmodum exiguum illud Subsidium, quod nunc datur, futurum enim ut Catholici vehementer animentur, si Suæ Sanctitatis curam adverterint, si e contra, animum omnes despondebunt, hæretici exultabunt, si nihil addiderit; notabile cogitet Sanctitas Sua rem agi hic de temporali regno, sed attamen animabus ad hæresim pertrahendis, addidi & illud si Sua Majestas deseratur nec aliud medium suppetat, vereri me, ne cum Saxone transigere velit, quando illa Ecclesiastica, quæ possidet, sint apud eum. Id Imperator nunquam sponte facturus erit, tamen ut brachium aliquando amputatur, ne totum corpus pereat ita &c. quod ut Suæ Sanctitati repræsentet rogavi, atque ita post trium horarum tractationem dimisi Azollinum, qui se Pontifici relaturum spopondit, quæ a me audiverat.

Postmodum rursus instanter negotia Cæsaris urgere cœpi, ac oretenus multa cum Domino Thaffero. Deinceps cum Cardinale Barberino tractavi. Scripto etiam Suæ Sanctitati exhibui per Dominum Cardinalem Barberinum 4. Maji Pontifex resolvit mittendum ad me Azolllinum, uti certo allatum est, & Augustæ deditio, & casu To'teri, rursus ad Cardinalem Barberinum scripsi prout sub Litera B. Itaque 10. Maji Azollinus ad me venit, retulit Suam Sanctitatem utrumque scriptum vidisse, ei misereri, ac condolere, me non permissurum, quia significaturus

turus ſit, quod poteſt, *circa Decimarum anticipationem:* uti prius in literis ad Suam Majeſtatem datis expreſſeram, ſe reſolvit.

Circa Ligam reſpondit, non poſſe pro defenſione Imperii, quia in Imperio etiam Hæretici ſunt 2. pro defenſione Italiæ debere fieri, poſtea extendi poſſe ad Germaniæ defenſionem 3. ſine Venetis Sua Sanctitas nolle fœdus inire. Cum Venetis tractari non poſſe, dum adhuc pendeat Controverſia, ſed ea compoſita Sanctitas Sua factura eſt Officia, 4. multas conditiones, & circumſtantias hic conſiderandas, quare non poſſint cito fieri 5. ſine Rege Hiſpaniæ, qui maximam partem Italiæ habet fœdus hoc non poſſe iniri.

Addidit me dixiſſe, non habere me a Sua Sanctitate in commiſſis, ut adferam aliquid in Capitulis fœderis cujus Summam propoſui, ego reſpondi breviter ad hoc poſtremum. Verum eſſe, quod ab initio ego habui nullam Commiſſionem, ut agere poſſim, ſuperveniſſet tamen poſtea reſponſum ad Propoſitum Principis Camelli contra meam cedentem Sententiam, in quo Cæſar tractandi copiam facit.

2. Dixi circa neceſſitatem præſentium Subſidiorum nihil amplius dicere poſſe, quam quod res ipſa palam loquitur, & perſæpe antea repræſentavi rem urgentem eſſe, hic enim moram periculoſam eſſe quidem, qualiterve Sua Sanctitas velit præſtare, maturare opus eſſe nam tempus non feret poſtea.

3. Dixi non videri, quod de ſola ſalute Italiæ cogitaret, cum tamen de conſervandis Principibus Germaniæ deque hoſte remotius detinendo, vel maximam cogitationem habere debere, cum nulla major

jor possit esse securitas Italiæ, quam si hostis procul existens arceatur.

Præterea antequam tractatus novus inchoetur, ac perficiatur, res in Germania finem vel optatum vel adversum sortientur. Exercitus enim vicini moram conflictus a quo expectabunt, eo autem conflictu magna pars prosperæ, vel adversæ sortis expectari potest. Itaque meo judicatu exemplum Pauli III. suggerendum esse, & sine mora rebus Germaniæ prospiciendum esse, interim per otium res Italiæ posse accomodari. Nihil aliud responsi accepi, quam Suæ Sanctitatis Intentionem optimam esse, & quod potest libenter facturam esse.

Postea retuli. Si aliud a Sua Sanctitate ordinatum non fuerit, me ante calores, velle abscedere, Siquidem hic amplius nulla spes superfit negotiationis, velle tamen Pontifici proponere quædam circa statum Ecclesiæ meæ, de quo hactenus nihil egerim. Et constitui, quod crastina die intelligam, quando convenire Suam Sanctitatem possem.

Die 13. Maji in Castello Gandelhutt, ubi rursum pericula & progressus Sveci retuli, nihil tamen inde repositum mihi, nisi Cameræ difficultates longissimo discursu exaggeratas, licet Card. quoque Barberino multis exposuissem. Itaque videns me nihil proficere, significavi me Suæ Sanctitati, me ante calores abire velle, licentiam una tunc accepturum, cum Sua Sanctitas Romam venerit, ad quod tunc nihil dixit, & in silentio probavit.

XXXVI.

XXXVI.

Coronatio Imperatricis Mariæ Conſortis Ferdinandi III. Imperatoris Anno 1638.

Februarii 14. fit Concurſus & Magnatum, & aliorum Statuum in quarterio Palatini hora 7. Matutina. Hora 8. omnes accedunt Aulam Suæ Majeſtatis, unde univerſi comitantur Imperatorem, & Imperatricem ad templum Cathedrale, Regnicolæ conſident in templo in locis pro iisdem aptatis. Cæſar cum Conſorte, & primoribus ingrediuntur in Sacriſtiam. unde primum progrediuntur minoris ordinis Magnates Hungari. Hos ſequitur Director Conſilii Comes Trautmansdorff, quem alii Imper. aulici Heroldi vocati inveſtiti veſtitu ad id antiquitus ordinato. Poſt hos alii Magnates Germani deferunt Clenodia Imperialia: Sceptrum, Pomum, Enſem. Hos ſequitur Imperator inſignitus Corona Imperiali, cui a latere Agrienſis, & Zagrabienſis Epiſcopi. Suam Majeſtatem ſequitur Epiſcopus Varadienſis cum Baculo Pacis vocato. Hunc ſequitur Palffy cum aurea Cruce. Hunc Chriſtophorus Banffy cum aureo Pomo. Iſtum Joannes Homonai cum Sceptro, quem Eſzterházy Palatinus cum Corona, Clenodiis Hungariæ, Palatinum ſecuta eſt Imperatrix Corona Imperiali domeſtica inſignita. Eam ſubſequutæ tres Pedisequæ, quas Hadſirii, & alii Prætoriani Cæſarei cum Conſorte, occupant Majeſtates præoccupatas. Clenodia Hungarica apponuntur altari, fit Miſſa, medio tempore a tergo altaris in loco ad id præparato Imperatrix confitetur, abſoluta confeſſione procumbit ad genua, coram Altari, & ab Archiepiſcopo in ſella ſedente humeortenus coronatur, cui Coro-

nam

nam ei Palatinus adminiſtraverat, ſitque concentus: Te Deum laudamus &c. Tormentorumque, & acclamationum ſonitus. Peracta coronatione redit Imperatrix ad Thronum ſibi ante præparatum, & peracta alia Miſſa participat Sacramentum ab Archiepiſcopo. His actis ordine quo ſupra revertuntur in Sacriſtiam, ubi depoſitis Ornamentis, comitantur ab univerſis Ordinibus in quarterium Imperator, & Leopoldus equo, curru Imperatrix vecta domeſtica Corona inſignita. Prandio aſſident Cæſar, cum Imperatrice, Leopoldo. Nuncius Aulicus, Legatus Hiſpaniæ, Palatinus, Archiepiſcopus, corona coram Imperatrice in menſa locata. Cæſari aquam Palatinus, mantile adminiſtrat Archiepiſcopus. Pocillatorem agit Judex Curiæ. Imperatrici aquam Homonai, mantile Cancellarius. Pocillator Joannes Pálffy. Leopoldo aquam Bottiani, mantile Epiſcopus Jaurinenſis, Pocillator idem Bottiani. Nuncio aquam Syunyog, mantile Erdödi Georgius, Pocillator idem. Hiſpano aquam Erdödy Gabor, mantile Forghach Adam, Pocillator idem. Archiepiſcopo aquam Wolffg. Eſzterhasy, mantile Comes Stephanus Eſzterhazy, Pocillator idem. Palatino aquam Balogh Iſtvan, mantile Veſelini, Pocillator idem. Dapiferi Magnates Hungari.

XXXVII.

Andreæ Szirmay de Szirma,

Accurata Descriptio Citadellæ Cassoviensis suo ductu, Auspiciis autem Emerici Tököli interceptæ.

ANNO C. M. DCLXXXII. 1682.

Posteaquam Palatinæ Rebellionis Complices profugi, tacito Turcarum patrocinio in Transylvania, & intra Turcarum Confinia delitescentes, ductu Stephani Petroczi, Nicolai Forgáts, Michaelis Teleki, & Pauli Vesseléni, auspiciis vero Michaelis Apafi, Principis Transylvaniæ diu tracta, intermissa sæpius Arma invalida ostentassent, ac jam decennio furtim magis, quam specie justi Exercitus Cæsareanos lacessissent, tandem Comes Emericus Tökölly Juvenis admirabili Magnitudine Animi donatus, & eloquio florens, occupatis se Ductore Civitatibus, & Montanis, a vaga illa, & regi nescia Militia Generalis conclamatur: brevique patuit, quantum in sapiente, & solerte Duce situm sit, audaces, acres, & excursionibus feliciores, nullo stemmatis respectu habito Ductores Militiæ præficiens, deque præda proportionate repartienda, Regimini mox uni, mox alteri prospiciens, egit prudentem Patrem familias. Cultu Majestatis venerabilis absque stipendio reddidit eos, ad nutum suum intentos: accurata vigilia, exploratoribus remuneratis, plebe misera favoribus devincta, tutus in hostico, eludebat expedita celeritate Cæsareanorum insidias, simulandi mirus artifex, spe pacis inito Armistitio Hyberna a Cæsare, in Ung, Bereg,

Bereg, & Ugotſa Comitatibus Militiæ ſuæ procurabat, tacite interim Portam Ottomanicam, medio Stephani Pecſi, & Andreæ Radics Ablegatorum poſſeſſione totius Hungariæ tributariæ ineſcabat, nondum præfati Ablegati reverterant, nondum Hymæneum cum Rokocziana Vidua celebraverat, cum Kapoſſini hybernanti, ego quoque pruritu Juvenili me eidem olim Grammaticæ, & Syntaxeos Condiſcipulo, ac ſæpius æmulo aſſociavi. Comiter ſuſceptum a ſecretisque Epiſtolis adhibitum adeo fidelitati ſuæ convictu menſæ propriæ devinxerat, ut conſtantiſſime ad captivitatem demum meam captivitati ejusdem Varadienſi coincidentem, eidem adhæſerim. Paulopoſt dicti Ablegati Conſtantinopoli reduces, reportant, deciſam a Fulgida Porta protectionem Literas Clientelares, vulgo Athname brevi una cum Principatus Inſigniis expediendas, Budenſem Vezirium aperto marte æſtate proxima valida arma juncturum, prævie tamen Tökölio Vezirium Buda adeundum. Inhiabat Turca occupandæ reſiduæ Hungariæ, intentusque occaſionibus dolebat molitionem Palatinam præmature detectam, paucosque illos profugos lactabat jam a decennio, ſed hactenus retrahebatur, a ſubmittenda illis grandi aſſiſtentia, non tam vicennalibus Induciis, quam contemptu latrocinantis illorum militiæ. At mutata ductu Tökölii martis facie territus, Tökölio per Cæſarem placato, modum potiundæ Hungariæ ſibi ereptum iri, vicennales Inducias, biennio demum exſpiraturas, perfide rumpit. Cæſar, ſubaudita Portæ Ottomanicæ perfidia offerebat ſub Armiſtitio metu belli Turcici per Philippum Saponara Plenipotentiarium Tökölio ſpecialem, & ſequacibus non iniquam accomodationem, at Tökölius ſpe Principatus tu-

midus, simulatione amplectendæ fidelitatis Cæsareæ, eundem Plenipotentiarium eludens, prætulit imprudens clientelam Ottomanicam, & quamvis dictus Plenipotentiarius metum Vezirii eidem incutere laboraverit, ille tamen intrepidus in confusionem incusatæ apud Portam levitatis suæ, nec petita fidei cautela, cum splendido Aulæ suæ comitatu, Budam proficiscitur, cum applausu Tormentorum magnifico exceptus. Triduo ibidem Conferentiis, epulis, & celebrium Thermarum Balneis insumpto, ad Hyberna sua redux, deque Subsidio Vezirii securus, Armistitio, Sponsalia Munkátsini cum Rákocziana celebrat. Consultanti demum cum secretorum arbitris de promovendo bello, dum fere unanimiter Confiniorum oppugnatio, & ex eo, quod & mens Budensis Vezirii, eo inclinasset, & deditio facilior secreta quorundam cointelligentia speraretur, placuisset. Ego Citadellam Cassoviensem primum, & ante omnia occupandam suasi, qua capta brevi secuturam non modo Urbis Cassoviæ deditionem, sed & totius Superioris Hungariæ adhæsionem. Patuit quippe prioribus Botskaianis, Bethlenianis, & Rakoczianis motibus dedita Cassovia Superioris Hungariæ Capite, reliqua Fortalitia fere omnia ultro fortunam Cassoviæ sequuta. Statum Citadellæ triennio Cassoviæ apud Prothonotarium extracto, scientia Architecturæ militaris Francofurti, ad Oderam comparata, cognitum habui. Erat Citadella quinque Angularis ad normam modernam regulariter extructa, nec Tormentis ob ingentem Valli latitudinem, nec Cuniculis ob fossatum aquosum, nec Granatis ob casas armatas, nec igne ob fornicata ædificia, nec proditioni ob Cæsareum, exclusis Civibus, præsidium facile obnoxia. Cæterum adverteram ea

parte

parte ejusdem Occidentali nec viam coopertam, palis præstructam, nec fossatum ibidem perfecte excavatum, consideravi murum inferioris valli vicem supplens, scalis margini elevato applicatis transcendi, & superius vallum arenosum, eoque minus acclive conscendi haud ægre posset. His in consulatione illa per me remonstratis, ac objectis difficultatibus solutis, dum me auctorem illius exequendi obtulissem. Tökölius consilium meum non a temeritate juvenili, sed digesto animo profectum metiens, exspirato Armistitio mandat Georgio Hársáni, & Davidi Petnaházy equitum, ac Petro Madáts peditum Colonellis omnem Cæsareanis additum Cassoviam sepiendum, qui jussa exequuti Comitem Herberstainium designatum Urbi, Neo-Commendantem aliquot officialibus, ac centum quinquaginta gregariis stipatum, Eperjesino Cassoviam festinantem, circa initium Julii 1682. intercipiunt, quorum liberandorum causa, præfatus Plenipotentiarius Saponara, Patakino Castra Tököliana ad sylvas Ujfalu posita adiens, subolfacto, tentandæ Citadellæ conatu datos sibi Eperjessinum comites auro devinciens Cassoviam deflectit, ac Commendantem Lambium intentionis nostræ præmonet, qui derivata in fossam Citadellæ majori aqua securus, dum eandem copiosiore ex Urbe præsidio firmandam differt, aut negligit, Tökölius me nudiustertius Cassoviam prætextu certæ Ablegationis Munitionem Citadellæ ab Anno non visæ jam contemplantem, ac nullum obicem referentem, cum mille Peditibus, & trencentis Equitibus dispositioni meæ parere jussis, 18. Julii vespere in Noctem inclinata e Castris in sylvis Ujfaluensibus cum Benedictione expedit. Nocte illa via Szalantziensi, emensis duobus milliaribus sylvam Széplaki-

no vicinam ingressi Equitibus quaqua versum pro custodia dispositis triginta, leviores trium orgiarum scalas per 8. Molitores cum terebris, & securibus eum in finem assumptos fabricantes tota die lactandi eosdem Thesauro Cæsareanæ Militiæ in Citadella asservari solito, substitimus. Sole demum occidente eggressis nobis, & Széplakinum transeuntibus, retulerunt Incolæ Cassovia sub vesperum reduces, aquam in fossatum Citadellæ magna Cæsareanorum industria derivatam. Quo rumore perculsi Pedites sclopos suos madente pulvere inutiles futuros causati, discessum parabant. Paulo Semsei eisdem adstipulante; ac me ab evidenti pernicie serio dehortante; quibus dum non Sclopos, sed Gladios usui futuros demonstrassem, meque præiturum obtulissem, ductores Peditum, animatis reliquis me Ducem sequuturos conclamant. Tandem scalis curribus Széplakiensium impositis, superato Fluvio Hérnád Pagum eundem alluente, hora noctis undecima ad jactum Tormenti Citadellæ appulimus, dimissisque curribus dedi ordines Equitibus collem Urbis occidentalem circumeundi, ac auditis sub insultu nostro explosionibus, suburbium Septemtrionale magno Tympanorum, ac Tubarum clangore invadendi, Stephano vero Cassai peditum uni Ductori commisi molendinum orientali Citadellæ fossato contiguum sub insultu nostro larvato impetu aggrediendum. Quibus dispositis, reliquis insultum mecum facturis clamorem, & Scloporum ante ingressum explosionem serio inhibui. Demum levatis scalis, ac duobus selectis Ductoribus lateri meo applicatis, sensim progredientes duodecima noctis ad unius Musquetæ jactum Citadellæ approximavimus, cum solitus in Urbe, & Citadella Tympanorum strepitus tantum

igna-

ignaris peditibus incuſſit terrorem, ut ſe perditos rati receuum pertinaciter urſerint, informati per me de ſolita illius horæ vigilia, ac juſſi in documentum inanis metus quadrantem horæ ſubſiſtere ægre potuerint. Ceſſante ſtrepitu, alta quiete jam alter horæ quadrans ſonuerat, adhuc tamen progredi recuſantibus, poſtquam irritum imminente diluculo conatum noſtrum futurum remonſtraſſem, ægre tandem perſuaſi, annuunt, ducerem. Tacite itaque progreſſi, in ipſa via cooperta per vigilem animadverſi, dum ſciſcitantem ſilentio excepiſſemus, illius in nos exploſione excitato, Tympanorum Cæſareanorum ſtrepitu, foſſatum cum ducentis circiter peditibus me intrepide ſubſequutis umbilico tenus madidus Coturnos aqua laxatos emmitens emetior, in ipſoque margine allatis ſeptem duntaxat ſcalis, plures pedites, & ſcalas præſtolans ſubſiſto. Cumque tam ex orientali Citadellæ parte centum illorum peditum inconditus, exploſionibusque intermiſſis clamor, quam & Equitum per ſeptemtrionale Suburbium irruentium, Tympanorum, ac Tubarum clangor, prout & reboantium ex adverſo Tormentorum fragor omnia compleviſſet, paucis confluentibus, Colonello noſtro, & nonnullis metu ſibilantium Musquetarum diſſipatis, præſentes animans, ſeptem illis ſcalis murum pari felicitate ſupero ſubſequutis peditibus, Commendans Citadellæ, animadverſo periculo, aliquot comitatus Gregariis accurrit, datoque ex ſuperiore vallo in nos igne viriliter repellere nos conabatur, at globo noſtro trajectus reliqui difugiunt. Conſcenſo itaque certatim vallo præſidiarios metu jam exangues latebris vitæ ſuæ conſulere volentes, obvios quosque pedites noſtri trucidant, in illo furioſo impetu ipſemet nudipes a

quibusdam non agnitus rapior. At commode a ſuperveniente Ductore Nicolao Patkö lupina ſua pelle pro futura ſecuritate me honeſtante eripior. Illo proinde, ac Michaele Kotſis, & Adamo Nagy Ductoribus ſtipatus, circumeo ſecurus vallum, captis octo gregariis, cum ex caſa armata propugnaculi Leopoldini directis in nos aliquot Musquetarum ictibus, Adamoque Nagy brachio leviter læſo iteratum vitæ diſcrimen adeo, nunciata illis medio captivi vitæ gratia, triginta eggreſſos inermes protexi domo incluſos Perſcrutatus, demum reſiduas caſas armatas, & reliquos angulos, nemineque armato, & reſiſtere auſo reperto, mando portam meridionalem aperiendam, ac ibi latitantes aliquot gregarios ægre protectos, vita dono. Occiſi in Citadella una cum Commendante ſeptuaginta octo, capti præter mulieres, & pueros, quos ſexus, & ætas protexit nonaginta ſex, ſaltu reliqui Urbem verſus profugerant: nos unum Vexilliferum, duos Decuriones, & 5. Gregarios amiſimus. Tantillo impendio Fortalitium illud ſumptuoſum induſtria decennali munitum, ſpatio unius horæ 20. Julii expugnatum, aperta porta, intromiſſisque reliquis peditibus e Leopoldino, & Claudiano propugnaculis ſex majoribus tormentis, quorum primo fulmine Urbi occupatio Citadellæ innotuit, cœpimus jaculari. Tökölius de capta Citadella veloci Curſore certioratus, eadem die circa meridiem cum equitatu impedimentis, ac peditatu ſubſequi juſſis advenit, meque ad caſtra prope Citadellam ad Fluvium Hernad locata miſſis, propriis cothurnis evocat, collaudatumque, ac promiſſis onuſtum Commendantem Citadellæ conſtituit. Occiſis in Citadella humatis, captivis ſervitia Tökölii amplexis, deditionem medio

Tubi-

Tubicinis Urbis tentat, repulſamque paſſus tormentis citadellanis Urbem quatit. Perlato enim demum tam in Scepuſium adventantis Cæſareani Exercitus, quam Onodinum appropinquantis Budenſis Vezirii rumore Onodinum Valentinum Nemeſſani pro accelerando Vezirio Scepuſium, Stephanum Petroczi cum tribus Equitum Regiminibus pro remorando Generale Straſoldo expedit, Jam 3. hebdomadæ inter minus noxios contrariorum Urbis, & Citadellæ tormentorum fragores, ſpei ab utrinque, & metui inſumptæ erant. Cum recedentis Noviſolium verſus Cæſarei exercitus, appropinquantisque Budenſis Vezirii fama metum omnem eximit Tökölio, qui dedendæ Urbis gloria, ſolus potiri malens, iterato oblatis largiſſimis conditionibus, notificato Cæſareanorum receſſu, exaggerataque Turcarum rabie deditionem urget, verum iteratam a Commendante, de ſuccurſu Straſoldano affidato repulſam patitur, undecima tandem Auguſti copiæ Budenſis Vezirii majorem quam pro numero ſpeciem ferentes in conſpectum Urbis innumera expandunt tentoria, & poſteaquam ſequenti die illatis Citadellæ 4. Mortariis, aliquot granatas Urbi injeciſſent, ac ſubſecuta nocte obſidionales foſſularum Approche vias aperuiſſent, obſeſſi Nobiles ac cives objecta Commendanti vana lactato ſuccurſus fiducia, exprobratoque omnium præſertim vero uxorum, ac prolis periculo, ſuadent cum Tökölio, & non Vezirio paciſcendum, perſuadere vero nequeuntes, ſumpta audacia areſtatis officialibus Præſidiarios diſarmant, pactique per exmiſſos Ablegatos omnimodam ſecuritatem, Vezirium Budenſem ſuaſu Tökölyi triginta mille Talleris, Nobiles, inter ac Cives proportionate ſubrepartitis, demulcentes, Urbem 14. Auguſti Tökölio

reſi-

resignant. Dedita Cassovia Eperjesinum, Leutsovia, Tokainum, Szadvarinum, ac tota Superior Hungaria, exceptis 5. duntaxat Fortalitiis adhæsit. plausibilem sequenti die Tököli libertatum Restauratoris salutati, Cassoviensem ingressum furiosus peditum Hungarorum, inermes quosdam obvios Cæsareanorum invadentium tumultus excepit, quem nisi mature Tökölii Equum conscensi, hæroica præsentia sedasset, non de Cæsareanis solum, sed & de Civibus adminus locupletioribus naud dubie actum fuisset. Causam tanto tumultui enectorum, & adustorum nonnullorum peditum pyrium Pulverem in propugnaculo quodam incautius attrectantium, miserabilis conspectus, ingeniosæ Cæsareanorum fraudi a Sociis temere imputatus præbuerat, quo sedato Tökölius eadem die cum sexcentis præsidiariis Cæsareanis servitiis ejusdem sponte adhærentibus, Urbe egressus, delegatis Andreæ Keczer, & Stephano Szirmai Commissariis suis Templa Evangelicis restituenda, Jesuitas expellendos, Magistratum Evangelicum cum Avitis privilegiis restaurandum, Commendantem, & nonnullos cameraticos olim officiales, cum ducentis Præsidiariis Cæsari fidelioribus, sine signis, sineque armis ad Limites Poloniæ innoxie deducendos, Commendantem urbis installandum, ac reliqua necessaria in ordinem redigenda impenderat: ipsemet Budensem Vezirium Filekinum obsidere, festinantem prævenire, illudque Fortalitium furori Barbarorum præripere cupiens, a commendante Stephano Kohario repulsam passus post captum demum per Turcas Filekinum, a Budensi Vezirio in campo Fülekensi, Vexillo, Ense, & Pileo Principatus Insigniis Constantinopoli transmissis, redimitus, solemniter Princeps Hungariæ declaratur.

Quo-

XXXVIII.

Quorum Regum Privilegia ſerventur, & quorum non, ac Regum Hungariæ nomina ſeriatim deſcripta, ſive Vitæ Regum Hungariæ, qui Decreta vel Privilegia ediderunt; a S. Stephano I. usque ad Ferdinandum I. Ex Opere Quadripartito Parte I. Titulo 41. Autore Paulo de Gregoriancz.

Operæ pretium autem eſt, exinde videre, quorum Regum Hungariæ Privilegia ſerventur, & quorum non? ut autem tractatio talis dilucidior fiat, commodum admodum viſum eſt, eodem contextu omnium ipſorum Regum Hungariæ nomina ab illo primo Protho-Rege, & Apoſtolo Gentis Hungaricæ Beato Stephano ad hæc usque tempora hoc loco denotari. Neque vero ejusdem Gentis Principum Attilæ illius vaſtatoris Orbis, ac Arpád, Zabólcz, Leel, Toxis, & aliorum id genus multorum memoria videtur neceſſaria, eo: quod illi ritu adhuc paganismi involuti, Privilegia non in membranis ſcripta, ſed armis, Trophæisque continuis victoriis parta, & perpetuo duratura poſteritati reliquerunt, vel hoc ipſo æterna digni memoria, quod ſanguine ſuo hanc Patriam nobiliſſimam Genti Hungaricæ acquiſiverint.

Stephanus Primus Filius Geyſæ, Filii Toxis præfati primus e Chriſtianis Rex Hungarorum, natus eſt

eſt Strigonii Anno Domini 969. a quo tempore cum regnare cæpiſſet, Sacrâ tamen Regni Hungariæ Corona, vel Diademate, quod etiam nunc exſtat, coronatus exſtitit Anno Domini 1001. obiit Anno Domini 1038. qui fuit Triceſimus Septimus Regni ſui, ſepultus in Alba-Regali; habuit filium Emericum, qui in juvenili ætate, obiit Sanctorum cathalogo adnumeratus. Hujus glorioſi Regis Privilegia, ſi quæ uſpiam exſtant, ſervantur; tametſi ipſe potius incremento Fidei Chriſtianæ, & Regni, quam dandis Privilegiis operam impendiſſe in Regno adhuc noviter plantato creditur.

Petrus Alemanicus, ſeu Teutonicus, filius Vilhelmi ex Sorore Sancti Stephani Regis genitus, electus per Regnicolas in Regem ob gratam memoriam ipſius Domini Regis Stephani, regnavit poſt ipſum Beatum Stephanum in toto annis ſex, cum ob ſævitiam, & tyrannidem anno ſui Regni 3. pulſus, & deinde iterum poſt tres annos beneficio Henrici Imperatoris per Hungaros acceptatus, & reſtitutus fuiſſet, qui tandem cum eadem ſævitia Hungaros infeſtaret, dumque verſus Auſtriam fugam iniviſſet, fuit captus, & obcæcatus, & ad Regem Andream deductus, ac præ dolore mortuus. Hic ſepultus Quinque-Eccleſiis in Eccleſia, quam ipſe in honorem Sancti Petri illic fundaverat. Hujus Privilegia etiam, ſi quæ exſtant, non obſervantur, nec valida habentur.

Abba Hungarus Sororius S. Stephani pulſo Petro Rege, fuit electus in Regem, & coronatus, regnavit annis 3. donec Petrus reſtitueretur. Hic quoque Abba crudelis, & injuſtus, tyrannus potius quam Rex, poſtquam contra Henricum, & Petrum multa egiſſet, Auſtriamque, & Carinthiam multis

Plagis

plagis afflixiſſet fuit poſtea propter crudelitatem a- ſuis occiſus, prope Tibiſcum Amnem, ſepultus in Monaſterio Sár. Hujus quoque nulla ſervantur Privilegia.

Andreas Primus Albus dictus filius Calvi Ladislai Patrui olim beati Stephani, poſtea regnavit legitime electus, & coronatus Anno 1047. Ipſe enim Calvus Ladislaus Patruus Beati Stephani tres habuit filios, hunc videlicet Andream, Leventam, & Belam, qui omnes tempore præſcriptorum tyrannorum in Polonia latuerunt, ſed Leventa eſt cito mortuus, Andreas cum regnaſſet annis fere 13. ac Salamonem, & Davidem filios genuiſſet, tandem in Bello contra fratrem Belam geſto occubuit, ſepultus in Tihány. Hujus Privilegia ſervantur.

Bela Primus Frater ipſius Andreæ Regis, poſt Andream regnavit tribus annis, habuit tres filios, Geyſam, & Ladislaum in Polonia genitos, & Lampertum in Hungaria. Hic perſecutus eſt vehementer Salamonem, filium Andreæ prænotati, tandem corruente Solio, in quo erat, cæpit ægrotare, & mortuus eſt, ac in Monaſterio Sexardienſi, quod ipſe conſtruxerat, ſepultus. Hujus quoque Privilegia ſervantur.

Salamon filius Andreæ Albi poſt obitum Belæ regnavit annis undecim, hic cum Geyſa, & Ladislao Patruelibus ſuis adhuc Ducibus Nandor Albam Imperio Hungarico adjecit, tandem ab iisdem fratribus fugatus, Regnoque exutus, inglorius in habitu Religioſo dicitur occubuiſſe. Sepultus in Pola Civitate Iſtriæ; hujus nulla Privilegia ſervantur.

Geyſa primogenitus præfáti Belæ primi, frater S. Ladislai, pulſo, ſed adhuc vivente Salamone regnavit annis tribus, genuit duos filios Colomanum,

&

& Album, sepultus est Váczii. Hujus Privilegia servantur.

Sanctus Rex Ladislaus filius ejusdem Belæ I. frater denotati Geysæ, demortuo Geysa, & pulso adhuc vivente Patruele suo Salamone, regnavit annis 19. sepultus Varadini. Hujus Privilegia rarissima observantur semper; decessit autem sine prole, & Hærede Anno Domini 1095.

Colomanus Filius Geysæ, turpis quidem corpore, Luscus, Gibosus, Claudus, & Blæsus, sed magni spiritus; hic primum fuit Episcopus Varadiensis, sed deinde per dispensationem Apostolicam successit S. Regi Ladislao, & Universam Dalmatiam, occiso in Montibus Modrósy Petro Rege ejusdem, Regno Hungarico adjecit; hic ducem Almum, Filium Lamperti filii Belæ primi, filium que ejusdem Belam infantulum excæcavit; habuit filios duos Ladislaum, & Stephanum, obiit Anno Domini 1114. sepultus in Alba Regali; hujusque Privilegia observantur firmiter.

Stephanus secundus Colomanni præfati filius successit Patri, regnavi annis circiter decem, & octo; periit dissenteria sine Hærede anno Domini 1131. sepultus Varadini, hujus privilegia servantur.

Bela secundus Cæcus appellatus filius Almi Ducis filii Lamperti, filii Belæ 1. Regis, regnavit post Stephanum annis novem, Menses undecim, dies duodecim. Hic fuit optimus Princeps, genuit quatuor filios Geysam, Ladislaum, Stephanum, & Almum, obiit Anno Domini 1141. sepultus in Alba Regali; Privilegia hujus ubique observantur.

Geysa Secundus primogenitus ipsius Belæ cæci, regnavit post eum annis 20. Mensibus 3. Diebus 15. genuit filios quatuor, Stephanum, Belam, Ar-

pad,

pad, & Geysam, obiit anno Domini 1161. sepultus in alba Regali, Privilegia istius ubique servantur.

Stephanus III. qui ejusdem Geysæ II. fuit filius, post, Patrem regnavit, & multa contra Venetos in Dalmatia, ac contra Emmanuelem Imperatorum Græcorum gessit, multa perpessus a Ladislao, & Stephano suis Patruis, filiis videlicet Belæ cæci, tandem exterminatis iis, cum regnasset annos 11. Menses 9. Dies 3. decessit sine Hærede Anno Domini 1173. sepultus in Ecclesia Strigoniensi, hujus Privilegia servantur.

Ladislaus secundus Filius Belæ cæci, vivente adhuc Stephano usurpata Regni potestate potitus Sex Mensibus imperavit, mortuus est Anno Domini 1172. Albæ sepultus; cujus privilegia non servantur.

Stephanus quartus Ladislai Frater, & Belæ itidem cæci filius, mortuo eodem Ladislao, & vivente adhuc Stephano III. usurpta corona potitus est ea quinque Mensibus, tandem a Stephano III. acie victus, in Castello Zemlin mortuus est, eodem anno quo & Stephanus tertius, 1173. sepultus in Alba Regali. Hujus quoque Privilegia non servantur.

Bela III. Stephani III. Frater, Geysæ itidem II. Filius — post Stephanum regnavit. Hic est ille, qui adhibita speciali cura Fures, & Latrones ex Hungaria exterminavit. Hic superstitibus Filiis Emerico, & Andrea Regni sui anno Vigesimo Tertio, Mense uno, ac die decimo nono e vivis excessit Anno Domini 1196. sepultus in Alba Regali, hujus quoque valida sunt Privilegia.

Emericus Filius ejusdem Belæ III. deinde regnavit, & cum fratre suo Andrea decertans Victor

eva-

evasit, genuit filium Ladislaum, deinde cum regnasset annis octo, Mensibus septem diebus sex, e vivis decessit, Anno Domini 1204. Agriæ sepultus. Hujus quoque Privilegia servantur.

Andreas II. Hierosolymitanus dictus Frater Emerici, Filius, & ipse Belæ III. successit in Regnum regnavit annis 30. genuit filios de prima Uxore, Belam, Colomannum, & Andream, & filiam Sanctam, Elisabeth, de secunda vero Uxore filia videlicet Marchionis Esthensis genuit Stephanum fratrem Andreæ Tertii. Hic est gloriosus ille Princeps, cujus tempore laudabilis præclaraque Libertatis Nobilium Regni Hungariæ Prærogativa, qua generaliter usque modo funguntur, & gaudent, in scriptis declarata, per modumque Decreti, & Constitutionis generaliter roborata exstitit. Quamvis enim regnante adhuc ipso Sanctissimo Proto-Rege Beato Stephano, & aliorum quoque Regum temporibus multi fuerint in hoc Regno Nobiles, conditionaria tamen quadam servitute, collectarumque ex parte Colonorum suorum solutione, Regibus ipsis obnoxii erant, atque tenebantur, a qua per hunc primum Andream Regem ipsi Nobiles, qui eotum Servientes dicebantur, exempti fuerunt, atque omnimoda libertate donati, & propterea cuncti Reges Hungariæ usque in præsens tempus, priusquam Sacro Regni Diademate insigniantur super observando, prout supra quoque annotatum est, Decreto, & constitutionibus ejusdem Andreæ Regis, Prælatis, ac Baronibus, & Magnatibus, Proceribusque, & Nobilibus Regni hujus Juramentum præstare consueverunt. Hujus Andreæ Regis privilegium quoddam in monte Tábor, ubi Deus, & Salvator noster transfiguratus est, super quadam possessionaria collatione

ema-

emanatum, hac etiam tempeſtare in Comitatu Hontenſi habetur. Iſtius ergo Regis Litteræ, cunctaque Privilegia valent, & ſemper obſervantur. Mortuus eſt Anno Domini 1235. ſepultus in Cœnobio Egres.

Bela quartus prædicti Andreæ II. filius poſt Patrem regnavit, multis afflictus incommodis, ejus enim temporibus Hungaria per Tartaros devaſtata fuit crudeliter, genuit duos filios, Belam, & Stephanum, ſed Bela ante Patrem obiit, Stephanus Patri ſucceſſit. Moritur Bela Anno Domini 1275. ſepultus Strigonii apud fratres Minores, ejus Privilegia obſervantur.

Stephanus V. filius Belæ IV. regnavit annis duobus genuit filium Ladislaum, & filiam Mariam, quæ fuit nupta Catolo Claudo Regi Siciliæ, ex qua ille genuit Carolum Martellum. Is Stephanus obiit 3. Regni ſui Anno ſepultus in Inſula Budenſi, hujus Litteræ, & Privilegia tempore Ducatus ejusdem Stephani, qui ſe minorem Regem Hungariæ, & Ducem Tranſylvanienſem jam ab Anno 1270. intitulari faciebat, confecta, & emanata, non ſervantur, niſi forſitan poſtea ipſo, Regni gubernacula juſte ſuſcipiente, & poſſidente, fuiſſent per eum confirmata.

Ladislaus Tertius filius Stephani quinti, qui Kun Láſzló nominatus eſt, poſt Patrem annis regnavit circiter 14. coronatus Anno Domini 1276. hic Anno Domini 1290. prope Caſtellum Kereſztſzeg a Cumanis miſerabiliter eſt interfectus, deceſſit ſine herede, ſepultus Cſanadini, hujus Privilegia ſervantur.

Andreas III. Venetus cognominatus ſucceſſit Ladislao per electionem Regnicolarum Hungariæ.

Hic fuit nepos Andreæ II., regnavit Annis 10. Decessit Budæ sine herede Anno Domini 1301. sepultus in Claustro S. Joannis apud Minores fratres, Litteræ ipsius Andreæ non servantur, exceptis illis, si quæ per Dominum Carolum Regem, immediatum ejus legitimum successorem annulari sigillo suo in cera rubra, in quo habetur Littera K. circa imaginem a parte dextra pro sigillo confirmitionis apposito, fuissent confirmatæ, nam tales ubique servantur.

Venceslaus, quem Hungari Ladislaum quartum vocarunt, filius Regis Bohemiæ, per quosdem ex Dominis Hungaris fuit introductus, post mortem vero Andreæ III. Regis, contra præfatum Carolum puerum filium Caroli Martelli, pronepotem Stephani quinti, qui adhuc puer annorum duodecim, per quosdam vivente adhuc Andrea fuit itidem in Hungariam deductus. Hic Venceslaus, cum fere annis tribus regnasset, propter dissensiones relicto Regno, fuit per Patrem reductus in Bohemiam. Anno Domini 1303. hujus litteræ non servantur.

Otto Dux Bavariæ similiter per factiones quorumdam Dominorum Hungarorum post reductionem Venceslai inductus fuit Albæ coronatus, regnavit annis fere 3., sed per Ladislaum Vajvodam Transylvaniæ fuit postea captus, spoliatus & turpiter e Regno pulsus, hujus litteræ non servantnr.

Carolus Puer præfatus, Caroli Martelli filius unanimi consensu tandem Dominorum Hungarorum, post reductionem Venceslai, est in Regem Hungariæ coronatus Anno Domini 1310. habuit plures filios, qui ante eum mortui sunt, postremo genuit Ludovicum, Andream, & Stephanum, regnavit annis 32. In Alba Regali sepultus. Is Carolus tria sigilla habuit, quorum duo priora, per eundem fuerunt

revo-

revocata, & Privilegia ſub iis emanata non ſervantur, niſi per tertium poſterius fuiſſent roborata. Quod quidem tertium ſic agnoſcitur; ut ex duabus partibus Clypei in area ſigilli exſculpti, in quo videlicet ſigillo dupplicata Crux continetur, ſunt duæ Figuræ Draconis.

Ludovicus I. Filius Caroli præfati, ſucceſſit Patri, coronatus eodem anno, quo Pater mortuus fuerat, 1342 regnavit Annis 40. & aliquanto plus. Hic ſibi Regnum a Patre relictum, potenti brachio, & bono conſilio rexit, defendit, & amplificavit, omnium Regum Hungariæ ſua virtute bellica præcelluit: Hæredes Maſculinos non habuit, ſed filias genuit Mariam, Hedvigem, & Catharinam, obiit Anno Domini 1382. Is Rex duo ſigilla habuit, quorum primum in Partibus Uzuræ, & a Reverendo Domino Nicolao Archi Epiſcopo Strigonienſi Cancellario ſuo per aliquos ſubtractum non tenet, niſi per ſecundum novum fuiſſent Litteræ ſub priori ſigillo editæ, poſtea confirmatæ; ſub quo novô ſigillo, tam Litteræ ejusdem Regis Ludovici ſub ipſo priori figillo ſuo confectæ, quam etiam Domini prædicti Caroli Regis Patris ſui, ſub prioribus ſigillis ſuis caſſatis emanatæ, per appenſionem ejusdem novi, ſeu ſecundi ſigilli fuerunt tandem, cum expreſſa, & inſerta confirmationis Clauſula confirmatæ, & tales ubique ſervantur. Breviter igitur Privilegia ipſius Domini Ludovici Regis ab Anno Domini 1364. usque ad obitum ſuum, videlicet Annum ſalutis 1382. confecta, robur ſortiuntur firmitatis, ſed priora non valent, niſi fuiſſent modo antelato poſtea confirmata, Clauſula autem confirmationis prædictarum Litterarum priorum, poſterioribus inſeri ſolita erat talis: Ad perpetuam rei me-

moriam. Nos Ludovicus præfatus Rex, Univerſis declaramus, quod ubi in Regno noſtro Bosniæ innumerabilis multitudo Hæreticorum pululaſſet in errorem Fidei orthodoxæ, & ad exſtirpandum quoque de ipſo Regno noſtro eosdem ex una parte, nos perſonaliter inſtaurato valido exercitu proficiſcebamur, ex alia vero parte, venerabilem in X. Patrem Dominum Nicolaum Archi-EpiſcopumStrigonienſemCancellarium noſtrum, penes quem utrumque par ſigilli noſtri authentici habebatur, & Virum Magnificum D. Nicolaum Palatinum, cum cæteris Prælatis, Baronibus, & Regni noſtri Proceribus in Uzuram deſtinaveramus, quidam familiares, ipſius Domini Archi-Epiſcopi pro cuſtodia deputati, utrumque par ſigilli noſtri, authentici præconcepta malitia ſubtraxerunt. Nos itaque præcaventes, ne ex hujusmodi ſigilli noſtri deperditione, Regnicolis noſtris in eorum Juribus ſucceſſive periculum poſſit imminere, ſigillum Novum in duobus paribus fecimus pro nobis ſculpi, quod ad omnia Privilegia noſtra, & quondam Domini Caroli Regis Patris noſtri ſub priori ſigillo ejusdem, tempore ſuæ coronationis ſculpto, & demum per eundem eo: quod ſub ipſo plurimæ infidelitates perpetratæ exſtiterunt repertæ, permactato& diſſecto, ac ſub alio ſigillo ipſius in Partibus Tranſalpinis caſualiter deperdito confecta, juxta tria ſigilla decernimus fore apponendum. Ad quæcunque vero Privilegia Paterna dictis duobus ſigiliis prioribus ſuis conſignata, quæ per eundem Patrem noſtrum per ſigilla ejusdem poſteriora, vel per nos, cum ſigillo modo præmiſſo deperdito, confirmata non haberentur, & ad ipſa Privilegia ipſum novum ſigillum noſtrum non appenderetur, vel quæ cunque Patentes Litteræ noſtræ & Paternæ non confirmarentur, ea Privilegia,

&

& Litteræ, ficuti per eundem Patrem noſtrum fuerunt revocata, & anullata, ſic & nos ipſas, ſeu ipſam commiſimus viribus cerituram, nullamque roboris obtenturam firmitatem. Inter quæ præſens Privilegium noſtrum omni prorſus ſuſpicione deſtitutum, & omnia in eo ſuperius contenta, & expreſſa, pro eodem T. ſuisque Hæredibus, & ſucceſſoribus dicti ſigilli noſtri novi duplicis, & authentici appenſione renovavimus, & perpetuo confirmavimus: Datum per manus ejusdem Domini Nicolai Archi-Epiſcopi Cancellarii noſtri decima calendas menſis T. Anno Domini 1364. Regni autem noſtri vigeſimo Tertio.

Maria filia Ludovici præfati, poſt obitum Patris per Univerſos Dominos Regnicolas, ob eum amorem, quo erga præfatum Ludovicum Regem Patrem ejus afficiebantur, fuit elevata, & coronata in Regem Hungariæ, quæ Maria fuit nupta Sigismundo, filio Caroli IV. Imperatoris Romanorum, & Regis Bohemiæ, quæ regnavit cum Matre ſua Eliſabeth, annis circiter quatuor, & contra hanc adhuc ſine Marito admodum juvenem cum Matre regnantem, per factiones quorumdam Dominorum Hungarorum fuit introductus in Hungariam & coronatus in Regem Carolus cognomine Parvus Rex Apuliæ, Ludovici ex fratre Andrea nepos, qui in arce Budenſi fuit per Blaſium Forgách volente Eliſabetha occiſus Anno Domini 1385. Hæc poſtea adhuc vivens Jus ſuum Regium Sigismundo Marito ſponte ceſſit. Sepulta eſt in Eccleſia Varadienſi, Litteræ ejus Caroli Parvi non ſervantur, neque etiam Reginarum Mariæ, & Eliſabeth, niſi prout inferius declaratum eſt, per Sigismundum Regem fuiſſent poſtea confirmatæ.

Sigismundus præfatus fuit per Dominos Regnicolas electus, & coronatus Anno Domini 1386. in festo Pentecostes, qui postea fuit Imperator Romanorum, Mortuus est in Znoyma Civitate Moraviæ Anno Domini 1437. in festo conceptionis Mariæ Virginis ætatis suæ Septvagesimo, Regni autem sui Hungariæ Quinquagesimo primo anno. Literæ ipsius Sigismundi Regis ante Annum Domini 1405. emanatæ non servantur ex eo: quod idem Sigismundus Rex de consilio Dominorum Prælatorum, & Baronum, Regnique sui Nobilium per modum Generalis Decreti sanxerat, ut a festo Beati Georgii Martyris in prætacto Anno gratiæ 1405. tum ventuaro, jam vero transacto usque ad annualem ejusdem revolutionem. Universæ Litteræ Donationales, & aliæ privilegiales, præfati condam Ludovici Regis, sub ipsius secreto duntaxat sigillo emanatæ, ac Dominarum Elisabeth relictæ, & Mariæ filiæ ejusdem Ludovici Regis Hungariæ, scilicet Reginarum prædictarum, nec non ipsius Sigismundi Regis ante illa tempora, qualitercunque confectæ ad confirmationem importarentur, alioquin autem inefficaces, viribusque per omnia destitutæ relinquerentur. Posthæc autem tempora Litteræ ejusdem Domini Sigismundi, Regis, & Imperatoris, usque in diem obitus sui, annum videlicet Gratiæ quadringentesimum Tricesimum septimum supra millesimum editæ semper valent, & observantur. Ut autem hujus Rei notitia pro tollendo dubio cunctis pateat, formam & continentias, quarumdam Litterarum Donationalium ejusdem Domini Sigismundi Regis super præmissis confectarum, & in Judicio contradictorio dudum productarum sensu in nulla parte mutato adjicere placuit hujusmodi sub tenore: Nos Sigismundus Dei Gratia Rex &c. *ut in Corp. Jur. H.*

Albertus Dux Austriæ Gener ipsius Sigismundi Regis, post eum in Regem Hungariæ electus, regnavit Anno uno, & Mensibus 10. coronatus 1. die Januarii Anno Domini 1438. mortuaus Anno Domini, in fine Octobris 1439. sepultus in Alba Regali, Litteræ hujus valent, & observantur.

Mortuo Alberto Rege remansit Regina Elisabeth gravida, & nesciebatur, si filium, vel filiam esset paritura: interim Prælati, & Barones Hungariæ elegerunt in Regem Ladislaum Regis Poloniæ Fratrem, & de Familia Casimira: sed antequam ipse induceretur Regina peperit Filium Ladislaum, & contradixit Electioni de Rege Poloniæ factæ, & habens secum magnam partem Dominorum Regnicolarum Hungariæ, coronari fecit Ladislaum Puerum Trimestrem. Nihilominus idem etiam Ladislaus Rex Poloniæ habens itidem secum ingentem Numerum Regnicolarum, & Joannis Huniadis factione inductus est in Hungariam Anno Domini 1440. & fuit coronatus corona de capite reliquiarum Sancti Stephani Regis sumpta; nam Regina Relicta Alberti, coronam Sacram Regni, una cum puerulo filio ad manus Friderici Imperatoris, & Ducis Austriæ assignaverat; regnavit autem Ladislaus Polonus in defensione Regni annis quatuor, & in conflictu cum Amurate Turcarum Imperatore ad oppidum Varna commisso occubuit. Anno Domini 1444. in festo Beati Martini, magnanimus, & bellicosus Princeps, ac nulli post Ludovicum secundus. Hujus Litteræ, & Privilegia non servantur, prout etiam Litteræ præfatæ Elisabeth Reginæ Relictæ præfati Alberti Regis non habent locum, nec servantur; excepta duntaxat Donatione, & Eleemosynaria largitione per ipsam Reginam Ecclesiæ Albæ Regalis facta.

Joannes de Hunyad Corvinus post cæsum in Bello Ladislaum Polonum, & altero Ladislao puero in manibus Friderici existente, fuit electus in Gubernatorem Regni Hungariæ Anno Domini 1446. circa festum Pentecostes, & exercuit officium Gubarnatoris usque ad annum Domini 1453. quo circa festum Purificationis Beatæ Virginis Mariæ Ladislaus Rex Juvenis ex Vienna Budam venit, & sic Joannes Hunyades Gubernatoris Officium deposuit. Fuit magnus, & ad arma tractanda natus Princeps, qui (quod nulli Regum in Europa datum est) Mahometem magnum Turcarum Imperatorem capta jam tunc Constantinopoli superbum, & tumidum, Nándor Albam cum exercitu plus quam quadringentorum millium Hominum sua in persona obsidentem, fudit, fugavitque ereptis, & ademptis illi etiam Machinis, & Insigniis bellicis magni valoris. Universæ Donationes, & Litteræ Donationales ipsius Domini Joannis de Hunyad Gubernaminis sui duntaxat officio durante, & non prius, neque posterius usque ad numerum Triginta duarum Sessionum Jobbagyionalium factæ, & confectæ observantur. Itidem & Litteræ Confirmationales, vel consensus alicujus adhibitionis, & aliæ quævis ultra numerum præfatum non, valent, neque tenentur. Quod ut clarius fiat Articulus super authoritate in conferendis Bonis, & Juribus Possessionariis prædicto Gubernatori data confectus subnecti debuit, in hæc verba: Item ipse Dominus Gubernator iis, qui fideliter sacræ Regni Coronæ serviverunt, de iis Possessionibus, quæ deinceps ad Sacram Coronam, pure, legitimeque sine cujuspiam alterius Jure per defectum seminis. Item propter delationem falsarum Litterarum, propter cusionem falsarum Monetarum, & fabricationem falsi

si-

ſigilli, nec non propter inductionem extraneæ Potentiæ in hoc Regnum, ac poſitionem ignis in eodem, fuerint devolutæ, in quibus ſcilicet Poſſeſſionibus 32. ſeſſiones, & non plures fuerint, vel fieri potuerint; facere valeat Donationes. Si vero Civitates, oppida, & Poſſeſſiones ultra Numerum præſcriptarum 32. Seſſionum, etiam præſcriptis modis ad Sacram Coronam fuerint devolutæ, illas partiri, ſeu dividere in 32. Seſſiones non valeat, & ſub nomine 32. Seſſionum de illis cuipiam facere Donationem; ſed hujusmodi omnes Civitates, Oppida, & Poſſeſſiones indiviſæ ipſi Coronæ reſerventur. Item Dominus Gubernator ſi cui Donationem præmiſſo modo ſemel faceret, amplius eidem dare non valeat; & cum Donationes Caſtrorum, Civitatum, Oppidorum, & Poſſeſſionum, & ſimilium ad Jus Regium duntaxat ſpectare dignoſcantur. Igitur ipſe quibuscunque Donationem fecerit, illi tempore ſuo teneantur accedere ad Dominum Regem pro confirmatione obtinenda. Item Poſſeſſiones eorundem, quorum propter Donationem falſarum Litterarum, aut cuſionem falſarum Monetarum, aut aliquo modo ſuperius expreſſo, ad Coronam fuerint devolutæ; quousque illi, per Judices competentes ſuos judicialiter ſecundum antiquam, & approbatam Regni conſuetudinem ſententionati fuerint occupare, & de his Donationem facere non valeat, quovis modo.

Ladislaus V. filius Alberti, ſequenti Anno ceſſionis Gubernatoris dicti Joannis Hunyadis, videlicet 1453. circa præfatum Feſtum Purificationis Virginis Glorioſæ Vienna Budam reductus, Bonorum collationes, conſenſuum adhibitiones, & aliarum rerum expeditiones facere cæpiſſe dignoſcitur; Litteræ hu-

jus

jus Ladislai ad obitus usque sui diem annum videlicet 1457. emanatæ servantur, sepultus Pragæ.

Mathias I. Filius præfati Joannis de Hunyad, licet mox post mortem Ladislai præfati, fuerit electus, coronatus tamen in die cænæ Domini est. Anno Domini 1464. & obiit Viennæ feria III, Majoris Hebdomadæ, Anno Domini 1490. sepultus in Alba Regali Litteræ ipsius ante Coronationem confectæ non servantur, nisi postea fuissent per eum confirmatæ, sed a coronatione ejus usque ad diem obitus emanatæ, servantur. Hic quoque eundem Mahometem magnum Jayczam obsidentem, sola Adventus sui fama, in fugam convertit, decessit sine hærede legitimo.

Wladislaus Rex de Familia Casimira electus, & coronatus est eodem Anno 1490. die Dominico, post Festum exaltationis Sanctæ Crucis, Moritur Anno Domini 1516. sepultus in Alba Regali, Litteræ ejus valent, & servantur.

Ludovicus præfati Wladislai Filius natus Anno Domini 1508. periit, & occubuit in illo conflictu suo infelici cum Solimano Imperatore Turcarum, in Campo Mohách facto Anno Domini 1526. in festo Decollationis Beati Joannis Baptistæ, Litteræ ejusdem valent, & servantur.

Sublato e medio dicto Rege Ludovico, Joannes de Zapolya Comes Scepusiensis, & Vajvoda Transylvaniensis fretus potentia, & sua, & multorum Dominorum Prælatorum, & Magnatum Regni Hungariæ sibi adhærentium fuit electus, & coronatus in Regem Hungariæ 1526. in festo beati Martini Episcopi, non consentiente interim tali Electioni, & Coronationi Stephano de Bathor R. Hungariæ Palatino, & magna parte Dominorum Prælatorum & Baronum, ac Magnatum, & Nobilium Regni

gni secum existentium: qui unanimi voto, & consensu, Divina ordinatione sic disponente in electionem moderni serenissimi Ferdinandi, tunc jam Regis Bohemiæ & Archi-Ducis Austriæ legitime, & unanimiter consenserunt, ipsumque Sacro Regni Diademate in Regem sibi, & Dominum coronarunt in Alba Regali Anno Domini 1527. in festo S. Emerici Ducis, & sic Regnum in se divisum, desolatum, & in potestatem Turcarum pro majori parte redactum, cujus quidem Regis Ferdinandi Litteræ quæcunque, Privilegiaque super quibuscunque Collationibus, Inscriptionibusque Bonorum, & Jurium Possessionariorum, aliisque gratiosis concessionibus fidelibus suis subditis Regni videlicet ipsius Hungariæ, Incolis, & Indigênis confectæ, & emanatæ, quemadmodum juste, & legitime semper emanarunt, & in futurum emanabunt, ita etiam robur debent obtinere firmitatis, demptis solummodo illis collationibus, & inscriptionibus, quas ipse propter adhæsionem dicto olim Joanni Regi de Bonis quorumcunque Regnicolarum fecisset, de quibus Suæ Majestatis alia exstat constitutio hic subscripta & demptis, sublatisque Litteris, Legibus, & Articulis illis, qui successivis temporibus, certis de causis abrogati sunt.

A P-

APPENDIX

HUJUS TOMI I.

XXXIX.

Adnotationes Joannis Listii Episcopi Vesprimiensis in Exemplari Bonfinii, quod ei Joannes Sambucus dono misit Anno 1568. 10. *Junii.*

In Theca interiori:

Aquisgrani Capellam Hungarorum Rex Ludovicus fundavit, cujus Donationem sub Sigillo Hungarico expedivi spiræ anno 1570. nomine Maximiliani Hungariæ Regis.

Bonfin. Dec. 1. *Lib.* 1. De Urbano Agriensi Episcopo scribens.

Manus Listii addit in margine: „ Urbanus Thesaurarius auro mercatus est a Bonfinio has suas Laudes.

Ibidem:

De Joanne Varadiensi Episcopo tempore Corvini.

Manus Listii: „ fuit fabri Ferrarii filius ex oppido Muglicz, non procul ab Olomutio.

Ibidem: Ubi ait Bonfinius, Sclavoniam & Dalmatiam duobus Conventibus ab Hungaris comprehendi.

Manus Listii: „ Falsum dicit, nam in sola Sclavonia tres sunt Comitatus, Zagrabiensis, Crisiensis, & Varasdiensis.

Ibidem: De Comitatu Alba-Regalensi.

Ma-

Manus Liſtii : „ Albenſis , qui alias dicitur Comitatus Albenſis Sedis Sooth. „

Ibidem : De Pio II. Pontifice loquens : Pius Pont. Maximus huic opinioni , neſcio quo affectu refragatur.

Mans Liſtii : „ Tibi Bonfini aurum Mathiæ Regis dedit affectum. „

Ibidem: Tranſylvaniam deſcribens :

Manus Liſtii : „ Tranſylvania non eſt Comitatus , ſed pars Hungariæ pro Regno habita, quæ & ipſa ſex habet Comitatus , Albenſem, Tordenſem Hunyadienſem , Coloſſienſem , Doboczenſem , Ozdienſem , præter ſeptem Sedes Saxonum , quæ magnæ ſunt , & ſeptem Sedes Siculorum.

Bonfinius Dec. II. Lib. 3. Belam Zegzardi ſepultum in Cænobio D. Salvatoris ait , locum ideo ſic appellatum , quia Bela cluadus fuerit.

Manus Liſtii : „ Imo a fracto crure , quod Ungari vocant Zegetzár.

Ibidem : De Bors loquens :

Manus Liſtii : Ab iſto Bors fuit fundata Abbatia Borsmonoſtra , & Comes Supruntenſis fuit. Vidi Privilegium antiquiſſimum.

Bonfinius Decade II. Lib. 4. de Biſſenis.

Manus Liſtii : Hic eſt nunc noſtrorum Huzaronum habitus. Unde colligere licet , prouti verum eſt , Hungaros olim alio , quam nunc , veſtium habitu uſos. „

Bonfinius Dec. II. Lib. 5. Deſcribens ſacram expeditionem Bullionii.

Ma-

Manus Liſtii : „ Hanc Expeditionem in terram ſanctam longe aliter narrat Petrus Archiepiſcopus Tyri, qui omnibus his præſens interfuit. „

Bonfinius Dec. II. Lib. 6. De Præpoſito Simeghienſi ſcribens.

Manus Liſtii : Simeghienſis Præpoſitus, ex hac Præpoſitura factus eſt poſtea Epiſcopatus Veſprimienſis. „

NB. Liſtius fuit Epiſcopus Veſprimienſis, quem hæc temere adnotaſſe non eſt credibile.

Bonfinius Dec. II. Lib. 7. De Emerico Rege.

Manus Liſtii : „ Vidi hujus Regis Privilegium, in quo ſe non Emericum ſed Herricum appellat. „

Bonfinius Dec. II. Lib. 8. De Rodana.

Manus Liſtii : „ Radnabanya in Tranſylvania a Saxonibus incolitur. „

Bonfinius Dec. II. Lib. 9. De Electione Caroli.

Manus Liſtii : „ Nota, Regnum Hungariæ liberum, nec hæreditarium eſt, neque Sedi Apoſtolicæ Electionem unquam permiſit.

Ibidem : De Laurentio, qui Signa ante funus Caroli detulit.

Manus Liſtii : „ Toth Lewrincz, qui maledicto Regis juſſus ire ad Infernum, ivit, & reverſus multa miranda retulit.

Ibidem : Lib. 10. De Severino.

Manus Liſtii : „ Severini, quod alias Zewren, vetus Hungariæ Confinium. „

Ibidem :

Ibidem: De Monasterio Leveld.

Manus Listii: „ Leweld, quo non fuit in Hungaria magnificentius Monasterium. „

Bonfinius Dec. III. Lib. 1. De Cæde Caroli Parvi.

Manus Listii: „ Balas ewld meg a' Kyrált,
Neked adom Ghimes Váráth. „

Hæc sine Dubio Listius ex Vulgi Cantilena.

Bonfinius Dec. III. Lib. 3. De Piponc, quem Sigismundus Bellum gerere in Italia jussit.

Manus Listii: „ Hunc Rex Sigismundus tantis donavit arcibus & prædiis ob servitia bene gesta, ut paucis in Hungaria Baronibus cesserit, qui fuit & Vayvoda Transylvanus, & cum Sigismundo interfuit Concilio Constantiensi. Opinor falsum de infuso ori auro. Sepultus Viennæ cum fratribus Scaligeris in Monasterio Augustinianorum. „

Ibidem: De Casparo Sclickio.

Manus Listii: „ Hujus Sepulcrum Viennæ habetur in Ecclesia Jesuitarum, olim Carmelitarum. „

Bonfinius Dec. III. Lib. 4. de Joannis Hunyadis parentibus.

Manus Listii: „ Potius Patre Sigismundo Imperatore & matre Valacha. „ (natus)

Ibidem: De loco Corvino, ubi idem natus fertur.

Manus Listii: „ Piatra de Corvo castellum in Transalpina, Hollo Kew dictum, quod majores Nicolai Olahi Archiepiscopi Strigoniensis possederunt. „

Bonfi-

Bonfinius Dec. III. Lib. 9. De Elisabetha Sorore Szilagy.

Manus Listii : „ Cum precibus Zilagy a Sorore pecunias habere non posset, baculo extorsit.

Ibidem : De Calogeris.

Manus Listii : „ Calogeri sunt Monachi Græci, sed de male partis vix tertius hæres est gavisus.

Ibidem : De Mathiæ Corvini ortu, quod ejus Pater ex Sigismundo &c.

Manus Listii : Hæc vera est Regis Matthiæ genealogia, non illa a Romanis ficte deducta, neque Mathiam puduit unquam hoc fateri.

Bonfinius Dec. III. Lib. 10. De Comite Grafniczer.

Manus Listii : „ Graf Nickel, qui alias Graffeneker dictus arcem Lanser possidebat. „

Ibidem : De Nuptiis Matthiæ Corvini cum Catharina Bohema.

Manus Listii : Nuptiæ Regis Mathiæ cum Catharina Bohema, quæ alias Cunegundis.

Sis Catharina volo, quæ Cunegundis eras.

Bonfinius IV. Lib. 1. De aurigatione Mathiæ Corvini.

Manus Listii : „ Bizony Kocsis nem volt. Romanus enim ille mos jam olim tum desierat, nisi forte dicere velit curru Kochy vectum, cujus Rex primus Inventor fuit. „

Bonfinius Dec. IV. Lib. 6. De Tuz Jano.

Manus Listii : Hebræus enim erat baptizatus, & compater Regis fuit hujus erant Chak-

tor-

tornya, Kaproncza, Zenthgyörgy, Krapina, Strigo. &c.

Ibidem: De Pugna Batorii & Kinisii cum Turcis.

Manus Listii: „ Hæc omnia nostri Transylvani fidicines in tabernis longe aliter, & verius decantant. Simultas enim fuit inter Paulum (Kinisium), & Stephanum (Bathory); & Paulus diu gaudens & insultans, procul otiosus spectabat in periculo pugnantem Stephanum. „

Bonfinius Dec. IV. Lib. 8. De Urbano Agriensi Episcopo.

Man. Listii: „ Pro labore tulit a Regina arcem Revisthie. „

Bonfinius Dec. IV. Lib. 9. De Urbani Virga ferrea &c.

Manus Listii: „ Non ista dixit Urbanus, sed severitate, præmio & honore Hungaros retineri in obsequio, juxta tritum Hungarorum proverbium. „

Appendix Sambuci: de Clade Mohács.

Manus Listii: „ Jovius quantam huic bono Monacho (Tomoræo) fecit injuriam. „

Ibidem: De Acie.

Manus Listii: „ In Bello Hungarico de more Banus Croatiæ dextrum, Vayvoda Transylvaniæ sinistrum cornu præsente Rege tenent. „

Oppugnatio Arcis Temesvár. De Morte Joannis Zapolya, & an hæredem aspexerit.

Manus Listii: „ Nunquam aspexit, & aliqui audisse negant. „

Ibidem : De Traditione Coronæ ab Isabella.

Manus Listii : „ Hæc ex mea Relatione vere. Nam ego Vesprimiensis, tunc adolescens, & Secretarius Reginæ omnibus his præsens interfui. Nam Regina cum Georgio Monacho, Petrovichio, & aliis suis solenni pompa in Alba-Julia coronam tradidit Andreæ Bathory, Thomæ Nadasdy, & Joanni Castaldo Generali Capitaneo. In una manu Regina cum lacrimis filium tenebat, altera Coronam, & reliqua insignia Regiæ inaugurationis, offerendo simul filium in Curia Ferdinandi, utpote jam suum Generum educandum, sed Rex excusavit. Post redditam Coronam, & reliqua Sponsalitia filii Reginæ, cum Joanna Ferdinandi, magna cum pompa fuerunt celebrata in Abbatia Colosmonostra per Commissarios ex parte Joannæ cum pleno mandato missos, hæc postea tradita fuit Duci Florentino. „

Ibidem : De Achate Tomoræo.

Manus Listii : „ Malum & perversum puerum, & postea Turcam, in Christianos multa probra contumeliose jacientem.

De Salariatu Regni Hungariæ.

Manus Listii : „ Sambucus hoc Regestum vetustum a me habuit, sed mendosissime est editum.

De Regibus Hungariæ : A Sambuco metrice editis.

Manus Listii : „ Non Bela, sed Ludovicus! muro cinxit Tirnaviam.

XI.

XL.

De generibus Siculorum.

Ex Cod. MS. Decreta Regum Hung. continente olim Kollariano pag. 466.

Siculi dicuntur trium generum. Alii enim ſunt potiores, vel Primores, alii Primipuli, vulgo Loffew, & Fewlo appellati; alii vero ſunt, qui nomine Comitatus tenentur, ſimplices ſcilicet, & ſubditi aliorum.

Iſti enim univerſi trium generum Siculi poſſident hereditates eorum tamquam veri Nobiles, nec præſati Primores, aut potiores vel Primipuli habent dominari ſuper communitatem, niſi ex officio hereditario, quod eis provenit vel cedit annuatim de ſex generibus infra annotatis, qui habent lineas viginti quatuor, ut infra.

Genus Adoryan, Megyes, Jenew, Halom, Zabram, Ewrlecz quibus quidem generibus ſingillatim adduntur quatuor lineæ ordine infraſcripto:

I. Adoryan nemben.	Waczmanaga. Thelegdaga. Wayaaga. Poſonaga.
II. Meggyes nemben.	Megyesaga. Kyrthaaga. Dudaraga. Syarywsaga.

III. Jenyew nemben.	Balásyaga. Wyaga. Zomorwaga. Borozloaga.
IV. Halom nemben.	Halomdaga. Naznanaga. Petheraga. Gyewrghaga.
V. Zabran nemben.	Gyewrewaga. Wyaga. — — — — — —
VI. Ewrlewcz nemben.	Eczkenaga. Seprewdaga. Zowathaga. — — —

Item dicti trium generum ſiculi habitant in ſeptem eorum Sedibus privatis.

Prima Sedes vocatur Maroszek.
Secunda . . . . Chykzek.
Tertia . . . . Sepsyzek.
Quarta . . . . Kyosdyzek.
Quinta . . . . Obayzek.
Sexta . . . . Aranyaszek.

Septima, & ultima Capitalis Sedis Regni Wdwarhelzek, ubi cauſæ appellatæ diſcutiuntur, & inde in præſentiam Comitis deferuntur.

XLI.

XLI.

Curæ, & nimiæ sollicitudinis Invictissimi Matthiæ Regis Hungarorum &c. de successione Illustris Ducis Joannis Corvini filii Naturalis exemplar & imago.

sive

Instructio ad Ducem Calabriæ Cognatum suum.

Instructio privata pro Præposito Posoniensi ad Illustrem D. Ducem Calabriæ &c.

Imprimis nomine nostro dicat salutem: & quod illius bonam valetudinem & omnem prosperitatem plurimum semper desideramus, & quidquid pro illa possemus libenter semper faciemus, tamquam pro optimo fratre, & confidimus, quod Dominatio Sua Illustris similiter pro nobis sit factura, & ob eam etiam rem Commisissemus ei, quod omnia negotia nostra communicaret cum Dominatione Sua Illustrissima, & ejus Consilio ageret universa, & tractaret, quare rogat eam, velit apud illam Majestatem, tam in præsenti negotio, Turci illius, quam etiam nostris in rebus esse bona advocata, & fautrix, laboretque, ut aliquando voti compotes effici possimus narret autem postea omnia, quæ illi Majestati tam in facto huius Turci, quam etiam aliis in rebus per eum intimavimus.

Si videbit Præpositus Majestatem illam dispositam esse ad intercipiendum Turcum, & ad ineun-

dam ligam nobiſcum juxta Articulos ſuperinde confectos, promiſeritque aperte, quod Turcum, ſi intercipi poterit, dabit nobis, prout ſuperius continetur, in hoc caſu de his infra ſcriptis, quæ Reginalem Majeſtatem contingunt nihil omnino illi loquatur, ſed tantummodo ea, quæ ſuperius ſunt narrata, referat, quia forte alias negotium Turci turbari poſſet, verumtamen ſi Majeſtatem illam tepidam ad negocium illud obeundum videbit, & cognoſcet, quod eum per excuſationes, aut alias quaſcunque rationes evadere conabitur, præterque verba ſpecioſa nihil ſibi dabitur, dicat poſtea præfato Illuſtriſſimo Duci, quod ex quo nos, prout præmiſſum eſt, habemus & tenemus Dominationem ſuam pro optimo fratre, & de ea non minus, quam de nobis ipſis confidimus, omnia negotia & ſecreta noſtra cum eadem communicare ſtatuimus, & ſubinde narret quod licet paternæ illi Majeſtati, ex parte hujus filiæ Suæ Illuſtriſſimæ ſcilicet Dominæ Reginæ conſortis noſtræ, ſororis vero Do. Suæ Illuſtriſſimæ illa, quæ ſuperius continentur, intimaverimus, quæ etiam Dominatio Sua Illuſtriſſima audire potuiſſet, vel ſi non audiviſſet, ipſo referente, audire, & intelligere poſſet, verumtamen Dominationi Suæ Iluſtriſſimæ longe plura, longe etiam ſecretiora, & magis prægnantia præcipue autem circa futurum ſtatum ipſius Reginæ, ſi etiam in quantum ex Dei voluntate præmori nos, & ipſam ſine prole remanere contingat, intimavimus. Quæ omnia ut Dominatio ſua æquo, & patienti animo audire, & in bonam partem interpretari etiam velit, nomine noſtro rogatam illam faciat, nam certe nos quidquid pro Majeſtate illa paterna, & Dominatione Sua Illuſtriſſima, proque ipſa Domina Regina

poſ-

possumus, libenter semper faciemus, & facere volumus etiam imposterum, sed quando talia petuntur, & desiderantur, quæ non sunt in nostro arbitrio, & neque alias sunt convenientia, si concedere nequimus, nobis non debet imputari, res autem hæc est, commendat nobis Majestas illa, & etiam Dominatio Sua Illustrissima hanc Dominam Reginam consortem nostram, quæ quidem commendationes, certi sumus non ab illa Majestate, neque a Dominatione Sua Illustrissima, sed ab eadem Domina Regina originem ducunt, licet, enim non aperte sed implicite tale quid insinuat, quod nos facere nulla ratione possumus. Optat quippe ipsa Domina Regina per nos effici, ut post nostrum obitum, si scilicet priusquam ipsam, obire nos contingat, nobis in Regimen, & Regno succedat, imperiique nostri habenas moderetur, quod nos etiamsi omni studio conaremur, efficere tamen nequimus, & neque verbum de hac successione subditis facere audemus, nisi forte perpetuum odium, & malevolentiam illorum, tam contra nos, quam etiam ipsam Reginam contrahere vellemus; mallet quippe hoc hominum genus (de Hungaris loquimur) ad unum usque jugulari potius, quam per fæminam gubernari, meminit enim, quod superiori quodam tempore semel sub fæmineo fuisset imperio, & pessime gubernatum, pessime etiam tunc Regno successisset, & quidem taliter, quod in hunc usque diem Regiminis illius (ut ajunt) sapor in ore esset eorum, accedit quod ipsa Domina Regina (ut ingenue, & confidenter fateamur) non multum a subditis nostris amatur, quod tamen nos moleste certe ferimus, sed inspirare illis nequimus, ut eam ament, quia forte amoris, & benevolentiæ occasionem sibi præstari

non vident, quibus rebus, & plurimis insuper aliis ex causis efficitur, ut id, quod ipsa cupit, & de quo semper est sollicita, quodque a nobis non petit tantum, sed continuis suspiriis, jurgiis, & lacrimis exigere conatur, nos præstare & efficere certe nequimus, ne tamen de statu suo semper esset sollicita, & ne nos die noctuque ejusmodi continuis suspiriis suis fatigaret, voluimus eidem diebus his superioribus, si & in quantum, prolem ex ea non susciperemus, de statu providere, & illum sibi taliter stabilire, ut etiam post mortem nostram honestissime vivere, & vitam transigere potuisset. Verum ipsa recusavit, & non aliud visa est affectare, quam in Regno, & Regimine nobis succedere, quod ut prædiximus, nulla ratione, neque Hungari, neque alii nostri subditi admittere volunt, tentavimus quidem, secrete tamen eorum animos, sed certe silice & saxo duriores reperimus. Optabant verum quidem, & a nobis instanter petebant, ut Illustrissimum filium nostrum Joannem Corvinum Ducem Slesiæ &c. ex nunc, & nobis adhuc viventibus pro nostro successore & eorum futuro Domino & Rege, eligendi & nominandi, ipsis facultatem concederemus, hac tamen lege & conditione, ut si ex ipsa Domina Regina filium susciperemus ille succederet, *quia ille etiam alioquin successione, & jure suo privari nequiret.* Iste vero non obstante Electione de se facta, illi statim cederet, & patientiam haberet, sed nos consentire noluimus, quia ipsa Domina Regina in hujus Electionem consentire noluit, dispositionem vero, quam de futuro ejus statu, facere volebamus, nedum acceptare, sed æquo (ut par erat) animo ne audire quidem voluit, qua in re non tantum nobis, verum etiam sibi ipsi gravem (nostro judicio) in-

intulit injuriam, quia jam quoad ſtatum ſuum de incerta effecta eſt incertior, nobis vero, quia ad priorem noſtram ſollicitudinem & curam grandem adjecit cumulum, nos enim pro dignitate, & amplitudlne illius paternæ Majeſtatis & Illuſtriſſimæ Dominationis ſuæ, totiusque domus Arragoniæ, proque noſtro honore & ſimul etiam pro amore, quo ipſam Dominam amplectimur, & ab initio ſumus amplexati, talem ſtatum illi diſponendum ſtatueramus, de quo jure, meritoque contentari debebat, taliter etiam ſibi providendum ſtatueramus, quod etiam poſt mortem noſtram, ut tanti Regis filiam, tanti item Regis conjungem decet, honeſtiſſime, & cum honore vitam tranſigere potuiſſet. Voluimus quippe ſtatum, quem jam dudum eidem dedimus, taliter firmare, & ſtabilire, & inſuper etiam augere, ut in illo ſecura ſemper fuiſſet, præterea efficere voluimus, quod præfatus filius noſter, quem Regna ſubditique noſtri, ut præmiſimus in futurum Regem & Dominum, ſucceſſoremque noſtrum expetebant, ipſam Dominam Reginam ex nunc in matrem adoptaret, illique ſtrictiori, qua debuiſſet fide, & obligatione promiſiſſet, quod eam ſimul cum ſponſa ſua pro matre, & Domina ſemper teneret, veneraretur, coleret, & obſervaret ac in eo ſtatu, quem eidem in vita noſtra ordinaremus perpetuo veluti propriam Matrem, & Dominam conſervaret, & defenderet, etſi forte ipſa Domina Regina ejuscemodi promiſſionem & obligationem ipſius filii noſtri parvipenderet, prout etiam parvipendiſſe viſa exſtitit, & dubitaret, quod poſtea ille fidem non ſervaret, hoc quoque parati eramus efficere, quod tam Prælati, quam Barones, optimatesque Regni noſtri Hungariæ promitterent, penes illum, quod ſcilicet eun-

eundem ſemper inducerent, ut præmiſſa omnia faceret, & ſervaret, eandemque Dominam Reginam pro eorum ſeniore Domina, & Regina perpetuo tenerent, recognoſcerent, & venerarentur. Hæc autem omnia fierent, cum prædicta conditione, ſi nos ex ipſa Regina filium non ſuſciperemus. Sed poſtquam vidimus, quod nihil proficimus, hisque & aliis bonis rationibus potius turbatur, quam conſolatur, ſilendum, & penitus abſtinendum impoſterum putavimus, ſicque ab eo usque tempore ſemper tacuimus, & ne unum quidem verbum de illius Statu, & qualitate, quæ poſt obitum noſtrum (mortales enim ſumus) remanere debebit, poſtea fecimus, neque deinceps faciemus, quandoquidem plane cognoscimus, ſi quid boni, voluntati & ſententiæ ſuæ contrarium ſuademus, & conſulimus in ſua opinione, & propoſito magis, ac magis induratur, & confirmatur, magisque ei bene conſulendo diſplicemus, quam placemus, vel alias gratificamur.

Cum itaque hæc ita ſe habeant, nos vero, prout & cæteri omnes ſimus mortales dicat Præpoſitus; quod pro ea confidentia, quam in Dominatione Sua Illuſtriſſima nos habere diximus, eidem præmiſſa ſignificanda duximus, cui etiam ſignificamus, quod ſi forte ipſam Dominam Reginam non bene proviſam remanere continget, tam Majeſtas illa paterna, quam etiam Dominatio Sua Illuſtriſſima nos excuſatos habeant, & hanc improvidentiam non nobis, ſed ipſi Dominæ Reginæ in culpam adſcribant, rogamusque Dominationem Suam Illuſtriſſimam, velit pro ſuo erga nos amore, & benevolentia hæc omnia etiam illi Majeſtati ad unguem usque non ſolummodo declarare, verum etiam tanquam Patri

com-

communi ſupplicare dignetur vel per literas, vel per oratorem aliquem, qui ſcilicet ſciat aliquid perſuadere, & verba, rationesque hinc inde intelligere, & diſcernere, ipſi Dominæ Reginæ committere, eamque exhortari, ut rebus ſuis aliter, quam cæpit, conſulat, quod niſi fecerit, ultra hoc, quod Illuſtrem noſtri nominis famam, & gloriam, quam magnis certe laboribus vendicavimus, ſempiterna ignominia obſuſcabit, & ſe, & etiam filium noſtrum præfatum proculdubio perdet, ſcimus enim, quid dicimus quid etiam loquimur. Nam ut Dominatio Sua Illuſtriſſima ſciat, & rem aperte intelligat niſi in vita noſtra efficiamus, (NB. *prophetavit*) quod futurus Rex eligatur, poſt mortem nobis integrum non erit, quia poteſtas eligendi ad incolas Regni devolvetur, qui forte alium, quam ſperaremus, & expectaremus, eligent, nam in ſubditorum cordibus, quid latet, ſolus Deus novit quia ſolus eſt cordium ſcrutator, mortales autem id ſolum de illis judicare poſſumus, quod ab illorum ore intelligimus, vel ex operibus factisque comprehendimus, & ideo quid poſtea facerent, ignoramus. Contingere autem poſſet, quod plurimi efficerentur beneficiorum noſtrorum immemores, ac ingrati, & talem forte eligerent, qui in præſentiarum eſt noſter, & totius Regni noſtri capitalis hoſtis, is autem, quam primum intraret, ſtatim & ipſam Reginam, & ipſum etiam filium noſtrum turpiter expelleret, univerſisque bonis ambos privaret; & forte ipſa Regina immaniter etiam interficeretur, quandoquidem etiam alias, ut præmiſimus non multum diligitur nemo enim Hungaros, & eorum naturam, magis unquam novit, quam nos, qui eos tot annis ſub fræno tenuimus, ut igitur tot malis, totque pericu-

riculis obviaretur, non inconſultum nobis videretur ſi Majeſtas, illa, & Dominatio Sua Illuſtriſſima perſuaderent eidem, ut dimiſſa opinione ſua, depoſita etiam cupiditate regnandi (hoc enim nunquam aſſequetur) de ſtatu illo, quem nos honeſtum ordinaremus, & in quo eam firmaremus contentaretur, eſſet inſuper contenta, & benevola, imo ipſa ſola procuraret, quod præfatus filius noſter in futurum Regem ex nunc eligeretur, ſub præmiſſa tamen lege & conditione, quod ſcilicet non obſtante ejuſcemodi electione, ſi, & in quantum ex ipſa Domina Regina filium ſuſciperemus, ipſe legitimus ſuccederet, & iſte patientiam haberet, electioque de ſe facta, nulla, & caſſa intelligerentur, verum ſi legitimum non ſuſciperemus nonne foret melius, quod is, qui eſt utcunque noſter, & de noſtro ſanguine creatus, magis, quam alius quiscunque ignotus, in partum per nos imperium ſuccederet, qualis enim ille alius futurus eſſet, ignoramus, hunc autem ſcimus, & certi etiam ſumus, quod ipſi Dominæ Reginæ tanquam filius obedientiſſimus erit, ſimulque cum conſorte ſua ſerviret, ipſamque, ut præfertur, tanquam Matrem, & Dominam coleret, obſervaret, & veneraretur. Bonum itaque eſſet, ſi Majeſtas illa rem hanc ipſi Reginæ bene declarari faceret, & eam hortaretur, ut ad ſe rediret, & conſilium acceptaret, quo de futuro ſuo ſtatu fieret certa, & ſemper ſecura, nam alias in continua fluctuatione & ſollicitudine ſemper erit, & nunquam etiam in vita noſtra quieta eſſe poterit, poſt mortem vero noſtram, quid ſibi ſperandum erit, ex præmiſſis ſatis, ſuperque intelligere poterit.

Hoc

Hoc quoque, quod sequitur Præpositus inter loquendum, non tamen nostro, sed suo tantummodo nomine, & quasi ex se ipso conquereretur, adjicere poterit. Illustrissima Dominatio, si Reginalis Majestas rebus suis in vita Majestatis non consuluerit, neque ipsa, & neque Dominatio Vestra Illustrissima providebit, certe ipsa Reginalis Majestas poni posset in maximum periculum. Nunc enim Sua Majestas Domino Duci contrariatur, & non vult, quod eligatur in Regem, sed vellet, ut ipsa sola succederet, & gubernaret, quorum neutrum fieri poterit, quia ut præmissum est, nunquam Regnum consentiet, ut fæmina gubernet, ambo vero male gubernarent, quia Regnum non capit duos, & alioquin omne Regnum in se divisum desolabitur, & si forte in tali dissensione, & simulata benevolentia Raginalis Majestatis, & Illustrissimi Domini Ducis, Regiam Majestatem mori contingat, & ipse Dominus Dux, vel propter merita Patris, vel propter arma, quæ tunc haberet, in Regem se eligi procuraret, qualiter postea Reginalem Majestatem tractaret, & in Regno suo pateretur, Dominatio Sua Illustrissima pro sua alta prudentia & cælesti ingenio præmeditari, & plane animadvertere potest. Semper enim Dux ipse in corde haberet, quod ipsa Domina Regina vivente Patre sibi, & rebus suis insidiata fuisset, & voluisset ipsum paterno imperio privare, pro seque usurpare, nec passa fuisset, quod Regnicolæ eum in vita Patris propter ejusdem merita eligerent, hoc autem esset verisimile, imo quasi certum, quod is post mortem Regiæ Majestatis etiam absque præsenti electione se Regem faceret, quia nemo ipso in Regno tunc erit potentior, nam etiam in præsentiarum plurimas Arces, pluresque status in Regno

habe-

haberet ac omnes Castellani, & Præfecti tam Arcium, quam Civitatum, & hi eidem fideliter juramenta præstant, qui Thesaurum tenent, & insuper non solum militia, sed universum, etiam Regnum plurimum ipsum amaret, & ei assiceretur, accedit, quod omnes Prælatos, & omnes fere Barones genitor ejus creavit, & quasi de stercore eos omnes erexit, & omnibus insuper aliis benefecit, qui omnes, vel saltem major, & sanior pars illi, propter Patris merita & beneficia adhæreret, nemo enim ex his discretus, ingratitudinis notari, & damnari vellet, militia etiam tota ad eum concurreret, sicque etiam invita Reginali Majestate se Dominum, & Regem postea faceret. Quod cum ita fieret, consideret Dominatio Sua Illustrissima, quid boni tandem Reginalis Mejestas vel de se, & statu suo, vel de ipso etiam postea Rege sperare, & expectare deberet. Verisimiliter enim affectum ipsius Do. Ducis erga Patrem injuria, quam ab ipsa Reginali Majestate sustinuisset, superaret, & sic forte non habito ad præmortuum Patrem respectu, se ulcisceretur, & si aliud non faceret, saltem non pateretur illam in Regno suo stare, quia eam semper suspectam haberet, & timeret. Bonum itaque foret quod Dominatio Sua Illustrissima cum paterna illa Majestate taliter providerent, taliter etiam consulerent Reginali Majestati, quod talia scandala non evenirent, nam tela, quæ prævidentur, minus feriunt, & quod esset contenta de illo statu, quem Regia Majestas ei disponeret, atque de securitate, quam præfatus Dominus Dux, & penes eundem etiam Prælati, & Barones facerent, & Regnum non ambiret, neque affectaret, quia in hac parte nulla ratione desiderio suo satisfieri posset.



SERIES CHRONOLOGICA

DIARIORUM

QUÆ DE

Variis Rebus Hungaricis industria diversorum Autorum conscripta, partem typis edita, partem maximam manu exarata adhuc reperiuntur.

AD

COMITEM GEORGIUM BÁNFFI

TRANSYLVANIÆ GUBERNATOREM

SCRIPSIT

MARTINUS GEORGIUS KOVACHICH

SENQUICIENSIS.

Excellentissimo, ac Illustrissimo Domino Georgio e Comitibus Banffi Libero Baroni de Losoncz S. C. & R. A. Maj. Camerario, Actuali Intimo Status Consiliario, Insignis Ordinis S. Stephani Regis Apostolici Magnæ Crucis Equiti, Magni Principatus Transylvaniæ Gubernatori Regio, ejusdemque Gubernii Præsidi. Claudiopoli.

Excellentissime, ac Illustrissime Domine Comes!

Quo rariora ante ætatem nostram eorum superiunt exempla, qui liberaliorem fortunam experti, &

A auto-

autoritatem in Republ. conſecuti veros, ac zeloſos literarum promotores ſemet reipſa exhibuiſſent; eo majorem nominis Tui apud me conſecutus es exiſtimationem, dum ante aliquot annos eruditi Tranſylvani datis ad me Literis Tua ſtudia in promovendis eorum conatibus literariis, in conjungendis eorum ſtudiis, in conquirendis, obtinendisque veteribus Diplomatum, Hiſtoriarumque monumentis veraciter perſcripſerunt; ac deinde Georgius Aránka vir ſingularis induſtriæ perſpiciendorum ſimilium ſtudiorum meorum gratia diutius peregre apud me hoſpitatus pluribus coram explicuit. Quibus incitatus ipſe demum ineunte autumno anni 1794, bona ſuperiorum meorum venia, in ſocietate immortalis meriti Comitis Joſephi Teleky, & quem nunc laudavi, Georgii Aránka in Transylvaniam profectus, majora deprehendi, quam expectabam: Claudiopoli conſociatos primi ſubſellii viros, in colligendis tantopere diſperſis Articulis Comitialibus, & aliis Actis publicis, monumentis item Hiſtoricis hactenus ineditis; Maros-Vásárhelyini literis maxime cultos, in illuſtranda, perpoliendaque lingua, & univerſa Literatura domeſtica, utrobique Te Præſide deſudantes; quam propenſa vero ſit univerſa Nobilitas Transylvana in hæc ſimilia ſtudia vel ex illa metiri poteram attentione, ac benevolentia, quam ab ea tum plane in Comitiis collecta, dum occaſio ferebat, ipſe expertus ſum.

Iſtorum hac etiam ex parte Tuorum in Patriam meritorum pretium non ab illo ſolum fructu metior, quem hactenus produxerunt, dum jam utrumque illius Conſociationis membrum, & Collectiones inſignes adornavit, & publica conatuum ſuorum ſpecimina, quæ paſſim leguntur, edidit; verum

rum

rum ibi primum, quantum Tuo exemplo, Tuis adhortationibus, Tuis ſtudiis præſtiteris, ex æquo æſtimabitur, quo res ſive ab his initiis provectæ; ſive ab aliis, apertæ ſemitæ inſiſtentibus aliquando perducentur. Tuis, Tuique ſimilium hiſce conatibus habebunt Poſteri in acceptis referendum, ſi Patria Viros, ſtatus publici peritiores, & ad conſulendum aptiores habuerit, ſi populus cultior evaſerit, ſi denique non ex tenebris ſolum, quas tam ſæpe per calumniam nobis exteri objiciunt, ſed ex umbra etiam, quæ magis, quam exitus Seculi XVIII. expoſcit, nationem Hungaram circumfudit, emerſerit, atque tandem inter Gentes politiores locum aliquem paulo ſplendidiorem obtinuerit.

Cur enim id diſſimulemus, quod cum exteri probe perſpiciunt, tum nos ipſi videmus, qualemcunque rempublicam ſine cultu diu ſtare non poſſe? excultis ingeniis, non fera violentia Civilem ſocietatem, & nexum Gentium copulari? Ingenium certe varietate, atque elegantia bonarum artium fit illuſtrius, atque inde ad civilem prudentiam, ad decus publicum, & emolumenta nationis velut per gradus aſcenditur. Hujus autem culturæ longe auſpicatiſſimum fiet initium, ſi notitiam rerum domeſticarum, eis diſciplinis ſubnectamus, quas in palæſtris publicis Juventus, velut principia quædam generalia combibit. Et certe neceſſum illud cuivis Patriæ eſſe, pridem Urbium ſtatores repererunt, ut ſemper eſſent aliqui Virorum, quibus domeſtica conſtitutio, ſtatus reipublicæ, & rationes, aut quo loco ſint fortunæ Civium, quove provehi poſſint, ad amuſſim perſpecta ſint, a quibus velut fontibus ad cæteros munia publica ſuſtinentes, rerum agendarum, aut combinandarum peritia derivetur.

Multum illi errant, & magno Principum damno, aut naturæ injuria hallucinantur, qui populum rudem, et rerum omnium ignarum aptiorem esse obsequiis, & ferendo Imperio judicant; similia qui censent, omnem mihi videntur exuisse humanitatem. Est illud DEI singulare Beneficium ita singulos mente rationis capace exornasse, ut & imperia se jure ferre debere putent, & obsequiorum necessitatem agnoscant; atque imperii dignitatem, legum vim, & potestatem tam sibi necessariam ad bene, beateque vivendum existiment, quam alimenta ad vitam sustentandam: intelliget cultior populus non ligari se, prodita libertate, legibus, sed iisdem in libertate conservari; reverebitur majestatem imperantis, quam incultus, & barbarus non intelliget. Ad hæc igitur cultura proferimur, neque illustratio mentium, sincera doctrina, nudæ, & non fucatæ sententiæ, & veritates rempublicam perduellionibus, & conversionibus implicant, sed abusus rerum optimarum, semidoctorum offuciæ, aut sponte quæsitæ tenebræ, induxere incerta primum studia, mox opinationes, ex his hallucinationes, & criminationes legum, principis, & omnis status publici. Sincera, & aperta doctrina trahit mortalium animos ad amandam patriam, cives, omniaque Jura publica, aut privata; clareque persvadet imperia, & majestatem non pertinere ad hominum arbitria, sed ad salutem Populorum.

Neque illud errore caret, quod tam præpostere complures existimant, inductis multiplicatisque Scholis publicis omnem jam cultus nationalis rationem exhaustam esse, quasi positis fundamentis putes jam te ædificium absolvisse: & tamen hoc experiere, id quod fateri cogimur, ut hac virorum

præ-

præparatione ſolum, ſed non perfectione ita multi contenti ſint, ut ad munia publica nulla alia ſtudia, quam quæ cum pulvere ſcholaſtico hauſerunt, adferant, quaſi ſacer orator nihil ad colendam eloquentiam impendat amplius, quam quod de chriis, aut periodis, paucis menſibus in ſcholis delibavit; militiam auſpicaturus ſi legere, & ſcribere norit, ſatis habeat; & quantus non rerum uſus, & adparatus ad horum ſingula neceſſarius eſt? A duobus jam pæne ſæculis Hungaria, & Tranſylvania ſcholis publicis liberaliter dotatis abundat, quanta Deum bonum viciſſitudine! quantis convulſionibus! quam in compluribus receſſus potius a cultura, quam progreſſus obtinet? quia nempe imperitorum, & ſemidoctorum judicio mentes Juventutis aperire res periculi plena eſt. Fateamur, quod res eſt, cum antea vicinis noſtris eruditione, & publicæ felicitatis intelligentia poſtponeremur, tum hodie a nobis ipſis longe receſſimus; ſed et diu obtinebit error: culturam mentium Religioni, & Civitati officere.

Sed vero cum ad actorum publicorum Diaria hæc diſſero, de illis imprimis mihi ſermo eſt Civibus, quibus munia, & negotia publicæ rei tractanda creduntur; & a quorum Conſiliis, & dexteritate felicitas communis, aut calamitas promanare ſolet.

Quanta, quam exacta, & limpida notitia non ſolum communium Diſciplinarum, ſed etiam, ac inprimis rerum domeſticarum ea potiſſimum ex parte, qua ſtatum publicum concernunt, hujusmodi hominibus neceſſaria ſit, vides Tu, ac Tui ſimiles, qui ſummis Conſiliis præſident, & ad quos, quo iſti modo ſuis Officiis perſungantur, deferri ſolet, vident quam optime, quæ ſi illis deſit, quantum Civibus incommodi, quantum reipublicæ periculi immineat,

ac enaſcatur, cum ratio ipſa ſatis dictaverit, utinam experientia non comprobaſſet! Ponamus enim ita jam abuſum in diſtribuendis publicis muneribus invaluiſſe, ut illa non niſi veluti modus corradendarum opum, aut juvandarum ad incitas recidentium Familiarum ab illis conſiderentur, quibus ea diſtribuendi facultas obtigit, quive illa ambiunt, & ad conſequenda Officia publica non habilitatem, ſed favorem ſufficere exiſtimant, non deerunt plurimi eorum, quæ ad gerenda publica negotia ſcitu neceſſaria ſunt, ignorantiſſimi, ſæpe ipſa naturali prudentia, & agendi dexteritate deſtituti, qui partim aſſentationibus, quales in viros cordátos, & habilitatis ſuæ conſcios nón cadunt, partim venali mercatu, vel aliis pejoribus artibus ad publicas dignitates, & privata emolumenta etiam cum aliorum ruina evadent; aptiores autem ac digniores, & vel ideo modeſtiores excludentur. Ita ſenſim in publicis conſultationibus votorum pluralitas ad ignorantiores recidet, qui quoniam ſufficienti rerum peritia, quæ conſiliorum norma eſt, deſtituuntur, ab inſtitutis prioribus ſemper recedent, & arbitrarie nova, nec principiis, nec experientiæ vel exemplis innixa inducent, unde diverſa, contraria, pugnantia, verbo: confuſio, & ex illa Reipublicae periculum, Civibus incommoda enaſcentur, nec mirum, ſi omnis publicorum Functionariorum, imo Dicaſteriorum etiam exiſtimatio minuatur, & authoritas Magiſtratualis apud Populum meliora videntem evileſcat, quæ omnia deinde non ſine injuria ſupremæ Poteſtati adſcribuntur.

Nolim tamen ita rigidus videri, ut omnes plane functionarios publicos ſumma eruditione, ac rerum omnium cognitione prææditos eſſe debere conten-

tendam; majus iſtud eſt, quam ut a quolibet exigi poſſit, imo memoria omnia tenere, & quovis caſu in arena conſilium capere, quin ſubinde error, ac lapſus interveniat, ſtatum humanae conditionis ſuperat; ſuffecerit in omni genere aliquos probe excultos haberi, reliquos bonæ cæteroquin indolis, & Officii ſui memores, rectis tantum, ac fixis principiis imbutos, negotii tamen, quod tractant, ſufficienter peritos, dum caſus emergunt, in quibus a memoria deſtituuntur, ad conſulendos genuinos auxiliarium notionum fontes promtos eſſe.

ſed illi ipſi fontes, ex quibus neceſſariæ notiones petendæ ſunt, & ad quos conſulendos eruditiſſimi quique ac rerum peritiſſimi memoriæ juvandæ cauſa ſæpe neceſſitate compelluntur, ſunt res, quarum defectu maximo laboramus: eo namque ſive fatis, ſive incuria, ſive monitorum abſentia progreſſi ſumus, ut graviſſima rerum geſtarum monumenta vel interciderint, vel in tenebris adhuc lateant, & pauca temere magis, quam conſulto ſtudio in lucem producta ita diſperſa ſint, ut paucorum, eorumque operoſo ſolum uſui deſerviant. Magnam ego non legum ſingularium, ſed integrorum Generalium Decretorum Comitialium, quae hactenus in Legum, quo adhuc utimur, Codice deſiderabantur, imo pleraque a doctiſſimis etiam ignorabantur, copiam nuper admodum primus in lucem protraxi, plura latere, diplomatice docui; & quis erat hactenus, qui Acta publica ſive Comitiorum, ſive Tractatuum, & pactorum, ſive quorumcunque Inſtitutorum publicorum vel collecta edidiſſet, vel in ſua capita diſpeſcuiſſet, vel combinata illuſtraſſet? profecto nimiopere contenti ſuperficiali, a vaga ſolum traditione orali accepta præteritorum Actorum

 memo-

memoria, ignoramus, qua ratione Respublica vel proxime elapso seculo singulis in partibus administrata fuerit, aut quæ initia varia, quæ hodiedum obtinent, Instituta habuerint. Destituimur itaque sufficienti, certa, & exacta amussi, ad quam opiniones nostras de rebus gravissimis exigamus, & ab arbitrariis sententiis, quæ stante tam diversa cogitandi sentiendique ratione, non possunt confusiones maximas non parere, judicium præservemus. Quod ex erroribus historicis, qui neglectum studii rerum domesticarum permulti sequi debent, integra gens in errores politicos prolabi possit, complura sane docent exempla, atque isti illi fontes sunt, ex quibus multa mala in rempublicam profluunt, quin eorum originem tempestive satis perspiciamus, aut opportuna remedia cognoscamus.

Quanta igitur sit intensioris exactiorisque in eruderandis, illustrandisque rebus Domesticis, studii necessitas, ut nobis ipsis publice constemus, neque communi lapsu sæpe aberremus, vix pluribus argumentis evinci oportere puto; id unum restat, ut eam hac in re consequenda ineamus rationem, quæ optima sit, & præfixo fini maxime respondeat. Finis autem est notitia rerum domesticarum ex omni quidem, ea tamen imprimis parte, qua publicum Regni statum concernit, & ad ineunda recta consilia plurimum juvat.

Ad finem hunc necessarium est non solum genuinos ejusmodi notionum fontes aperire, sed etiam ita pragmatice illustrare, ut inde quilibet rerum muniis suis incumbentium sufficientem notitiam haurire, ac demum gerendorum negotiorum exercitio perpolire possit: sola enim ipsorum Fontium inspectio coactum adhuc, rigidum, ac inflexile in ne-

gotiis

gotiis judicium efficiet, quod concurrentibus diversis, ac improvisis rerum adjunctis confundetur, dum sola exempla applicanda venient; si vero fontes ipsi illustrati, si principia ex illis abstracta stabilita fuerint, si negotiorum exercitio illa occurrentibus casibus dextre applicandi consuetudinem contraxerimus, tum demum etiam in improvisis, & toto etiam cælo diversis negotiis, consilia, quibus opus erit, promte depromemus.

Quinam genuini hujusmodi notionum fontes sint, cum ego sæpe alias luculente exposui, tum iis plerisque jam notum est, qui in literatura practica paululum a limine introrsum processerunt, quos proinde hic nominare solum suffecerit. Legum Patriæ, seu potius Decretorum Comitialium completa, & genuina collectio, Actorum tam Comitialium, quam Tractatuum, & Pactorum, aliorumque Institutorum publicorum rite adornatum, ac typis in lucem editum Promtuarium, tum reliquorum tam Diplomaticorum, quam historicorum monumentorum scite digesta series, & omnium accurata illustratio. Illa omnis generis monumenta fontes Oceano similes, hæc illustratio cynosuram suppeditabunt.

Sed a quo tandem beneficium istud Patria sperandum habet? si præstolandum est, donec singuli singula in lucem producant, & sæcula elabentur, & insufficientium lucubrationum numero ita obruemur, ut Functionarii publici integris Bibliothecis nec procurandis, nec evolvendis pares sint. Ut res ad finem præfixum apte, quod optandum est, in uno corpore, membris licet pluribus præstetur, non paucæ, neque leves difficultates obstant, nullis privatis studiis superandæ, ipsas personas tantæ moli pares vix ad Laternam Diogenis reperiemus. Homines

mines professa opera Literas colentes non alios in Patria habemus, quam scholasticos, qui alioquin emensis Officiis sibi incumbentibus distinentur, & licet subsecivi temporis ad hujusmodi labores non modicum lucrari possint, cum tamen exercitio negotiorum publicorum destituantur, pervidere non possunt, quæ notitiæ in quos practicos usus deserviant, nequeunt igitur graviora discernere, ac singula suis momentis ponderare, adeoque ne collectionibus quidem apte adornandis, minus fontibus illustrandis pares sunt. Illi, qui munera publica gerunt, adeo suis Officiis obruti sunt, si uti debent, his rite fungi volunt, ut illis ad hæc studia nihil reliqui supersit, nisi meo exemplo id subtrahant, quod quieti ad reficiendas vires necessariæ debetur, id autem paucorum complexio per annos quidem aliquot patietur, sentient nihilominus maturius, quam ætate ipsa vires deficere solent, sed istis iterum altior scientiarum gradus, ad hæc studia necessarius, quem non nisi professa, & usque ad intemperiem intensa opera consequi possunt, plerumque deest. Qui dignitate, vel opibus præpollent, horum itidem cura, infinitis status sui ritibus ita distinentur, ut ad literarum studia parum otii, minus animi supersit; quibus autem fortuna avaram semet exhibuit, isti ad hæc sumtuosa mediis destituti, ipsum panem alia sibi utiliori industria quærere coguntur. Accedit ad hæc delicati argumenti, Jus Publicum inter Populum, & Imperantem in multis Capitibus controversum propius tangentis natura, in quo scriptores quarumvis Gentium, pro vigiliarum suarum præmio sæpe odium retulerunt, & gravissimarum veritatum eruderatio subinde cum capitis, vel fortunæ, aut saltem existimationis periculo, semper autem apud

eam

eam gentem, quæ illuſtrandis rebus domeſticis diu indormivit, cum improbo labore, ac plurimis difficultatibus conjuncta eſt, quibus diu ſufferendis nullum incitamentum habent.

Opus igitur ad perficienda ſimilia habet Reſpublica viro corporis, & animi dotibus optime inſtructo, cujus corporis quidem compages nullis, aut pauciſſimis chronicis morbis obnoxia illis viribus polleat, quæ vita ſedentaria, & continuis, ac intenſis diurnis, nocturniſque meditationibus, & lucubrationibus non facile frangantur, qui patientia, & conſtantia præditus nullis laboribus ac difficultatibus, nullis lucem fugientium, & perpetuas populi tenebras quærentium technis deterreatur, aut animum deſpondeat, qui a teneris annis neceſſarias ſcientias, ac imprimis principia Civilium diſciplinarum probe inbibiſſet, qui deinde mature publicis muneribus admotus omni gerendorum negotiorum genere, & modis exercitatus eſſet, cui maturo jam quidem, viribus tamen integro, & ætate florenti provincia hæc demandaretur, media, & auxilia omnia ſuppeditarentur, libertas non ſolum a coactione, ſed etiam ab impetitione concederetur, præmium in vera exiſtimatione, & vitæ ſubſidiis conſiſtens proponeretur, qui abundantia non ſolum neceſſariorum, ſed etiam commodorum non ad luxurioſum otium abuteretur, ſed ad maturanda ſtudia uteretur, ſagax in exquirendis, felix in detegendis vetuſtatis monumentis, ſtatum reipublicæ, & curſum negotiorum ejus, qualis ſucceſſive per ſæcula erat, indicantibus, perſpicax in ſingulis combinandis, clarus in digerendis, & illuſtrandis, ſincerus in vulgandis, qui denique natura, & quadam animi paſſione ad hæc ſtudia inclinaret, his unice raperetur, ac delectaretur, cu-

jus

jus non merces venalis, ſed nobilis gloria, & recte actorum conſcientia incitamentum eſſet, & præmium gratiſſimum.

Quam difficile ſit etiam in integra gente penes hanc, quæ obtinet, cogitandi, & vivendi rationem, vel unicam perſonam, in qua hæc omnia, quæ requiruntur, conveniant, vel data opera reperire, non dubito, quin quisque attentior perſpiciat, quando integra ſæcula vix unum tam illuſtre ingenium in apricum producunt, reliquis vel neglectis, vel ſemet ipſos negligentibus, quanto minus, & rarius ſemet offerent, ſi ne quærantur quidem, aut ſi qui ſcintillas quaspiam hujus lucis mature prodant, ſub ea ſpecie, ne incendium in republica oriatur, per imperitos, aut invidos plane ſupprimantur, quaſi nefas ſit perſpicilia politica fabricare, & omnia materialia naturæ dona, quavis induſtria magis quærenda, excolenda, protegenda ſint, quam hæc animi, cujus maxima vis eſt, cæleſtia munera.

Sed ponamus virum omnibus numeris abſolutum, & huic magno operi parem haberi, mediis, & ſubſidiis abunde proviſum ab aliis omnibus negotiis, ac impedimentis liberum, huic ſtudio inpigre vacare, majus hoc opus eſt, quam ut illi unius hominis vires, & ipſa ætas perficiendo ſufficiant. Peritiſſimus etiam Architectus ſtruendi ædificii quantamcunque molem accuratiſſime quidem deſignare poteſt, ad apicem tamen educere, ornare, ac perpolire ſine plurium aliorum auxiliatrice opera nequit, multo minus lapides, ligna, lateres, aliamque multiplicem materiam ipſe congerere. Accedit, quod vires noſtræ, animus, ſtatus, vita ipſa mutationibus, ab arbitrio noſtro minime pendentibus obnoxia ſint; quod ſi igitur unus duntaxat tanto operi inſudet,

ſudet, & huic aliquid quacunque ex parte humanitus eveniat, quo minus coeptos conatus proſequi poſſit, niſi ſtudiorum ſuorum participes, & conſcios ſodales habeat, nullus erit, qui coepta illius eodem filo proſequatur, quin ea longo ſtudio penitus perſpiciat, & fere ab ovo ordiatur, atque ita ſpes majorum, quaſi avitica hæreditas extra Dominium ad Nepotes transmittetur, cum tamen ea ſecula vivamus, ut ſalva exiſtimatione culturam nationalem ultro differre nequeamus, verum majoribus paſſibus ad eam properare debeamus, quam vicini præceſſerint, quibus nos omnis mora poſteriores efficit, ut illis, ſi non tempore, progreſſibus tamen pares aut ſuperiores evadamus. Fiet id, ſi animos, voluntatem, ſtudia, conatus, vires ipſas conjungamus, & conſociati opus urgeamus, ut ſemper adſint, qui deficientibus aliis illud eodem tenore proſequi poſſint.

Cum igitur Patria noſtra nondum ſocietatem aliquam literariam ſinu ſuo complectatur, nullum ſimile Inſtitutum habeat, quod ſtabile, & ſi non perpetuum, diuturnum tamen eſſet, recte atque provide agis Excellentiſſime Comes! dum licet tam illuſtris Provinciæ Gubernator plurimis, & graviſſimis negotiis occupatus, incredibili illa Tua, raro cum magnis Dignitatibus conjuncta laborioſitate otium lucraris, illuſtriores Proceres Tuo exemplo, & hortatu ad hæc ſtudia incitas, viros literis excultos exquiris animos eorum familiari conſuetudine conjungis, conatus dirigis, juvas, promoves, protegis. Nihil de Tua dignitate horum familiaritate decedet, ad exiſtimationem autem plurimum, & ipſa nominis immortalitas accedet. Utinam multos vel exempli Tui imitatores, vel conatuum nobiles æmulos habeas!

beas! Sunt equidem nonnulli pusillanimes, qui vel dignitate, vel opibus freti speciem Mæcenatum ambitiose præferentes ab hominibus etiam semidoctis, qui pauperes, & alienæ opis indigi pro exigua mercede laudes venales perituræ chartæ mandant, Orationibus, Panegyricis, Elegiis, Odis, Dedicationibus, & id genus testimoniis semet celebrari, collaudari, & velut Mæcenates de Republica Sacra, Civili, & litteraria optime meritos deprædicari, atque ad Gyganteam usque magnitudinem extolli patiuntur. Hoc fuco publicæ nominis, ac meritorum famæ ea vili mercede, qua ne Corinthum quidem adire sibi fidissent, redemtæ contenti, de veris meritis parum solliciti, dum in futilem luxum, & ridiculam pompam opes profundunt, nihil earum, quas ex Patria sua citra ullum in eam personale meritum superabundantes perceperunt, in ejus cultum, decus, ornamentum, ac felicitatem conferre laborant, quasi nulla ditiorum Civium in comunem Patriam, in cujus gremio increverunt, mutua essent officia, dum eam pauperiores studiis, ac vigiliis suis illustrare, ornare, decorare pro viribus conantur. Glorientur isti quantumvis sua magnitudine, reputent se illustri genere ortos, illustri loco positos: omnis hæc eorum gloria exiguo tumulo æternis tenebris sepelietur, dignitates in alios transferentur; opes alii vel hæreditabunt, vel rapient, & memoria nominis eorum in sterili duntaxat illorum, qui etiam ignavi ante, & post illos eosdem titulos gesserunt serie, sine attentione legetur, nisi illustre aliquid præstent, cujus fructus etiam posteritas percipiat, & quod scriptores dignum reputent, ut ad posterorum memoriam pro exemplo transcribatur. Sed non desunt contra viri, tam generosae indolis, ut nihil ad se

per-

pertinere putent, quod ipsi meriti non fuissent, & auxilia, quæ ad promovendas litteras suppeditant, non tanquam Beneficia Literatis, sed velut Officia Patriæ exhibita considerant. Possem ego longam eorum seriem percensere, qui vel meos conatus auxiliis suis adjuverunt, nisi hoc alio loco in parte jam præstitissem, in parte alia deinceps præstandi occasionem in manu haberem.

Sed plures denique semper Patria nostra habuit excolendæ domesticæ Literaturæ studiosos, quam horum mæcenates. Istud te minime latere potest, qui jam ante quatuor hos annos cursore publico Programma Typis editum ad me misisti, quo Scriptores de rebus Hungaricis & Transylvanicis nondum Typis editi ordine Chronologico recensentur. Nescio quo bono fato id acciderit, ut eodem in argumento et vestra Societas, & ego eodem tempore diversis locis industriam nostram exerceremus, & ego quidem professa opera id inter cæteros conatus meos literarios præstandum suscepi, ut quidquid uspiam terrarum de rebus Hungaricis scriptum, necdum tamen Typis editum latere in manuscriptis rescirem, ordine connotarem, & aliquando Bibliothecam manuscriptorum de rebus Hungaricis agentium adornarem. Cujusmodi adversaria notationum mearum inter alia quam plurima, quousque jam increverint, in unica singulari classe specimen daturus, quo simul pro transmisso mihi a Te Programmate in redhostimentum aliquid redderem, & meæ, quam de Tuis conatibus concepi, existimationis documentum ederem, simul mea ex parte consociationi vestræ suppetias ferrem, selegi *Diaria* de rebus Hungaricis variis, industria diversorum authorum successive conscripta, quæ mihi hactenus innotue-

tuerunt, & quorum nonnulla quidem typis impressa prostant, reliqua manu duntaxat exarata tenentur, eaque Chronologico annorum, de quibus agunt ordine disposita breviter recensui, & una, in quo plurimum meriti industriam meam habituram esse spero, diligenter indicavi, ubi singulorum Exemplaria deprehendi possint, quod raro ab aliis factum esse observavi.

Quamquam autem aliis permultis occupatus seriem hanc Diariorum chronologicam non proposuerim hoc loco ea forma adornare, qua Bibliographiæ a Viris doctis conscribi solent, & in qua omnem apparatum Historico - Literarium exhiberem (quod aliis otio magis abundantibus, indicatis alioquin exemplarium locis facilius præstandum relinquo) existimavi tamen opere pretium me facturum, ut generatim de indole, & varietate Diariorum notiones quasdam prævias, vel potius opiniones meas præmitterem, ut illi etiam, qui hoc in genere monumentorum nondum satis versati sunt, meditationes suas ad claritatem disponere, & singula suas in classes dispescere asuescant.

Sunt igitur Diaria notationes Historicæ eorum, quæ successive aguntur, vel eveniunt cum expressione anni, mensis, & diei, ad quos referuntur, conscriptæ. Quod Græci *Ephemeridies*, hoc Latini *Diaria* vocant, diversus tamen harum vocum usus distinctionem quandam ita induxit, ut Ephemerides latius patere videantur, & non omnia, quæ Ephemerides vocantur, Diaria apte appellari, nec illa omnia, quæ ad Classem Ephemeridum referuntur, Diariorum classe censeri possint. Diaria proprie tantum notationes historicas continent. Ephemerides recipiunt etiam res naturales Physicas, & reliqua

Histo-

Hiſtoriæ naturalis objecta. Ita obſervationes Aſtronomicæ paſſim Ephemeridum Aſtronomicarum nomine inſigniri ſolent, quæ tamen minus apte Diaria appellarentur. Ad Claſſem Ephemeridum ipſa Calendaria revocari, non item inter Diaria cenſeri poſſunt. Ephemeridum forma Phyſica, Politica, Moralia &c. in ſingulos dies diſtributa ſubinde referuntur. Ita in Calendariis paſſim nundinæ per ſingulos anni dies in diverſis locis celebrari ſolitæ notantur. In Calendario Tyrnaviæ anno 1683. in 4to edito ad ſingulos dies *principia generalia ſcientiarum;* In alio ibidem anno 1687. pleraque Leonina *Monoſticha pro variis hominum claſſibus*, ſingulo menſe aliis; *anno* 1688. *Ephemerides Aſcetico-ſcripturiſticæ, ſeu Documenta & Axiomata vitæ Chriſtianæ ex S. Scriptura collectæ.* Item: *Ephemerides Oeconomicæ, quid quovis Menſe faciendum ſit Oeconomo.* Item: *Ephemerides Ruſticæ, ſive de obſervationibus Ruſticorum, circa futuram conſtitutionem, vel viciſſitudinem aeris, annique ſalubritatem, ac fertilitatem.* In alio Calendario ibidem anno 1689 impreſſo varia Adagia cum brevi explicatione. Item: *Ephemerides Aſceticæ, ſive ſelecti Aphoriſmi ex Aureo Libello Thomæ Kempenſis de imitatione Chriſti excerpti, & in ſingulos anni dies diſtributi.* In alio item Calendario Tyrnavienſi anni 1681. *Anagrammata ex verbis ſalutationis Angelicæ.* Item anni 1722. *Axiomata Juris* textu Legum Civilium, & Canonicarum illuſtrata. Anni 1723. *Obſervationes Ruſticæ*, & anni 1724. *Prognoſtica Vulgaria.* Fatendum quidem eſt, horum quædam crasſo ſatis abuſu ad Ephemeridum claſſem coacta eſſe: Nundinarum tamen diarium ordinem, licet ad Hiſtoriam Civilem pertinentem, Ephemerides Oeconomicas, Ruſticas,

E uti

uti & Prognostica nec Ephemeridum classe excludi, nec Diariorum censeri posse.

Sunt item quædam mediam inter Diaria, & Ephemerides Classem constituentia, magis tamen ad has, quam illa accedentia, dum gesta præteritorum temporum, diversis, & multum ab invicem distantibus annis per singulos menses in anni dies, quibus evenerunt, redacta referuntur, adnotatis tamen ad singula annis, quibus evenerunt, cujus exemplum exstat in Calendario Typographiæ Tyrnaviensis anni 1682. in 4to ubi habentur ad singulos mensium dies *memorabiles res Christianorum cum Mahometanis gestæ*, sine discrimine ordinis annorum plerumque subnotatorum, toto quidem, qua diffusi sunt, orbe, sed in primis in Hungaria, & Transylvania. Et in simili Calendario Tyrnaviensi anni 1696. *Ephemerides Christiano-Turcicæ* simili modo. Item in simili Calendario æque Tyrnaviensi anni 1683 eodem modo singulis diebus anni subjiciuntur: *Res memorabiles in Hungaria gestæ*, idque non annorum, sed dierum per singulos menses ordine, cum adnotatis tamen penes singulæ diei memorabilia gesta, annis, quibus acciderunt. Item in Calendario itidem Tyrnaviensi anni 1688. in oppositis Calendario paginis referuntur: *Dies fatales heroum, seu dies obitus præcipuorum orbis virorum*, etiam plurium ad singulos dies cum adjectis diversis annis emortualibus. Ad annum denique 1681. in simili Calendario eadem methodo notatæ: *memorabiles res Deiparæ gestæ.* Ad hanc Classem pertinent, quæ in Serie Chronologica recensui: *Ephemerides Leopoldinæ, id est, per totum suæ vitæ, ac Imperii semisæculum Romanorum more fortiter facta, & tolerata Leopoldi I. ad circulum unius anni contracta semestria*

du•

duo. Viennæ 1700. *& Joannis Adami Schenkelii* vollständiges Lebens *Diarium Leopoldi I.* der Großthaten &c. Wien 1702. Item Calendarium Sanctorum Hungariæ Historicum manu, ut videtur, ipsius Gabrielis Hevenessy totum conscriptum in Bibliotheca Regiæ Universitatis Hungaricæ Pestini, inter MSS. Hevenessiana Tomo LXXXII. Martyrologium, seu Calendarium Sanctorum Hungariæ; ibidem Tomo LXXXIX. & Fragmenta Ephemeridum Sacro-Profanarum; ibidem Tomo LXXV. pag. 1. nec non Ephemerides Hungarico-Ecclesiasticæ, seu Diarium Sanctorum Hungariæ cum appendice; ibidem inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Litera A. Tomo XXIII. & XXIV. & Calendarium Ecclesiæ Hungaricæ, ibid. eodem Tomo XXIV. Fasti quoque ad hanc eandem Classem haud incongrue referuntur. Sed in his omnibus non sufficit diem accurate adnotasse, nisi etiam mensis indicetur, cum secus non pateat, ad cujus mensis diem acta referenda sint, & ita in Diariis Historicis semper dies, mensis, & annus exprimi debet. Ephemerides quoque Physicæ, si ad certam provinciam restrictæ sint, & eventus etiam naturales solum in elementis, connotatos referant, medium inter Diaria, *&* Ephemerides, inter Civilem, & naturalem Historiam locum obtinent, ut in exemplo, si tempestates, exundationes, siccitatem, sterilitatem, locustarum depopulationes, pestem & contagiones, meteora & similia phoenomena, eorumque sequelas referant, cum hæc magnum cum statu, & historia civili nexum habeant.

Venio nunc ad Diaria proprie dicta, nimirum historica, quorum itidem non parva diversitas observatur. Sunt enim alia publica, quæ autoritate quadam magistratuali conscribuntur uti sunt Diaria

Diætalia, quæ initio hujus ſeculi autoritate publica per peculiares perſonas, nimirum Protonotarios, quibus hæc provincia demandata eſt, ſcribi coepiſſe animadverti, & quæ ab anno 1790. autoritate itidem Publica typis imprimi coeperunt, quæ proinde authentica ſunt, & fidem plenam obtinent. In his publica ſolum Acta notantur; & ad hanc claſſem referri poſſunt ipſa Officiorum Protocola, quæ & forma, & objectis multum differunt. Relationes quoque Commiſſariorum ſuper executione commiſſæ ſibi provinciæ perſæpe in forma Diarii concinnantur, & ad Claſſem Diariorum pablicorum apud Hiſtoricos, apud Diplomaticos vero Actorum publieorum referuntur.

Diaria privata ſunt, quæ privata ſolum induſtria conſcribi ſolent, ſive deinde in illis Acta publica connotentur, ſive etiam res privatæ domeſticæ, ſingulares & minutæ narrentur. Horum alia ſcribuntur ſucceſſive illis, aut proximis diebus, quibus res, quæ in illis notantur, acciderunt; & hæc fidem hiſtoricam omnino merentur, & raro errores continere cenſentur, præſertim ſi autores eorum geſtis coevi, ac præſentes & oculati teſtes ſint. Alia ſcribuntur profeſſa opera de Actis, & eventibus præteritis mox, vel ſerius, non e propria perſonali notitia, ſed ex Actis, & aliorum Relationibus, aliisque fontibus hiſtoricis. Horum fides non in Autorum fidedignitate duntaxat, verum in fontibus etiam, ex quibus petita in formam Diarii rediguntur, fundatur, & tantam merentur, quantam fontes ipſi præſtant, ſi ceteroquin Autor in illis reperta fideliter referat, ſed tunc ille diſerte fontes, ex quibus diurnas notitias hiſtoricas petiit, accurate indicare debet cum magis illis credatur, quæ ex actis publi-

publicis, & Diplomatibus desummentur, quam quæ ex aliorum relationibus referuntur. Hujusmodi Diaria coævis in eo præcellere possunt, quod sæpe veritas, & accuratior intimiorum notitia, quæ ætate actorum sæpe involuta esse solet, cum tempore primum, dum rationes arcani cessant, detegatur, semper tamen in fontibus coævis fundari debet. Multi, qui particulares Historias præteritæ ætatis in forma Annalium scripserunt, prosequuntur narrationem gestorum, & eventuum per annos, menses, & dies, quæ peculiaris Diariorum Classis est, etiam in Chronicis passim observata.

Relationes novorum eventuum, seu Novellæ, vel Ephemerides novellares omnes ad classem Diariorum Historicorum referendæ sunt. Nihil autem Diariorum naturam mutat, sive notationes Historicæ paucorum duntaxat dierum, sive plurium annorum referantur, dummodo dierum ordine, etiamsi interrupto collocatæ sint. An autem Acta unius diei historice descripta Diarium efficiant, Philologis definiendum relinquo, meam sententiam pro me retineo.

Apud nos jam Sæculo XVI. mos apud privatos obtinuit, ut Calendariis interserta alba charta Notationes Historicæ partim privatæ, partim publicæ, partim res officii, vel alia similia inscriberentur. Multa talia Diaria passim adhuc exstant, in quibus sæpe res Historicæ notatæ occurrunt, quas alibi nuspiam reperias; & tamen hæc monumenta per nostros scriptores penitus neglecta esse observo. Ego collectionem eorum non ita pridem adornare cæpi. & multorum annorum similia Diaria descripta habeo, quæ in Grammatophylacio Széchényiano reperta & magna, & utilissima Historiam scri-

pturis evadere poteſt, ubi per alios quoque pari incuria continuata fuerit. Poſtremo nec id ſilentio prætereundum eſſe putavi, quod vox *Diarium* art. 52 anni 1662. ambiguo ſenſu uſurpetur, *ut Protonotarius Regni Croatiæ, ac Sclavoniæ, ac ſui in eodem Officio Succeſſores ad inſtar aliorum Protonotariorum in publicis Regni Diætis votum, locum, & DIARIUM habeant*, ubi quid vox *Diarium* ſignificet, an videlicet Protonotarius Croatiæ Diarium Diætale conſcribendum habeat, quemadmodum hodie id in Diætis Protonotariorum muneris eſt, an quod Diurnum percipiat, profecto nullus cum fundamento definiet, niſi acta ejus Diætæ conſulat, quæ inter §. 65. Gravaminum Regni ſequentia fere iisdem verbis, quibus ipſe citatus articulus conceptus eſt, leguntur. *Attentis, & conſideratis ſingularibus Magnifici Joannis Szakmárdy de Diankowcz Regnorum Croatiæ, & Sclavoniæ Protonotarii meritis, ac fatigiis, tum in præſenti, tum in priori Diætarum decurſu Regno exhibitis, Status, & OO. proprio motu admittunt, ac per Suam Majeſtatem benigne admitti cupiunt, ut idem Magiſter Protonotarius, & ſui in eodem Officio Succeſſores univerſi ad inſtar aliorum Protonotariorum in publicis Regni Diætis votum, locum, &* Diarium *habeant, eidemque pro Diæta præſenti etiam ſolitum Diarium currat, & exſolvi debeat.*

Ex quo loco *exſolvi debeat* patet, Diarium pro eo, quod Diurnum vocatur, citato articulo ſumi, quem quidem ſenſum hujus vocis tanto minus ſub ea latere cogitari poſſet, quod ſolutio, quæ dietim ex officio peregre procedentibus dari ſolet, *Diurnum* appelletur, Diarium vero vulgo pro diurnis notationibus hiſtoricis habeatur, tum quod hodie

ſimilia

ſimilia Diaria Diætalia ſcribendi Provincia re ipſa Protonotariis incumbat, tum denique, quod incredibile videatur, ut Protonotarii Regnorum Croatiæ, & Sclavoniæ, nominatim autem Joannes Szakmárdy, quem & præteritis Diætis, quæ plane in ſequentes annos protractæ ſunt, & art. 46. & 91. anni 1647. ac art. 98. anni 1649. & ipſo hoc, de quo ſermo eſt, art. 52. anni 1662. interfuiſſe conſtat, ſine Diurno, adeoque propriis ſumtibus procul adeo a Patria, & diutius communi nomine negotia publica curaverint, nec niſi anno 1662. primum Diurna obtinuerint.

Atque hinc etiam diſcimus, in Decretis Patriæ noſtræ Comitialibus ſæpe loca occurrere, quæ prima fronte ſenſum planiſſimum habere videntur, ſi accuratius expendantur, difficultates maximas habere, neque conjecturis, quales hic pro voce, & ſenſu Diarii prorſus veriſimiles militare poſſe videbantur, ſed notionibus hiſtoricis, & actis publicis genuine illuſtrari poſſe. Manet nihilominus adhuc eodem articulo 52. difficultas circa *votum*, & *locum*, quæ ſi hoc primum anno 1662. Joannes Szakmárdy, & Protonotarii Regnorum Croatiæ, & Sclavoniæ obtinuerunt, quid ante in Comitiis Hungaricis ſine illis egerint, & quomodo Protonotarius Sclavoniæ Juratum, & Tabulæ Banalis Notarium jam art. 98. anno 1649. ad publicos conſeſſus inducere potuerit, ſi ipſe in illis votum, & locum ante annum 1662. non habuit, quæſo explanent illi, qui ſine omni Hiſtoriarum, & Actorum publicorum apparatu Corpus Juris Hungarici ſemet intelligere poſſe putant. Deſinamus tandem in cortice natare, ac in rebus graviſſimis proletarie verſari, aſueſcamus omnia rimari, & combinare, & ſtudeamus auxilio genuino-

 rum

rum fontium ad intima penetrare, vel patiamur alios, ut nobis præluceant, ne in tenebris palpemus.

SERIES CHRONOLOGICA DIARIORUM,

quæ de variis rebus Hangaricis industria diversorum Autorum conscripta, nonnulla typis impressa, pleraque in exemplaribus manu duntaxat exarata exstant.

1) Anno 1290 — 1634. Excerpta ex Diario senioris, & junioris Joachimi Leibitzeri, quorum prior erat Pastor Kakas-Lomniczensis; posterior vero Hundsdorffensis in Comitatu Scepusiensi ab anno 1290 — 1634.

Junior fuit Israel Leibitzer. Excerpsit Samuel Székely, de Doba, qui & adversaria sparsit. Diarium Leibitzerianum, quod potiori jure Chronicon dicendum esset, complures in Comitatu Scepusiensi possident. Excerpta hæc reperi inter MSS. Comitis Joannis Nepomuceni Eszterházy, quæ & inter MSS. Comitis Ignatii de Battyán Præsulis Transylvaniensis exstant.

2) Anno 1368 — 1457. Ephemerides ex veteri codice MSS. Tabularii Cæsarei Autoris coævi ab anno 1368 — 1457.

Magis per annos, quam per dies brevis opella deducitur, potius itaque Chronicon, quam Ephemerides inscribenda fuisset, cum tamen in Elenchis manuscriptorum ista Ephemeridum nomine insigniantur, Lectorum gratia hic commemoranda erant. Apographum habetur inter MSS. Cornidesiano - Telekiana in 4. T. V. V. p. 44., & in Grammatophylacio Dipl. Hist. Instituti Széchenyiano, inter Scriptores rerum Hungaricarum ineditos minores. T. I. N. II. p. 11.

3) An-

3) Anno 1476. Anonymus Comitis Palatini (non utique Hungariæ, ſed Rheni) Legatus Mathiæ I. Regis Hungariæ nuptias, & Coronationem Beatricis Reginæ, atque illorum poſtea ingreſſum in Urbem Budam, quæ ſolemnitates a. c. 1476. acciderunt, deſcripſit.

Scriptum hoc Bongarſius ex Joannis Piſtorii Bibliotheca Anno 1600. in ſua Scriptorum Hungaricorum collectione N. VIII. edidit. Idemque Tomo I. ſuorum Scriptorum N. VIII. a folio 509 — 527. anno 1746. Schvandtnerus. G. I. Haner Adverſar. de SS. RR. Hung. pag. 5. qui Not. C. refert ex Schoedelo Disqv. de Reg. Hung. pag. 13. edit. Behamb. id opuſculum Lipſium etiam edidiſſe.

4.) Anno 1515. Congreſſus, ac celeberrimi Conventus Cæſaris Maximiliani, ac trium Regum Hungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ in Vienna Pannoniæ menſe Julio anno 1515. facti brevis, ac veriſſima deſcriptio Joanne Cuſpiniano Autore S. L. & A. ſed typis coævis in 4to.

In Biblioth. Cæs. Vindob. XXXVIII. F. 19. Proſtat etiam Germanice ſub titulo: Der namhaftigen Kayſ. Maj. und drey Königen zu Hungarn, und Böhmen, und Pohlen zuſammenkommung, und Verſammlung, ſo zu Wien in dem Heumonath nach Chriſti Geburt 1515 Jahr geſchehen, ein kurze, und warhaftige Erzählung, und Erklärung durch H. Joannem Cuſpinianum Kayſ. Maj. Oratorn, und Anwald zu Wien Lateiniſch gemacht, und nachmals von Artikel gedeutſcht. . . . S. l. & A. ſed typis coevis in 4to habetur ibid. XVI. H. 19. adl. & LXXVIII. Z. 2. adl. in 4. ad A. 1515. MSS. autem inter Kollariana Catal. 4. N. 100. Pertinet autem ad Claſſem Diariorum, prout in editionibus recentioribus paſſim inſcribitur, de quo ſequentem Hiſtorico-Literariam refert G. I. Haner Adverſar. de SS. RR. Hungaricar. pag. 114. notitiam.

„ Dia-

„Diarium de Congreſſu Maximiliani I. Cæſaris cum
„ Wladislao, Ludovico, & Sigismundo Hungariæ,
„ Bohemiæ, & Poloniæ Regibus, & inita ex gemino
„ fœdere matrimoniali affinitate. Prodiit illud ejus Cæ-
„ ſaribus ſubnexum primum Anno 1540. Baſileæ apud
„ Oporinum in folio; ſecundum Francofurti ſumtu he-
„ redum Vechelianorum anno 1607. inter Scriptores
„ Rerum Germ. Marquardi Freheri Tomo II. N. 44.
„ Tandemque Piſonii ſumtu Philohiſtorum Patriæ, ty-
„ pis Joan. Pauli Royer Apparatus ad Hiſtoriam Hung.
„ Beliani Dec. 1. Monumen. VI. itidem in folio anno
„ 1741.

5.) Anno 1515. die 17. Julii Hodæporicon, id eſt, Itinerarium Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Mathæi S. Angeli Cardinalis Gurcenſis, Coadjutoris Saltzburgenſis. Generalisque Imperii Locumtenentis, quæque in Conventu Maximiliani Cæſaris Aug. Sereniſſimorumque Regum Wladislai, Sigismundi, ac Ludovici memoratu digna geſta ſunt, per Riccardum Bartolinum Peruſinum edita Viennæ apud Hieronymum Vietor impenſis Joannis Wiedemann Auguſtenſis anno 1515. 4.

In Bibliotheca Cæs. Vind. Cæs. XXXI. Tomo 23. fol. 279. adl.

6.) Anno 1515 —1536. Excerpta Rerum maxime memorabilium, quæ continentur in Diario MS. Conradi Spervogel Conſtantienſis ad Lacum Bodanum, qui erat Notarius, & Judex Leutſchovienſis, in quo continentur ea, quæ ab anno 1515. usque 1536. in Comitatu Scepuſienſi, præprimis inter Leutſchovienſes, qui a partibus Ferdinandi I. & Käsmarkienſes, qui a Joanne Zápolya erant, acta ſunt, cui Titulus:

Conrad Spervogel von Konſtanz am Bodenſee bürtig von der Stad Leutſchau geweſenen Mitwohner

ner von 1516 — 1538. zusammen geschrieben glaubwürdiges Diarium.

Ipsius Diarii originale habetur apud Leutschovienses, copia vero illius apud Nicolaum Sinai Debreczini. Extractus Latine factus per Samuelem Székely de Doba A. 1764. mense Junio. Habetur autem inter MSS. Bibliothecæ Comitis Ign. de Battyán Episcopi Transylvaniensis, & C. Joan. Nepom. Eszterházy, ac inter MSS. Wagneriano-Jankovitsiana in fol. T. XIII. Notum est autem, hæc Excerpta jam per Carolum Wagner in Analectis Scep. vulgata esse.

7.) Anno 1525. Antonii Pulleonis Baronis del Burgio summi Pontificis ad Ludovicum II. R. Hung. Internuntii Epistola ad Jacobum Sadoletum ejusdem Pontificis Secretarium, qua Diarium actorum in Comitiis Pestanis anno 1525. a die 10 — 22. Maji idiomate Italico scriptum complexus est.

Ex MSS. Vatic. Germ. Tom. LV. pag. 65. & sequ. inter Epistolas Baronis del Burgio. Copia habetur inter MSS. Cornidesiano Telekiano Tom. VV. in 4. pag. 119. & ex illa in Grammatophylacio instituti Diplom. Historici, Latina versio habetur in Bibliotheca Josephi Cardinalis de Batthyán & in eodem Grammatophylacio. Edideram Pericopen hujus Epistolæ in Vestig. Comitior. p. 558. sed obtento Exemplari utraque lingua, totam supplementis ad eadem vestigia inserendam esse putabam.

8.) Eodem anno 1525. Relatio Actorum in Conventu Hatvanini anno 1525. celebrato, seu Epistola Baronis del Burgio Apostolici in Hungaria nuncii ad Sadoletum Secretarium Papæ, dein S. R. E. Cardinalem, qua Diarium ejus Conventiculi a die 2 — 5. Julii Italico Idiomate complexus est.

Ex MSS. Vaticanis Germ. Tom. LV. inter Epistolas Baronis del Burgio. Italicum Exemplar habetur inter

ter MSS. Cornidesiano-Telekiana 4. Tom. V. V. p. 129. Latinum autem in Bibliotheca Jos. Cardin. de Battyán, utrumque vero ex iisdem in Grammatophylacio instituti Dipl. Hist. quæ supplementis ad Vestigia Comitiorum ad annum 1525. inserta esse volui, postquam Pericopen in Vestigiis Comitiorum l. c. vulgassem.

9.) Eodem anno 1525. Diarium Conventiculi Hatvaniensis Teutonico Idiomate conscriptum.

Autographum habetur inter MSS. Wagneriano, Jankovitsiana, & copia inde desumta in Grammatophylacio Instituti Dipl. Hist. quam Supplementis ad Vestigia Comitiorum inserueram.

10.) Eodem anno 1525. Michaelis Chazaar Ludovici II. Regis Hung. Secretarii, & ad congregatos Status Regni cum Stephano de Verbötz ablegati Nuncii Diarium Actorum in Conventu Hatvaniensi anno 1525. circa Festum S. Joan. Bapt. per Aphorismos conscriptum.

Autographum habetur inter monumenta Hung. seculi XVI. in Bibliotheca Regiæ Universitatis Hung. Pestini, & copia inde desumta in Grammatophylacio Instituti Dipl. Hist. quam supplementis ad Vestigia Comitiorum inserueram.

11.) Anno 1526. Diarium Actorum in Comitiis Pestanis die 24. Aprilis, usque diem 8. Maii celebratis. Inter Epistolas Baronis del Burgio.

Ex MSS. Vaticanis Germ. Tom. LV. Latinum exemplar ex Biblioth. Jos. Card, de Batthyán desumtum habetur in Grammatophylacio Instituti Dipl. Hist. quod & supplementis ad Vestigia Comitiorum inserueram.

12.) Anno 1527. Potentissimi Hung. Bohemiæque Regis Ferdinandi Archi-Ducis Austriæ &c. in Civitatem Regiam Hung. Stulveissenburgum ingressio, coronatioque longe celeberrima. Antverpiæ ex Officina Joannis Graphei anno 1527.

Adjecta

Adjecta Ursini Velii de bello Pann. Libris ex editione Kollariana pag. 132., & a me inter solennia Inaug. N. 1. pag. 1. edita. Ad Classem Diariorum referri potest, quia ab ultima die Octobris, usque 4. Novembris Acta ex ordine deducuntur. Hanero videtur penitus ignota fuisse, cum ejus mentionem non faciat, & pag. 121. eidem substituat.

13.) Anno eodem 1527. Anonymi itidem Anzeigen von Königlicher Majestät zu Hungarn, und Böhmen Heerzug von Wienn aus bis zum Stuhlweissenburg anno 1527. 4to.

Fide Schmeizelii, quæ an superius commemorati Opusculi versio Germanica, vel alterius authoris distinctum opus sit, me latera fateri debeo.

14.) Anno eodem 1527. & 1528. Hieronymi Lasky Palatini Siradiensis Historia arcana Legationis nomine Joannis Regis ad Solymanum Turcarum Imper. susceptæ, nunc Primum e manu exarato codice in lucem educta.

A Mathia Bel. Adparatus ad Hist. Hung. Decadis I. Monum. IV. pag. 159. Est in forma Diarii a die 22. Dec. anni 1527. usque ad diem 29. Febr. anno 1528. deducti conscripta.

15) Anno 1529. Quæstiones, & responsiones quædam Germanicæ de statu, & viribus Turcarum cum anno 1529. Viennam obsidione cingere vellent. Subnectitur Fragmentum Diarii ejusdem obsidionis a die 1 — 12. Octobris.

In Bibl. Cæs. Vindobon. Cod. Chart. in Fol. Hist. Prof. N. CVIII. a fol, 28. & Cod. CXI. Gent.

16.) Anno 1543. Anzeygung wie daß Königl. Schloß Gran in Hungarn von den Türken belagert, und eingenommen ist. Anno 1543. s. l. in 4. Vol. I.

In Bibliotheca Reg. Universitatis Hung. Pestini inter edita LXV C.

17.) Anno 1552. Excerpta ex Diario Melchioris Guersich memoratu digna. Anno 1552.

Inter MSS. Wagneriano, Jankovitsiana T. II.

18.) Anno 1552 — 1559. Ephemerides, quas Nicolaus Oláhus in Ephemeridibus Astronomicis Petri Pitati Veronensis anno 1552. impressis suamet manu adnotavit ab anno 1552 — 1559.

Inter MSS. Cornidesiano, Telekiana in 4. T. V. V. p. 114. & inde in Grammatophylacio Instit. Dipl. Hist. inter Scriptores Rer. Hung. minores T. I. N. XVIII. p. 92. Item inter MSS. Wagneriano, Jankovitsiana T. I. 4.

19.) Anno 1553. Iter Buda Hadrianopolim anno 1553. exaratum ab Antonio Verantio, tum Quinque-Ecclesiensi, mox Agriensi Episcopo, ac demum Archiepiscopo Strigoniensi, Regio in Hungaria Locumtenenti, Magno Regni Cancellario, atque S. R. E. Cardinali Electo. Nunc primum e Verantiano Chartophylacio in lucem editum. Excudebat Venetiis Aloysius Miloco anno 1774. mense Aprili in 4. pagg. 42.

Est Diarium a die 18. (in Autographo 19) Julii usque diem 19. Aug. anno 1553. deductum, sed tantum Fragmentum initio & fine truncatum; nam, uti ex Actis hujus Legationis apparet, inivit illam Verantius cum Francisco Zay de Chemer, & Augerio Bubeqvio jam mense Junio per Ferdinandum I. R. eo destinatus Orator, post d. 15. Julli anni 1553. & redierunt Viennam circa diem 20. Octobris anni 1557. Initium itaque, licet paucos dies complecti deberet, tamen ad minus uno Ternione conscriptum deest, cum hic ex abrupto jam in itinere constitutus narrationem continuet. In fine autem, cum non nisi usque ad suum Hadrianopolim adventum continuetur, si totius Legationis tempus suo Diario complexus est, plurima desiderarentur. Titulum Editor huic Fragmento qui-

quidem ſatis aptum præfixit (cum in Autographo deſideretur) Si tamen integrum Opus eſſet *Diarium Legationis ad Portam Otomannicam* inſcribi deberet; incertum tamen eſt, an illud Verantius & quousque continuaverit, cum plura ejus Opuſcula autographa in manu habuerim, quæ abrupta, & interfecta reliquit. Tam iſtud Fragmentum, ſed in fine iterum truncatum, quam alia permulta Verantiana, ſpeciatim hujus Legationis Acta Originalia & Apographa ex Charthophylacio Verantiano-Draganichiano illata ſunt ad Grammatophylacium Széchényianum.

20.) Anno 1555. Tranquilli Andronici Dalmatæ Secretarii Gubernatoris Gritti iter Legationis Ottomanicæ anno 1555.

Commemoratur apud Pray P. V. p. 4. Katona ad a. 1571. p. 299. Schmitt Epp. Agrien. P. III. p. 99. dicitur Ciceronis imitator, ſed an in forma Diarii ſcripſerit, ignoro.

21.) Anno 1556. Copia Conſultationis ſub expeditione D. Palatini verſus Babocham anno 1556. ſive Diarium expugnationis Caſtri Babocha a die 16 — 28. Julii.

Inter MSS. Kaprinaiana fol. Lit A. T. XLVII. & ſerie ſub Lit. B. in 4. T. III. p. 205.

22.) Anno eodem 1556. Hiſtoria obſidionis, & oppugnationis Arcis Szigeth in Hung. a Marco Horvath loci illius Capitaneo ad Regiæ Majeſtatis mandatum deſcripta, & transmiſſa die 23. Auguſt. anno 1556. Vittembergæ. Exc. Heredes. Pet. Pejczi 1557. a 21. Maii usque 29. Julii deductum Diarium.

In Grammatophylacio Széchényiano.

23.) Anno 1558 — 1567. Sigismundi Torda Ephemerides, quas Ephemeridibus Nicolai Simi Mathematici Bononienſis anno 1554. Venetiis impreſſis ſuamet manu inſcripſit ab anno 1558 — 1567.

In

In Bibl. Coll. Poson. sub Lit. M. N. 26. Habentur inter MSS. Cornidesiano - Telekiana in 4. T. V. V. pag. 103. & inde in Grammatophylacio Inst. Diplom. Hist. inter Scriptores Rer. Hung. minor. T. I. N. XX. p. 112. Item inter MSS. Wagneriano, Jankovicsiana T. I. in 4.

24.) Anno 1561. Visitatio per Blasium Zathay Archidiaconum Zoliensem in Comitatu Zoliensi ubique in Parochiis, & Ecclesiis executa anno 1561. Inter MSS. Hevenessiana T. LIV.

25.) Anno 1563. Joannis Listhii Commentarius de Coronatione Maximiliani II. in Regem Hung.

Est editus in apparatu ad Hist. Hung. per M. Belium Dec. 1. Monum. VIII. pag. 303. Habetur etiam inter MSS. Hevenessiana T. IX. pag. 90. sed minus exacte descriptus, & utrobique exordio truncatus, prout & a me in solennibus Inaug. N. II. pag. 12. editus, sed accessit serius e MSS. Jankovitsiano - Aczélyianis Grammatophylacio Instit. Dipl. Hist. Apographum cum exordio hactenus inedito integrum. Potest autem inter Diaria jure reputari: siquidem Acta ab ultima mensis Aug. ad octavam Septembris ordine complectatur.

26.) Anno 1564. Nicolai Oláhi Compendiarium suæ ætatis Chronicon.

Editum in M. Belii apparatu ad Hist. Hung. Dec. 1. Mon. 1. Referendum est ad illam Ephemeridum speciem, in quibus per annos quidem Historica referuntur. sed actorum, & gestorum menses, & dies accurate adnotantur.

27.) Anno 1565. Hadriani Candidi ad Principem Medicæum Epistola de iis, quæ mense Julio in Hungaria penes Exercitum gesta sunt. Dat. Szakmár. die 26. Julii anno 1565.

Ex Bibl. Medicæa Florent. inter MSS. Comitis Ignatii de Battyán Episcopi Transylvaniensis.

28.

28.) Anno 1566 — 1572. Auszug aus Johan Khevenhüllers Tagebuche vom Jahre 1566—1572.

Vide Ungar. Magazin T. I. p. 100. Ipsum opus Khevenhüller Diarium ab anno 1566 — 1572. provocat etiam Pray.

29.) Anno 1567. & 1568. Diarium Legationis nomine Maximiliani II. Imp. & Regis Hungariæ per Ant. Verantium, Albertum de Wyss, & Christophorum a Teuffenpach ejusdem Oratores ad Portam Otomanicam susceptæ A. C. 1567. Autore Ant. Verantio a die 22. Aug. anno 1567. usque diem 17. Martii anno 1560. compendio deductum.

Ex. Autographo Carthophylacii Verantiano - Draganichiani, jam nunc Grammatophylacii Széchényiani inter Scriptores Rer. Hung, Minor. T. I. N. XXIV. p. 149.

30.) Anno 1568. Ephemerides Martini de Kechet Episcopi Veszprimiensis.

Inter MSS. Wagneriano - Jankovichiana T. I. in 4. Sed habentur inter eadem MSS. Tomo XXVII. ad eundem annum 1568. etiam Joannis Listhii Episcopi Veszprimiensis Adnotationes de rebus Hungaricis. Adeoque alterutro loco error saltem in anno irrepserit.

31.) Anno 1569 — 1612. Michaelis Weiss Diarium rerum in Transylvania ætate sua gestarum ab anno 1569. usque 1612.

Recensetur, inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylvanicæ. In Magyar Nyelv mivelô Társaság Munk. 1. Dar. pag. 195. locatur inter annos 1586 — 1612.

32.) Anno 1570 — 1611. Simonis Nösner Diarium ab anno 1579 — 1611.

Recensetur inter MSS. inedita in eodem Programmate, & in Magyar Nyelv Mivelô Társaság Munk. 1. Darab. II. Szak. p. 191.

33.) Anno 1573. Stephan Perlachs Tagebuch der von Maximilian II. und Rudolph II. an die Ottomanische Pforte abgefertigten, und durch David Ungnad glücklich vollbrachten Gesandschaft. Herausgegeben durch Samuel Perlachs. Frankfurt. 1674. fors 1574.

In Bibliotheca Comitis Ftanc, Széchényi cum Icone Baronis Ungnad. Alio loco indicatur sub titulo: Tagebuch der Gesandschaft David Ungnads an die Ottomanische Pforte. Inter MSS. Gab. Hevenessy T. XXVI. habentur: Excerpta ex Itinerario Diario Perlachi Baronis ab Ungnad Prædicantis domestici, dum qua Legatus Constantinopolim mitteretur. Mira est varietas indiciorum, quibus opusculum istud in diversis locis nodatum invenio. Alibi vocatur Author Gerlach, alibi Ungnad Adamus, alibi annus 1574. alibi editionis 1674.

34.) Anno 1573. Sigismundi de Pisincz Dominatii Doycensis Parochi Clades Bicinensis, a die 22 — 27. Januarii descripta.

Ex Autographo Bibliothecæ Josephi Cardinalis de Batthyán inter Scriptores Rer. Hung. minores Tom. I. N. XXVII. p. 158.

35.) Anno 1576. Balogh Ferencz Napló Könyve.

Recensetur in Program. & in Magyar Nyelv mivelő Társaság munkáinak I. Dar. II. Szak. pag. 191.

36.) Anno 1578. Diarium Comitiorum Posoniensium Anni 1578. per nuncios, ut videtur Civitatis Eperjessiensis conscriptum.

Ex Autographo Archivi Civitatis Sopronienfis Apographum in Grammatophylacio Instituti Diplomatico-Historici.

37.) Anno 1586 — 1624. Georgii Závodszky Illustrissimi condam Com. Georgii Thurzò Regni Hung. Palatini Secretarii Diarium, seu memorabilia

quæ-

quædam, quæ ab anno 1586 — 1624. in Regno Hungariæ contigerunt.

Exſtat inter MSS. Kaprinayana ſerie ſub Lit. A. in fol. T. XLIX. & inter MSS. Caroli Fehérvary in 4to Tomo XIII. Idem inter MSS. C. Ignatii de Batthyán. Ceterum editum jam eſt in apparatu ad Hiſt. Hung. Dec. I. Monum. VIII. per M. Bel. Excerpta ex hoc Diario habentur etiam inter MSS. Wagneriano-Jankovicſiana T. II.

38.) Anno 1586 — 1626. Martini Banffy Coronenſis Diarium, ſeu adnotationes Hiſtoricæ ab anno 1586 — 1626.

Recenſetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylvanicæ, & in Magyar Nyelv mivelő Társaság Munk. 1. Dar. p. 196.

39.) Anno 1588 — 1620. Laskay János Diariuma ab anno 1588 — 1620.

Recenſetur ibidem, & in Magyar Nyelv Mivelő Tárſaság Munk. 1. Dar. p. 195. habetur in Bibliotheca Telekiana.

40) Anno 1589. Varadienſis obſidionis Diarium.

Inter MSS. Wagneriano-Jankovitſiana. Tomo VI.

41.) Anno 1592. Obſidio Sciſcienſis Domini Micatii, a die 12. Aprilis usque diem 29. Julii anno 1592.

Ex Autographo Chartophylacii Verantiano-Draganichiani in Grammatophylacio Széchényiano, inter Scriptores Rer. Hung. Minores T. I. N. XXIX. p. 201.

42.) Anno 1593. Fragmentum Autoris coævi, Ephemerides anni 1593. conſignantis.

E Scheda authographa inter MSS. Cornideſiano-Telekiana in 4to Tomo VV. p. 47. & inde in Grammatophylacio Inſt. Dipl. Hiſt. inter SS. min. Tom. I. N. XXXI. p. 209.

43.) Anno eodem 1593. Diarium Comitiorum anni 1593. Germanico Idiomate conſcriptum.

Ex autographo Archivi Civitatis Sopronienſis in Grammatophylacio Inſt. Dipl. Hiſt.

44.) Anno eodem 1593. Deſcriptio rerum inter Turcas, & Chriſtianos per Hungariam, & Croatiam a menſe Septembri anni 1593. usque ad initium anni ſequentis geſtarum.

In Syndromo Rerum Turcico-Pannonicarum. N. 22.

45.) Anno eodem 1593 — 1661. Petri Bánffy coronenſis Diarium cum continuatione ab anno 1593 — 1602 — 1661.

Recenſetur inter MSS. inedita in programmate ſocietatis Transylvanicæ, & Magyar Nyelv Mivelô Társaság Munkáinak 1. Dar. p. 194.

46. Anno 1595. Arnoldi Helii Strigonienſis obſidionis, & in ea de Turcis partæ victoriæ Diaria Synopſis Anno 1595.

In Syndromo Rerum Turcico-Panonicarum N. 36.

47.) Anno eodem 1595. Neue Zeitungen, was ſich in Frankreich, Hiſpanien &c. Ungarn, Siebenbürgen, von Martii bis September 1595. zugetragen. Kölln. 4.

In Bibliotheca C. Franc. Széchényi Czenkenſi.

48.) Anno 1596. Hatvanienſis obſidionis, & expugnationis Diarium.

Inter MSS. Wagneriano-Jankovicſiana Tomo VI.

49.) Anno 1597. Arnoldi Helii, Infauſtæ ad Kereſtum Chriſtianorum pugnæ narratio.

In Syndromo rerum Turcico Pannonicarum. p. 281.

50.) Anno 1598. Arnoldi Helii Summaria eorum, quæ in obſidione Budenſi anno 1598. notatu digna occurrerunt, Ephemeris.

In Syndromo Rer. Turcico-Pannonicar. N. 35.

51.)

51.) Anno 1600. Hannibalis Mathæi du Mont, Diarium expeditionis Christiani Exercitus ad Canisam anno 1600. factæ.

Ibidem N. 36

52.) Anno eodem 1600 — 1605. Comitis Valentini Drugeth de Homonna Diarium, quo expeditio bellica per Stephanum Botskay suscepta describitur ab anno 1600 — 1605.

In Bibliotheca Jos. Car. de Batthyán, ex illa inter MSS. Ant. Szirmay. Inter MSS. C. Mich. Viczay sub Epigrap. Diarium C. Valentini Drugeth de Homonna, avagy Homonnai Drugeth Balint Botskay István Fejedelem ideibéli Hadakozása, cum benedictione divina memoriale a die 14. Julii, usque diem 19. Novembris anni 1605. In fine adjiciuntur ejusdem, & Zinan Bassae literæ. Diarium alioquin originaliter Hung. Idiomate conscriptum est.

53.) Anno eodem 1600 — 1618. Dominici Benkner Chronologia, vel annotationes Historicæ, seu Diarium ab anno 1600 — 1618.

Recensetur inter MSS. inedita in programmate Societatis Transylvanicæ, & in Magyar Nyelv Mivelô Társaság munk. 1. Darab. p. 195.

54.) Anno eodem 1600 — 1698. Curienser Geschichts-Kalender des Königreich Ungarn, und Siebenbürgens von anno 1600 — 1698. nach den Jahren, Monathen, und Tagen eingerichtet. Leipzig 1698. in 8.

Exemplar habetur in Bibliorheca Telekiana.

55.) Anno 1601, & 1602. Theodor Meurers Relationis continuatio, oder wahrhaftige Beschreibungen aller fürnehmen, und gedenkwürdigen Historien so sich hin, und wider in hoch- und nieder-Deutschland, auch in Frankreich, Engelland, Italien, Hispanien, Irland, Persien, Hungarn,

Pohlen, Siebenbürgen, Walachey, Moldau, Türkey insonderheit in Liefland vor, und hinzwischen nächst verschiedener Frankfurter Herbstmeß verlaüffen, und zugetragen. Alles zum Theil aus eigner Erfahrung, zum Theil aus überschikten glaubwürdigen Schriften von Tag zu Tag verfasset und continuirt, auch mit etlichen schönen Kupferstichen vor Augen gestellt und Verfast durch Sigismundum Latomum gedrukt. 1602. in 4.

A die 23. Augusti 1601. usque diem 10. Martii 1602. Exemplar habetur in Bibliotheca Regiæ Universit. Hung. Pestini, sed instar Relationum Novellarum de Rebus Hungaricis, uti de aliis mixtim & parum refert, cuju modi scripta e Seculo superiore plurima exstant, sed nimium dispersa & rara, cum volantia solum folia fuerint.

56.) Anno 1603. Georgii Homonnai Diarium Rerum ad Németh Ujvár anno 1603. gestarum.

Vide Bel. T. IV. p. 337.

57.) Anno 1604. Liber secretorum suffragiorum Capituli Ecclesiæ Jaurinensis anno 1621.

Continet narrationem ab anno 1604. per modum Diarii scriptam, cui variæ literæ insertæ sunt, sed pleraque privatam personam concernunt. In dorso notatur N. 166. In Bibl. Comitis Mich. Viczay Hederváriensi.

58.) Anno eodem 1604. Iter Budense tractandæ pacis causa a die 3 — 25. Febr. festum S. Mathiæ anno 1604.

In Bibl. Cæs. Cod. Chart. f. Hist. Prof. CCCCXCI. f. 16. & 68. Gent.

59.) Anno eodem 1604. De in vanum tentata per Martinum Pethe de Hetes Locumtenentem Regium; Episcopum Jaurinensem, ac Præpositum Scepusiensem occupatione Templorum, Xenodochii, ac

Scholæ

Scholæ Leuchovienſis. Ex Anonymi Civis Leuchovienſis Ephemeridibus.

Inter MSS. Diplomatica Sam. Székely, jam Com. Ignatii de Batthyány Epiſc. Tranſylvanienſis T. XIV. pag. 39.

60.) Anno eodem 1604 — 1606. Diarium diverſorum fatorum in ſuperiori Hung. perpeſſorum ab anno 1604 — 1606. per menſes expoſitorum Idiomate Germanico.

Inter MSS. Wagneriano-Jankovicſiana Tom. XXX. comprehenditur 215. foliis.

61.) Anno 1608. Diarium Congreſſus Regnicolarum Hungariæ præſidente Mathia Archi-Duce, tunc adhuc ejusdem Regni Gubernatore Poſonii a die 9. Jan. usque diem 6. Febr. Item de 13. & 14. Junii per Ablegatos Civitatis Sopronienſis deductum.

Ex Autographo Archiui ejusdem Civitatis Sopronienſis in ampliſſima collectione mea Actorum, & Diariorum Diætalium, inter Scriptores Rer. Hung. Minor. T. I. N. XXXII. p. 2. . .

62.) Anno eodem 1608. Agloſa Legati Comitis Palatini Rheni de coronatione Mathiæ II. cum Chronologia Regum Argentorati 1609. 8. per Spangenberg in Germ. translatum.

Jam anno 1476. uti vidimus Mathiæ I. nuptiarum, & Beatricis coronationis ſolennia per Legatum itidem C. Palatini Rheni deſcripta erant.

63.) Anno 1610. Acta, & concluſiones Synodi Solnenſis anno 1610. diebus 28 — 30 Martii habitæ.

Inter MSS. Cornideſiano-Telekiana T. Z. N. 2061. Exſtat etiam editum.

64.) Anno 1612. Antonii (alii Andream ſcribunt) Nigroni relatio Legationis ſuæ ad Portam Ottomannicam.

In Biblioth. C. Mich. Vizcay Hedervarienfi. Ex Cod. Atzéliano in Grammat. Inft. Dipl. Hift. inter SS. Rer. Hung. min. T. I. N. XXXIII. p. 245. Ex contextu exemplaris non apparet, ad quem annum referenda fit, cum jam 1612. jam 1614. exfcribatur, deducitur tamen a die 19. Junii ad menfem Decembrem in Exemplari Viczaiano a die 24. Junii ad diem 20. Januarii.

65.) Anno 1613. Rerum in Tranfilvania anno Domini 1613. toto menfe Octobri geftarum Ordo, & feries &c.

Ex impreffo Claudiopoli typis Heltanis Inter MSS. Cornidefiano - Telekiana N. Catalogi 2039. In Cod. MSS. Achatii Bartsay Conftitt. Tranfylv. refertur per extenfum fub hoc Titulo: Rerum in Tranfylvania anno 1613. toto menfe Octobri geftarum Ordo, & feries, nec non articuli trium nationum ejusdem regni Tranfyluaniæ, in quibus omnibus mutationis hujus caufa, & effectus Chriftiano Orbi ob oculos ponitur, ac Electio Illuftr. D. Gabrielis Bettlen D. G. in Principem Tranfylvaniæ, Partiumque Regni Hung. Dominum, & Siculorum Comitem &c. electi, inauguratio item additis omnibus conditionibus laudatiffimæ Regni adminiftrationis habetur. Par denique Literarum Varadino in Tranfylvaniam miffarum, quibus primum omnium de infeliciffima morte Sereniffimi Principis Gabrielis Báthory tres Regni Nationes in generali Regni Congregatione in Civitate Claudiopolitana certiores factæ funt. Ex permiffu Illuftriffimi Principis &c. Ibidem Typis Heltaianis impreffa, deinde ex impreffo in Conventu Colosmonoftorienfi transumta. Sunt autem Acta duntaxat in hoc titulo fere omnia fpecificata, adeoque non eft opus Hiftoricum, aut plane Diarium, quod ex initio tituli videri poffet. Hæc monenda erant, cum fæpe fola Epigraphe decipiamur.

66.) Anno eodem 1613 — 1617. Andreæ Hegyes Diarium ab anno 1613 — 1617.

Recen-

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societ. Transyl. In Magyar Nyelv Mivelô Tarsaság munk. 1. Dar. p. 195.

67.) Anno 1614. Relatio Legationis D. Georgii Hofzszuthoty, qua ad Principem Transylvaniæ functus est.

In Cimello Székelyiano Biblioth. publ. Episcopalis Quinque-Ecclesiensis T. IV. p. 138. Inter MSS. Cornidesiana, & SS. Rer. Hung. min. T. I. N. XXXIV. p. 277.

68.) Anno eodem 1614. Commissariorum Regiorum ad tractandum cum Transylvanis exmissorum Relatio de peracta legatione data die 7. Junii forma Diarii ab initio Aprilis ad diem 16. Maii deducti scripta.

Quæ inter Acta Tractatuum publicorum habetur, indubie illa ipsa cum præcedente eadem erit.

69.) Anno eodem 1614. Commissariornm Cæsareo-Regiorum relatio super tractatu cum Transylvanis Tyrnaviæ mense Julio concluso. Dat. die 20. Aug. Forma Diarii a die 8. Junii usque diem 2. Augusti deducti scripta.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

70.) Anno 1615. Acta Synodi Mediensis anno 1615. a die 6 — 11. Maii.

In Protoc. Actor. Publicor. Davidis Hermanni T. I. p. 23. Inter MSS. C. Ignatii de Batthyán Episc. Transylvaniensis.

71.) Anno eodem 1615. & 1616. Iter Vittembergense, hoc est brevis. & succincta descriptio eorum, quæ tam Vittenbergæ, quam alibi locorum eundo, & redeundo Illust. Comes, ac D. Emericus Thurzó de Betlensalva, Suprem. ac Heredit. Comes de Arva &c. vidit, & summa industria observavit ab anno 1615. 7. Julij usque anno 1616. diem 2. mensis Junii ætatis suæ anno 18.

Inter

Inter MSS. Biblioth. C. Mich. Viczay Hedervarienſis in 4. Diverſum tamen eſt ab illo, ex quo excerpta mox ad annm 1618 indicabo.

72.) Anno 1617. Extractus MSS. Diarii Martini Gras in autographo apud Joannem Karolovſzky exiſtentis, ubi continetur ſuccincta narratio de prima Eccleſiarum unitatis Fratrum in Polonia origine anno 1617.

Inter MSS. Fejérvariana T. I. in 4. N. 739.

73.) Anno 1618. Memorabilia ex Diario Com. Emerici Thurzó.

Inter Antiquitates Adami Rajtsányi.

74.) Anno 1619. Benkő Máthé Napló könyve a' Fényes Portához Követségéről 1619. Eſzt.

Recenſetur inter MSS. inedita in Programmate Societ. Tranſylv. et ejuſdem munk. 1. Dar. p., 195.

75.) Anno eodem 1619. Acta Synodi Medienſis anni 1619. a die 13 — 16. Novembris.

In Protoc. Actor. Publicor. Davidis Hermanni T. I. p. 93. inter MSS. C. Ignatii de Batthyán Ep. Tranſyl.

76.) Anno eodem 1619. I. Jeſſenii Legationis ſuæ in Regiis Ungarorum Comitiis proximis nomine Evangelicorum Regni Bohemiæ ordinum obitæ renunciatio. Pragæ. 1619. 4.

In Biblioth. C. Franciſci Széchényi.

77.) Anno 1621. Diarium Tractatus Nicolſpurgenſis a die 20. Sept. usque diem 30. Dec. anni 1621. deductum.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

78.) Anno eodem 1621. Acta Synodi Medienſis anni 1621. a die 23 — 26. Maii.

In Protoc. Actor. Publ. Davidis Hermanni T. I. p. 87. Inter MSS. C. Ignatii de Batthyán Ep. Tránſylv.

79.) Anno 1622. Diarium Diætæ Sopronienſis in diem 1. Maii promulgatæ, & die 8. Aug. anni

1622.

1622. conclusæ, conscriptum per Paulum de Zemere Tabulæ Regiæ Juratum Notarium.

Autographum habetur in Bibliotheca publica Regiæ Univers. Hung. Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Lit. A. fol. Tom. XXVI. p. 179. Ex illo vero Apographum in amplissima mea collectione Actorum, & Diariorum Diætalium. Nullus unquam pluribus Comitiis Hungaricis interfuit, aut plura eorum Diaria conscripsit, quam Paulus de Zemere, ut successive videbimus.

80.) Eodem anno 1622. Diarium Diætæ Sopronienses anni 1622. ad diem 1. Maii publicatæ a die 16. Maii usque diem 5. Augusti deductum.

Autographum, ut videtur possidet Biblioth. Conventus Aug. Confessionis Poson. Apographum est inter MSS. C. Francisci Széchény; ex utroque autem aliud in amplissima mea collectione prædicta, a priori distinctum.

81.) Eodem Anno 1622. aliud, ab utroque præcedentium distinctum ejusdem Diætæ Soproniensis Diarium.

Habeo Ibidem.

82.) Anno eodem 1622. Relatio generalis Commissariorum de Actis Tractatus Nicolspurgensis a die 22. Jan. usque diem 15. Febr. circa ejus executionem interventis.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

83.) Anno 1623. Stanislai Thurzó Palatini Diarium Tractatus cum Gabriele Bethlen Hodolini instituti a die 10. Oct. usque diem 28. Decembris deductum.

Ibidem.

84.) Anno 1623. & 1624. Series Tractatus, quem nos Comes Palatinus cum S. R. I. & Transylvaniæ Principe habuimus. Est Diarium a die 10.

Octobr. anni 1623. usque diem 2. Febr. anni 1624. lingua Hung. deductum cum provocatione Actorum ad eundem Tractatum pertinentium.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

85.) Anno 1624. Diarium Conventns Partium Regni Superiorum Cassoviam per Suam Serenitatem Principem Transylvaniæ pro die 28. Martii anni 1625. indicti.

In Bibl. Reg. Univers. Hung. publica Pestini. Inter MSS. Gabrielis Hevenessi T. XXVI. pag. 161.

86.) Anno eodem 1624 — 1631. Stephani Aszalay Diarium, quo diversa publica, privataque Acta ab anno 1624. die 25. Oct. usque 1631. diem 20. Decembr. Hung. idiomate connotantur.

Ex Autographo in Grammatophylacio Inst. Diplom. Hist.

87.) Anno 1625. Stephani Czernitzky, & Pauli de Zemere Comitatuum Sárosiensis, & Borsodiensis Ablegatorum Diarium, Diætæ Sopronienfis in diem 8. Sept. indictæ a die 26. Septem., usque diem 23. Decembris deductum cum insertis Actis.

Autographum Pauli de Zemere habetur in eadem Bibl. Univers. Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Lit. A. in fol. T. XXVI. pag. 224. & ex illo Apographum in amplissima mea collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

88.) Anno 1626 — 1657. Francisci Sebessy Diarium ab anno 1626 — 1657. die 24. Decemb. Hung. idiomate deductum cum subjectis Actis publicis Legationes Georgii Rákótzy concernentibus, plerisque originalibus.

Autographum in Folio habetur in Biblioth. Hedervariensi C. Michaelis Viczay, ab eodem pro descriptione ad Grammatophylacium Inst. Dipl. Hist. mecum communicatum.

89.)

89.) Anno 1627. & 1628. Michaelis Forgáts Coronensis Diarium rerum Transylvanicarum annorum 1627. & 1628.

Recensetur inter MSS. inedita in programmate Societ. Transylv. et ejusd. Munk. 1. Darab. pag. 196.

90.) Anno eodem 1627. Kamuthy Istvánnak két napló Könyvei.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylv. & ejusdem Munk. 1. Dar. p. 196. ubi ad annos 1627. & 1628. locatur.

91.) Anno eodem 1627. Acta Synodi Cibinii celebratæ. anno 1627. a die 18—24. Novembris.

In Protocolo Actor. Publicor. Davidis Hermanni. Tomo I. pag. 221. inter MSS. C. Ignatii de Batthyán Episcopi Transylvaniensis.

92.) Anno 1629 — 1644. Haller Gábor Diariuma ab anno 1629 — 1644.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylvanicæ, & ejusdem Munk. 1. Darab. p. 196.

93.) Anno 1630. Valentini Sennyei, & Pauli de Zemere Comitatus Saarosiensis Nuncii Diarium Diætæ Posoniensis Anni 1630. a die 14. Aprilis, usque diem 24. maii deductum.

Autographum Pauli de Zemere in Biblioth. Regiæ Universitatis Hung. Pestini. Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Lit. A. in Fol. Tomo XXVII. p. 275. & ex illo in amplissima mea collectione Actor. & Diar. Diætalium, ubi & alterius Diarii hujus Diætæ Fragmentum habetur.

94.) Anno 1631. Sebastiani Lustrier, & Emerici Liptay Nunciorum Cæsareo Regiorum ad Hassan Bassam Budensem Vezirium Relatio forma Diarii a die 4 — 14. Januarii deducti conscripta.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

95.) Anno 1632. Relatio Legationis Romanæ, quam obiit Cardinalis Petrus Pazman jussu Suæ Cæsareæ Maj. apud Suam Sanctitatem Urbanum Papam VIII. anno 1632. a die 23. Jan. usque diem 3. Maii deductum.

Ex MSS. Bibliothecæ C. Mich. Viczay Acta hujus Legationis referente inter SS. Rer. Hung. Minores. T. I. N. XXXV. pag. 287.

96.) Anno eodem 1632 — 1689. Vehiculum Vitæ Serenissimi, & Celsissimi Principis Transylvaniæ, Partium Regni Hungariæ Domini, & Siculorum Comitis Michaelis Apaffy a die 3. Novembris anni 1632. usque diem 8. Octob. anni 1689. per modum Diarii Hungarico Idiomate conscriptum.

Inter MSS. Cornidesiano - Telekiana Tomo A. 4. N. 2036. Videtur esse diversum ab eo, quod in Magyar Nyelv Mivelô Társaságnak munk. 1. Darab. pag. 198. ad annum 1690. recensetur, quod ibid. N. 1479. haberi scio.

97.) Anno 1633. Elsö Rákótzi György maga, Diarima.

A' Magyar Nyelv Mivelô Társaság munkainak 1. Darab. p. 196.

98.) Anno 1634. Acta Synodi Cibinii (in Transylvania) anno 1634. die 3 — 14. Decembris celebratæ.

In Prot. Actor. Publicor. Davidis Hermanni T. I. p. 143. inter MSS. C. Ign. de Batthyán Epis. Transylv.

99.) Anno eodem 1634 & 1635. Pauli de Zemere, & Petri Hanvay Diarium Diætæ Sopronienfis a die 28. Novembris anni 1634 usque diem 26. Febr. anni 1635. deductum cum insertis Actis publicis.

Autographum Pauli de Zemere habetur in Biblioth. publica Regiæ Universitatis Hung. Pestini inter MSS. Stephani Kaprinay Serie sub Lit. A. in Fol. T. XXVI. p. 311.

p. 311. & inde Apograpbum in mea ampliſſima collectione.

100.) Anno eodem 1634. & 1635. Diarium Diætæ Sopronienſis per Michaelem Katsándy Notarium, & Ablegatum Nuncium Comitatus Zemplinienſis conſcriptum.

In Archivo ejusdem Comitatus Faſc. 179. N. 20. & Loc. 95. N. 63.

101.) Anno eodem 1634. & 1635. Diarium Diætæ anni 1634. & 1635. Hungarico Idiomate conſcriprum.

Inter MSS. Antonii Szirmay in fol. ſub N. 314. & in mea ampliſſima collectione.

102.) Anno 1636. Excerpta ex Diario Georgii Dobronoky.

Inter MSS. Wagneriano - Jankovitſiana Tomo II.

103.) Anno 1637. et 1638. Georgii Barna, & Pauli de Zemere Ablegatorum Comitatus Abaujvárienſis Diarium Diætæ Poſonienſis a die 5. Novembris anni 1637. usque diem 7. April. 1638. deductum, cum inſertis Actis publicis.

Autographum Pauli de Zemere habetur in Bibliotheca publ. Regiæ Univerſitatis Hung. Peſtini inter MSS. Stephani Kaprinay ſerie ſub Lit. A. in fol. T. XXVII. pag. 91. & inde Apographum in ampliſſima mea collectione Actor & Diar. Diætalium.

104.) Anno eodem 1637. & 1638. Danielis Mathæi Ablegati Civitatis Bartphenſis Diarium Diætæ Poſonienſis a die 1. Novembris 1627. usque diem 26. Martii anni 1638.

Ex Apographo Steph. Kaprinay inter ejus MSS. ſerie ſub Lit. B. 4to ſed initio carente, quod ex ipſo Autographo Archivi Civitatis Bartphenſis ſupplevi. Habetur in mea ampliſſima collectione.

105.) Anno eodem 1637. & 1638. Diarium Diætæ Posoniensis a die 29. Novembris 1637. usq. diem 10. Febr. 1638. succincte deductum.

Inter MSS. Bibliothecæ Josephi Cardin. de Batthyán T. III. & inde in amplissima mea collectione, Actor. & Diar. Diætalium.

106.) Anno eodem 1637. & 1638. Diarium ejusdem Diætæ Posoniensis a die 23. Novembr. anni 1637., usque diem 26. Martii anni 1638. Hung. Idiomate deductum.

Ex MSS. Antonii Szirmay Vol. I. p. 511. In eadem amplissima collectione mea.

107.) Anno 1640. Andreæ Izdentzi ad Portam Ottomanicam Internuncii Relatio peractæ Legationis Suæ Anno 1640. a die 11. Decembr. ad diem 3. August. anni 1641.

In Protocolo Nicolai Eszterházy Regni Hungariæ Palatini, & inde in Grammatophylacio Inst. Dipl. Hist. inter Scriptores Rer. Hung. minores.

108.) Anno 1642. Pauli de Zemere, & Christophori Pongrátz Ablegatorum Comitatus Abaujvariensis Diarium Diætæ Posonium pro Festo S. Martini indictæ a die 8. Novembr. ad diem 12. Decembris anni 1642. deductum cum insertis Actis.

Autographum Pauli de Zemere habetur in Biblioth. Publ. Reg. Univers. Hung. Pestini. Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Lit. A. folio Tomo XXXII. pag. 275. & inde desumtum Apographum in amplissima mea collectione Actor. & Diarior. Diætalium.

109.) Anno eodem 1642. Michaelis Katsándy Notarii, & Ablegati Comitatus Zempliniensis Diarium Diætæ Posoniensis anni 1642.

In Archivo Comitatus Zempliniensis Fasc. 179. N. 22.

110.) Anno 1644. Georgii Bánfy Diarium.

Recen-

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylvanicæ; & ejusdem Munk. 1. Darab. pag. 196.

111.) Anno eodem 1644. Synodus Cibinii (in Transylvania) anno 1644. a die 28. Novembris, ad diem 2. Decembris celebrata.

In Protocollo Actor. Publicor. Davidis Hermanni T. I. p. 250. Inter MSS. Biblioth. Comit. Ignatii de Batthyán Episcopi Transylv.

112.) Anno eodem 1644. Andreæ Zakány, ut ex ejus subscriptione patet, Principis Transylvaniæ ad Tractatum pacis Cæsarem inter, & Georgium Rákotzy Principem Transylvaniæ celebrandum Ablegati Comissarii Diarium ejusdem Tractatus à die 10. Octobris anni 1644. usque ad diem 8. Jan. anni 1645. Hungarico idiomate deductum eum insertis ejusdem Tractatus usque ad diem 29. Martii anni ejusdem 1645. durantis Actis.

In Biblioth. Reg. Univers. Hung. Pestini. Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Lit. A. T. XXVIII. pag. 1.

113.) Anno eodem 1644. Diarium Tractatus inter Ferdinandum III. Rom. Imp. & Hung. Regem, & Georg. Rákotzy Transylv. Princip. Tyrnaviæ anno 1644. instituti & anni 1645. continuati per Ablegatum Civitatis Bartphensis conscriptum, & a die 5. Martii anni 1644. usque ad diem 8. Januarii anni 1645. deductum.

Ex Autographo Archivi Civitatis Bartphensis in Grammatophylacio Instituti Dipl. Hist. Inter Acta, & Diaria Tractatuum Publicorum.

114.) Anno eodem 1644 — 1663. Lintzig János Napló Könyve ab anno 1644. — 1663.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societ. Transylv. & ejusdem Munk. 1. Dar. p. 197. Sed collocatur intra annos 1648 — 1663.

115.) Anno 1645. Kálnoky István Diariuma.

Recensetur ibidem utrobique.

116.) Anno 1646. Diarium Tractatus Tokayensis a mense Aprili, usque Augustum cum insertis Actis. In Biblioth. Publ. Reg. Univers. Hung. Pestini.

Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub Lit. A. fol. Tomo XXIX. p. 1.

117.) Anno eod. 1646. Commissariorum Cæsareo-Regiorum pro executione Tractatus cum Georgio Rákoczy Principe Transylvaniæ conclusi deputatorum Relatio de peracta ejusdem executionis commissione forma Diarii a die 25. Jan. usque diem 7. Sept. deducti conscripta Dat. 30. Oct. anni 1646.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

118.) Anno eodem 1646. & 1647. Pauli de Zemere Comissarii Principis Transylvaniæ Diarium Diætæ Posoniensis ad Festum S. Bartholomei prorogatæ a die 23. Aug. anni 1646. usque diem 2. Julii 1647. deductum.

Autographum habetur inter MSS. Steph. Kaprinay A. Tom. XXIX p. 141. & inde Apographum in amplissima mea Collectione Actor. & Diariorum Diætalium.

119.) Anno eodem 1646. & 1647. Petri Szirmay Ablegati Comitatus Zempliniensis Diarium Diætæ Posoniensis anno 1646. cæptæ, & anno 1647. continuatæ.

Ex Autographo Biblioth. Antonii Szirmay fol. N. 447. p. 1: Apographum in amplissima mea collectione Actor. & Diar. Diætalium.

120.) Anno eodem 1646. & 1647. Stephani Vittnyedi Ablegati Civitatis Soproniensis Diarium Diæ-

Diætæ Posoniensis a die 4. Sept. anni 1646. ad diem 30. Martii anni 1647. deductum.

Ex MSS. Biblioth. Ant. Szirmay fol. N. 447. in amplissima mea collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

121.) Anno eodem 1646. & 1647. Diarium Diætæ Poson.

E MSS. C. Francisci Széchényi, & L. B. Joannis Jeszenák in eadem mea collectione.

122.) Anno eodem 1646. & 1647. Diarium Diætæ Posoniensis.

E MSS. Josephi Cardin. de Batthyán in eadem mea collectione.

123.) Anno eodem 1646. Petri Szirmay Diarii ejusdem Diætæ Posoniensis Fragmentum a die 4. Sept. ad diem 8. Decembr. anni 1646. deductum.
In eadem mea collectione.

124.) Anno 1647. Georgii Emödy, & Stephani Soos Commissariorum Relatio super Executione restitutionis Templorum, & Bonorum in Comitatibus Comárom. Barsien. Honten. Neogr. & Strigoniensi ad Palatinum Regni facta per modum Diarii a 26. Apr. ad 8. Maii 1647. deducti. Datum Posonii die 22. Maii 1647.

125.) Anno eodem 1647. Balth. Nádasdy, & Joannis Szeghy Commissariorum ad restitutionem Templorum in Partibus Cis-Danubianis exmissorum Relatio Executionis ejusdem per modum Diarii a die 13. Apr. ad 15. Maii deducti Lingua Hung. ad Palatinum Regni facta. Datum in Németh Jagendorff de 25. Maii 1647.

Ibidem p. 189. & in eadem collectione mea.

126.) Joannis Dráskotzy, & Joannis Melegh Commissariorum ad restitutionem Templorum, & Bonorum,

norum, in Comitatibus Pos. Nitr. Trench. Thurocz. & Liptov. exmissorum Relatio Executionis ejusdem per modum Diarii a die 12. Apr. ad diem 27. Maii deducti ad SS. & OO. Regni facta. Datum Posonii die 28. Maii 1647.

Ibidem p. 206. & passim inter Acta Diætalia.

127.) Anno 1649. Pauli de Zemere, & Francisci de Barna Junioris Nunciorum Ablegatorum Diarium Diætæ Poson. pro Festo conversionis B. Pauli Apostoli indictæ a die 20. Jan. usque diem 3. Junii 1649. deductum.

Autographum Pauli de Zemere inter MSS. Stephani Kaprinay A. fol. Tomo XXIX. p. 211. & inde Apographum in mea amplissima collectione Actorum, & Diar. Diætalium.

128.) Anno eodem 1649. Diarium Diætæ Posoniensis anni 1649.

E MSS. Jos. Card. de Batthyán T. III. p. 199. In eadem mea collectione.

129.) Anno eodem 1649. Acta Synodi Cibinii (in Transylvania) die 1. Decembris anni 1649. celebratæ.

In Proth. Actor. Publ. Davidis Hermanni T. I. p. 261. Inter MSS. Biblioth. Comitis Ignatii de Batthyán Episcopi Transylv.

130.) Anno 1650. Laurentii Kiss Coronensis Diarium circa annum 1650.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylv. & in ejusdem Munk. 1. Dat. p. 196.

131.) Anno eodem 1650 — 1672. Auszug aus dem Diario H. Mich. Klein Pastor zu Groß-Lomnitz von 1650 — 1672.

132.) Anno 1651. Acta Synodi Cibinii (in Transylv.) anno 1651. die 27. Novembr. & sequentibus celebratæ.

In

In Proth. Actor. Publicor. Davidis Hermanni T. I. pag. 157. Inter MSS. C. Ignatii de Batthyán Episcopi Transylvaniensis.

133.) Anno 1655. Acta Synodica Ecclesiastica Congregationis Megyessini habitæ anno 1655. die 23. — 28. Aprilis.

Ibidem p. 124.

134.) Anno eodem 1655. Diarium Diætæ Poson. anno 1655.

E MSS. Bibliothecæ Jos. Card. de Batthyán T. III. p. 241 — 411. in amplissima collectione mea.

135.) Anno eodem 1655 — 1662. Ambrosii Ketzer C. Stephani Tököly Aulæ Præfecti originale Diarium ab anno 1655 — 1662.

Inter MSS. Fejérváriana T. IX. in 4. recensetur etiam in Magyar Nyelv mivelô Társaság Munk. 1. Darab. p. 197.

136.) Anno 1657. Rhédey Lászlo Diariuma.

Recensetur inter MSS. inedita in Program. Soc. Transylv. inter MSS. inedita, & ejusdem Munk. 1. Darab. p. 196.

137.) Anno eodem 1657. & 1658. Stephani Enyedy Diarium annorum 1657, & 1658.

In Programmate Societ. Transylv. inter MSS. inedita, & ejusdem Munk. 1. Darab. p. 196.

138.) Anno eodem 1657 — 1661. Andreæ Frank Diarium Historicum de rebus gestis a die 25. Octobris, anni 1657. usque ad diem 1. Novembr. anni 1661. in folio.

Inter MSS. C. Joan. Nepom. Eszterházy. In Programmate Societatis Transylv. inter MSS. inedita locatur ad annum 1600. Frank Diariuma Szeben meg-szallásárol Bartsai Akos Fejedelem alatt in Magyar nyelv mivelô Társaság Munk. p. 197. locatur intra annum 1659. & 1660. & loco Bartsai ponitur Botskay, qui prius vixit annis 60.

139.) Anno 1659. Diarium Diætæ Posoniensis anni 1659. a die 9. Aug. usque die 1. Decembris.

E MSS. Jos. Cardin. de Batthyán T. IV. in mea amplissima collectione Actor. & Diar. Diætalium.

140.) Anno eodem 1659. Francisci Liberczey Ablegati Comitatus Diarium Diætæ Posonien. anni 1659. a die 21. Julii usque diem 7. Nov. deductum.

Ex Archivo Comitatus Pestiensis in eadem collectione.

141.) Anno eodem 1659. Fragmentum Diarii Diætæ Posoniensis a die 9. Aug. ad 4. Octobr. anni 1659.

E MSS. Biblioth. Ant. Szirmay Vol. I. p. 979. In eadem mea collectione.

142.) Anno eodem 1659. Fragmentum alterius Diarii ejusdem Diætæ a die 4. Sept. ad 4. Octobr. anni 1659.

Ex MSS. Biblioth. Ant. Szirmay Voll. III. p. 399.

143.) Anno 1660. Acta Dierum, sub quibus Georgius Rákótzy, & Achatius Bártsay una cum suis adhærentibus intra, & extra Civitarem Cibiniensem super regimine Regni Transylvaniæ contenderunt Anno 1660. partim Latine partim Hungarice descripta in 4. pag. 140.

Inter MSS. Vagneriano-Jankovitsiana Tomo XLVII. Aliud exemplar habetur inter MSS. Cornidesiano-Telekiana T. Z. N. 2052. ubi præmisso mox titulo præfigitur *Tyrannis Rákotziana*, seu Acta &c.

144.) Anno 1662. Publicatio rerum in Comitiis anno 1662. celebratis, dein dissolutis gestarum per XIII. Comitatus Partium Regni superiorum fideliter instituta ab initio usque diem 2. Septembr.

Ex MSS. Biblioth. Ant. Szirmay Vol. III. p. 1 — 63. N. 448. in mea amplissima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

145.)

145.) Anno eodem 1662. Diarium Diætæ Posonienſis anni 1662. per Egregium Andreem Gedey Juratum Notarium, & Ablegatum Comitatuum Peſt, Pilis, & Solth unitorum a die P. Maii usque diem 2. Septembr. conſignatum.

Indidem p. 427 — 625, in mea ampliſſima collectione.

146.) Anno eodem 1662. Diarium Diætæ pro die 1. Maii. 1662. Poſonium indictæ a die 6. Maii ad diem 28. Aug. deductum.

Indidem p. 173 — 284. in mea ampliſſima collectione Actor. & Diar. Diætalium. In hoc Diario provocatio occurrit ad Diarium Andreæ Gedey.

147.) Anno eodem 1662. Diarium ejusdem Diætæ Poſonienſis a die 11. Maii ad diem 1. Aug. deductum.

Ex eodem Vol. III. p. 73 — 162. in eadem mea collectione.

148.) Anno eodem 1662. Diarium continens Acta Diætalia anni 1662. Poſonien. maxime res Status Evangelici deſcribens opera Stephani Ketskés, Michaelis Petenada & Samuelis Armpruſter Ablegatorum Civitatis S. Georgii congeſtum, & a die 11. Maii, ad diem 2. Septembris anni 1662. deductum.

Ex Autographo Biblioth. Caroli Fejérváry Apographum in eadem collectione mea.

In Autographo ſequentia notantur de autoribus hujus Diarii: *Qui non ſunt reipſa magni Viri, ſe monſtrant magnos pueros eſſe,* Ego tamen dictum hoc non vellem accipere tamquam Judicium de authoribus hujus Diarii prolatum; ſed potius pro ſententia in abſtracto generatim pronunciata: Poſſeſſor enim hujus autographi olim ſamuel Székely de Doba id moris habuit, ut libris, quos nactus eſt, & ipſis cubiculis, quæ inha-

 bitabat

bitabat varia dicta, & ſententias inſcriberet. De hoc autographo in Tabula interna notatur: *Cl. Nic. Sinai Hiſt. & Eloquentiæ Profeſſor in illuſtri Collegio Debreczinenſi hocce Diarium per me ſibi mutuo datum, in uſus ſuos exſcribi curavit ac 21. Novembris 1767. mihi remiſit. — Cl. Joſephus Bentzur Rector ſcholæ Poſonienſis 1770. etiam in uſus ſuos exſcribendum curavit, ac anno 1771. remiſit.* Opus quod duo Viri docti in uſus ſuos deſcribi curarunt, non videtur a talibus viris profectum eſſe, de quibus ſententia, quam retuli, tamquam Judicium valeret. Patet hinc etiam, Diarii hujus plura jam Apographa exſtare.

149.) Anno 1662. Diarium Diætæ Poſonienſis anni 1662. ab initio usque diem ultimam Auguſt. deductum.

E MSS. Bibl. Joſ. Cardinalis de Batthyán T. V. in eadem mea collectione. Idem habetur etiam inter MSS. Biblioth. C. Franciſci Széchény.

150.) Anno eodem 1662. Diarium ejusdem Diætæ Poſon. a die 1. Maii, usque diem 9. Junii deductum.

Ex iisdem MSS. T. VII. in eadem mea collectione.

151.) Anno eodem 1662. Diarii ejusdem Diætæ Fragmentum a die 4. Maii ad diem 4. Julii deductum.

Ex MSS. Györkiano, in eadem mea collectione.

152.) Anno eodem 1662. Diarii ejusdem Diætæ aliud Fragmentum a die 1 — 20. Junii deductum.

E MSS. Biblioth. Antonii Szirmay Vol. II. p. 660 — 674. in eadem mea collectione.

153.) Anno eodem 1662. Diarii ejusdem Diætæ aliud Fragmentum usque 16. Maii deductum.

Inter MSS. Bibl. C. Franc. Széchény.

154.) Anno eodem 1662. Diarium Diætæ hujus anni.

Habetur editum in Diario Europæo continuat. p. 277 — 477.

155.) Anno 1663. Samuelis Egri Fodor Diarium anni 1663.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylv. & ejusdem munk. 1. Darab. p. 197.

156.) Anno eodem 1663. Acta Synodi Generalis Universitatis Ecclesiastica a die 25. Novembr. ad diem 8. Decemb. anni 1663. Cibinii (in Transylvania) habitæ Sessione XX.

In Protoc. Actorum Publicor. Davidis Hermanni T. I. p. 206. inter MSS. Biblioth. C. Ingnatii de Batthyán Episc. Transylvaniensis.

157.) Anno eodem 1663. Journal der von den Türken bloquirten, und eroberten Festung Neuheusel s. l. & a.

In Bibl. R. Univers. Hung. Pestini LXV. C.

158.) Anno eodem 1663. Johann Pflegers verzeichniß was sich täglich in Neuheusel von 13. Aug. 1663. bis zur zeit der übergabe begeben. s. l. anno 1663. 4.

Habetur in Bibliotheca C. Franc. Széchény.

159.) Anno 1564. Diarium und kurze wahrhafte Erzehlung, wie die belagerung der Festung Canischa den 17 (27) April vorgenommen &c. sammt einem historischen geographischen Vorbericht von Canischa, und Serinván. s. l. 1664. 4.

In Biblioth. C. Franc. Széchényi.

160.) Anno eodem 1664. Diarium anni 1664. a die 20. Junii ad 5. Julii in Castris Új-Zrinvár.

Vid. Ungar. Magazin T. II.

161.) Anno 1665. Diarium originale, continens in se juxta annos, & menses rerum memorabilium in Hungaria superiori acta, germanico idiomate conscripta, & ad texendam Patriæ Historiam servitura.

Inter MSS. Vagneriano-Iankovitsiana T. XXVII. 4.

162.) Anno 1666. Synodus anni 1666. die 6. —9. Julii Megyessini celebrata.

In Protoc. Actor. Publicor. Davidis Hermanni T. I. p. 235. inter MSS. Biblioth. C. Ignat. de Batthyán Ep. Transylvaniensis.

163.) Anno eodem 1666. Acta Synodi Mediensis postremæ die 8. Novem. & sequent. anni 1666. per 5. Sessiones.

Ibid. p. 281.

164.) Anno 1669 Tractatus, sive consultatio & congregatio XIII. Comitatuum in præsentia DD. Ablegatorum Regiorum intus denotatorum a die ultima Aprilis usque diem 22. Maii in L. ac R. Civitate Eperies anno 1669. continuatus & per I. S. conscriptus.

Inter MSS. Biblioth. Fejérváriana T. VIII. in 4. ejusdem congregationis idem, an diversum Diarium indicatur in collectione Dipl. Sam. Székely jam Bibliothecæ MSS. C. Ignatii de Batthyán Ep. Transylv. T. XV. sequenti Epigraphe. Gravamina XIII. Comitatum ac LL. Regiarumque Civitatum superiorum partium Regni Hungariæ, & querelæ in Conventu Eperjessiensi A. 1669. habito proposita a die ultima Aprilis ad diem 22. Maii cujus & Diarium MSS. habetur. Diarium cum Actis Tractatus Eperjessini XIII. Comitatuum in præsentia DD. Ablegatorum ab ultima mensis Aprilis usque diem 22. mensis Maii A. D. 1669. conscriptum per I. S. Ex MSS. Bibl. C. Franc. Szechényi habetur in Grammatophylacio Instituti Dipl. Hist.

165.)

165.) Anno eodem 1669. Relatio Tractatus Eperiessiensis per Præsidem Commissionis Regiæ ut videtur, I. a Rottal ad suam Majestatem facta per modum Diarii a die 3. Aprilis ad diem 29. Maii anni 1669. deducti.

In Grammatophylacio Instituti Dipl. Hist. & in Bibliotheca Viczaiana Hedervariensi.

166.) Anno 1670. Diarium cum Actis consultationis XIII. Comitatuum Partium Regni Hung. superiorum ex convocatione Comitatus Zempliniensis in L. ac R. Civitate Cassoviensi die 24. mensis Januarii &c. A. D. 1670. celebratæ.

Ex MSS. Bibliothecæ C. Franc. Széchény in Grammatophylacio Inst. Dipl. Hist. inter Acta, & Diaria Tractatuum publicorum.

167.) Anno eodem 1670. Diarium Conventus partium superiorum Novisolii anni 1670. die 7. mensis Martii inchoati, & ad ultimam mensis ejusdem continuati.

Ibidem indidem.

168.) Anno 1671. Cursus Legationis Liberarum Regiarumque Civitatum Cassoviensis, Leutschoviensis, Bartphensis, Eperiessiensis, Cibiniensis, & Késmarkiensis in negotio religionis ad Majestatem Regiam anno 1671. expeditæ.

Inter MSS. Vagneriano - Jankovitsiana Tom. XVI.

169.) Anno 1672. Synodus Cibiniensis (in Transylv.) anni 1672. mense Jan. die 26. sequent. per Sessiones XX. In Prothoc. Actor. Publicor. Davidis Hermanni T I. p. 289.

Inter MSS. Biblioth. C. Ignatii de Battyán Episc. Transylvaniensis.

170.) Anno 1676. Acta Synodica anni 1676. die 6. sequ. Junii Medgyessini habitæ per X. Sessiones.

In

In Proth. Actorum publicorum Davidis Hermanni T. I.p 303. inter MSS. Biblioth. C. Ignat. de Batthyán Ep. Transylv.

171.) Anno 1679. Acta Synodi Mediensis postremæ. anno 1579. Sessiones VI.

Ibid. p. 318.

172.) Anno 1680. & 1707. Stephani Szirmay Diarium Legationis suæ ad Tökölyum, & Portam Ottomannicam anno 1680. dein ad malecontentos Hungaros anno 1707. peractæ seriem complectens.

Inter MSS. Biblioth. Ant. Szirmay fol. sub N. 454. In Magyar Nyelv mivelő Társaság munk. I. Darab. p. 198. locatur ad annum 1690.

173.) Anno 1681. Stephani Szirmay Diarium Diætæ anni 1681. a die 21. Apr. ad diem 3. Oct. deductum cum Actis.

Ex MSS. Bibl. Ant. Szirmay fol. sub N. 448. Vol. III. p. 693. usque 1039. In mea amplissima collectione Actor. & Diariorum Diætalium.

174.) Anno eodem 1681. Stephani Szent-Iványi, & Pauli de Zemere Ablegatorum nunciorum Comitatus Zempliniensis Diarium, & universa series Diætæ anni 1681. Actorum per eosdem Hungarico idiomate reportata.

In Archivo Comitatus Zemplén Loc. 96. N. 66. & inde in eadem mea collectione.

175.) Anno eodem 1681. Stephani Gyöngyössy Ablegati Comitatus Gömöriensis Diarium Diætæ Soproniensis anni 1681. idiomate Hungarico conscriptum.

Ex MSS. Biblioth. Ercsiniensis Comitis Joannis Petri Szapáry. In eadem collectione mea.

176.) Anno eodem 1681. Diarium Diætæ Soproniensis anni 1681. per ablegatos nuncios Comitatus Abaujvariensis Hungarico idiomate conscriptum.

Ex

Ex Autographo Biblioth. Gabrielis Péchy in eadem mea collectione.

177.) Anno eodem 1681. Diarium Diætæ Soproniensis anni 1681. a die 11. Maii ad diem 30. Decembris deductum.

Ex MSS. Biblioth. Jos. Cardin. de Batthyán T. VIII. in eadem mea collectione. Idem habetur inter MSS. Bibliothecæ Széchényianæ.

178.) Anno 1681. Diarium Diætæ Soproniensis anni 1681.

Ex MSS. Bibliothecæ C. Joannis Petri Szapáry in eadem mea collectione.

179.) Anno eodem 1681. Diarium Diætæ Soproniensis anni 1681.

Ex Autographo Archivi Civitatis Bartphensis in eadem mea collectione.

180.) Anno eodem 1681. Diarium ejusdem Diætæ Soproniensis a die 28. Aprilis ad diem 1. Octobris anni 1681. deductum.

Ex Autographo ejusdem Archivi Civitatis Bartphensis. ibid.

181.) Anno 1681. Diarium Diætæ Soproniensis anni 1681.

Ex Biblioth. R. Universitatis Hung. Pestini inter MSS. Stephani Kaprinay fol. serie sub Lit. A. Tomo XXXII. p. 1—370. in eadem mea collectione.

182.) Anno eodem 1681. Diarium ejusdem Diætæ Soproniensis.

Inter MSS. Biblioth. C. Franc. Széchény.

183.) Anno eodem 1681. Diarium ejusdem Diætæ Soproniensis.

Inter MSS. Biblioth. L. B. Joan. Jeszenák.

184.) Anno eodem 1681. Diarium ejusdem Diætæ Soproniensis anni 1681.

In

In Biblioth. Regiæ Universitatis Hungaricæ Pestini. Inter MSS. Gabrielis Hevenessy Tomo LII.

185.) Anno eodem 1681. Thomæ Kotetzky Acta Diætæ anni 1681.

Inter MSS. Biblioth. Regiæ Universitatis Hungaricæ Pestini.

186.) Anno 1683. Diarium obsidionis Viennensis. 4. Editum.

In Biblioth. C. Fr. Széchény.

187.) Anno eodem 1683. Glaubwürdiges Diarium, und Beschreibung dessen, was in der Belagerung Wiens vorgegangen durch einen Offizier. 4. 1683.

Ibidem.

188.) Anno eodem 1683 Johan Georg Ruess Relation über die den 14. Julii 1683. angefangene, und den 12. September glüklich aufgehabte Belagerung der Stadt Wien. Wien 1683. 8.

Ibidem.

189.) Anno eodem 1683. Joannis Petri Walkeren Vienna a Turcis obsessa, a Christianis eliberata, sive Diarium obsidionis Viennensis. Viennæ 1683. 8.

Ibidem.

190.) Anno eodem 1683. Caspar Steinbach Geschichte, und Tagebuch der zweyten türkischen Belagerung Wiens im Jahre 1683. Wien 1783 8.

Ibidem.

191.) Ad hunc eundem annum 1683. forte pertinebit Joannis Zabanii von Sachs Diarium expeditionis Viennensis.

Quod in Magyar nyelv mivelő Társaság munk. 1. Darab. p. 201. Inter MSS. inedita recensetur.

192.)

192.) Anno eodem 1683. Diarium Congregationis Generalis per Emericum Tököly Statibus & OO. Caſſoviam pro die 11. Jan. 1683. indictæ.

In Biblioth. Regiæ Univerſitatis Hung. Peſtini inter MSS. Stephani Kaprinay ſerie ſub Lit. A. fol. Tomo XXXII. p. 395.

193. Anno eodem 1683. Infelix Legatio D. Stephani Szirmay a Tökölio Viennam expediti. anno 1683. die 3. Octobris.

Ibidem Tomo XXXIII. p. 105. Idem indubie opuſculum exſtat inter MSS. Vagneriano - Jankovitſiana Tomo VI. errore ſcribendis ad annum 1685 relatum. An tamen diverſum ſit ab eo, quod paulo ante ad A. 1680. recenſui, definire non poſſum: cum vel ex ipſa indiciorum varietate pateat, quam parum fidendum ſit in Bibliographia aliorum relationibus, niſi ipſe oculis opus inſpicias.

194.) Anno 1684. Relatio Delegationis Poſonienſis ad effectuationem Articuli 11. anni 1681. ordinatæ.

Inter MSS. Bibliothecæ C. Franciſci de Széchény.

195.) Anno eodem 1684. Ragguaglio diſtinto di quanto occorſe nella Campagna paſſata le armi Criſtiani, e Turcheſche della marchia tenuta dal primo Viſire ſua moſtra Generale con la nota delle truppe radunate de vaſti Domini del Gran-Signore dell'aſſedio di Vienna. Deſcritto Giornalmente ſino alla bataglia di Barcan aquiſto di quel luogho e della Piazza di Strigonia. Aggiontavi la pianta della Citta di Vienna. Conſequenter jam ad annum 1683. referri poteſt. In Venezia 1684. 4.

In Biblioth. C. Fran. Széchény.

196.) Anno eodem 1684. Diario dé ſucceſſi dell' armi Ceſaree nell' Ungheria doppo la preſa di Stri-

Strigonia nelle due Campagne anno 1684. & 1685. &c. Venezia 8.

Ibidem.

197.) Anno 1686. Richtige Erzählung der täglichen Kriegs-Operationen in Ungarn bey der ohnlängst angefangenen Campagne dieses 1686. Jahres mit einem Grundriß der Stadt Ofen. Nürenberg. 1686. in 4.

In Bibliotheca Comitis Francisci Széchényi.

198.) Anno eodem 1686. Journal de la glorieuse conquesta de la Ville de Bude 1686. in 16.

Ibidem.

199.) Anno eodem 1686. Pasquale Biondi Diario del correnti guerre d' Ungheria del' anno 1686. principiando del primo Decembre sino all' espugnazione della Real Citta Buda. Venezia 1686. in 8.

In Bibliotheca Szirakiensi - Telekiana.

200.) Anno eodem 1686. Giovan Paolo Zenarolla Preposito di S. Nicolo d' Alba Regale Giornale militare, ovvero Buda expugnata. Vienna 1689. in 8.

Ibidem.

201.) Anno eodem 1686. Veridica Raccolta di Giornali di Buda sino alla presa d' essa. 1686. 1687. Partes III. in 12.

Ibidem.

202.) Anno eodem 1686. Ladislai Sennyey Diarium Rectoratus Tyrnaviensis anni 1686. fol.

Inter MSS. Biblioth. R. Universitatis Hung. Pestini.

203.) Anno eodem 1686. Diarium obsidionis Munkatsiensis.

Item.

204.) Anno eodem 1686. Diarium Legationis Viennensis.

Utrum-

Utrumque recensetur ad h. a. in Magyar nyelv mivelô Társaság munkainak 1. Dar. p. 198.

205. Anno eodem 1686. Joannis Tsetsi Legationis Diarium.

Quod alibi notatum reperio, an idem sit, definire nondum possum.

206.) Anno 1687. Diarium Diætæ Posoniensis anni 1687.

Ex MSS. Bibliothecæ C. Joannis P. Szapáry, in mea amplissima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

207.) Anno eodem 1687. Joannis Székely de Doba Comitatus Scepusiensis ad Diætam Posoniensem anni 1687, Ablegati Fragmentum Diarii ejusdem Diætæ.

Inter MSS. Coll. Dipl. Sam. Székely in Biblioth. C. Jgnatii de Batthyan Ep. Transilv.

208.) Anno eodem 1687. Diario Octavo y Relation Historica del anno de 1687. tocante al estado successos, y progressos de la liga sagrada contro Turcos. In 4.

In Biblioth. Regiæ Universitatis Hung. Pestini inter editos.

209.) Anno eodem 1687. — 1716. Joannis Altzner Diarium cum continuatione Anonymi ab anno 1687. — 1716.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylvanicæ, & ejusdem munk. 1. Dar. 200.

210.) Anno 1688. & 1689. Laur. Schaffen der auferwekte Christenruhm d. i. eine ausführliche Relation alles dessen, was sich von September 1688. bis zur geendigten Campagne 1689. in Hungarn, Siebenbürgen &c. unter Kommando Ludv. Marg-Grafen zu Baaden zugetragen. Wien 1689. in 8.

In Biblioth. C. Francisci Széchény.

211.) Anno 1690. Első Apaffy Mihály Diariuma.

In Magyar nyelv mivelô Társaság munk. 1. Dar. p. 198. Habetur inter MSS. Cornidesiano-Telekiana N. 1479. videtur vel non pertinere ad annum 1690. vel non esse Michaelis I. Apaffy.

212.) Anno 1691. — 1695. Itinerarium annorum 1691. usque 1695. per modum Diarii Idiomate Hungarico conscriptum.

Inter MSS. Cornidesiano-Telekiana T. Z. N. 2062.

213.) Anno eodem 1691. Excerpta ex Diario S. I. Udvarhelyiensi anni 1691.

In Biblioth. C. Samuelis Teleky N. 1028.

214.) Anno 1692. Visitatio Parochorum, & Parochiarum I. Comitatus Zoliensis anni 1692. mense Julio, dum recte expugnato Varadino publicæ ubique, & solennes Deo gratiarum actiones redderentur sub Innocentio P. P. XII. Cæsare Leopoldo, Rege Josepho Archiepiscopo Celsiss. Principe Georgio Széchény, & Vicario ejusdem Generali RR. D. Stephano Dolny, peracta per Archi-Diaconum Georgium Naray Canonicum Strigoniensem.

In Biblioth. R. Universitatis Hung. Pestini inter MSS. Gabrielis Hevenessy T. LIV.

215.) Anno 1694. Visitatio Parochorum, & Parochiarum I. Comitatus Liptoviensis & Hontensis mense Novembri inchoata sub Innocentio XII. P. P. Cæsare Leopoldo, Rege Josepho, Archi-Episcopo Celsiss. Principe Georgio Széchény, & Vicario ejusdem Generali RR. D. Stephano Dolny peracta per Archi-Diaconum Franc. Jezernitzky Abbatem S. Spiritus de Hrapko, & Canonicum Strigoniensem.

Ibid. Tomo LXIII.

216.) Anno 1695. Visitatio Parochiarum Comitatus Arvensis, Turocziensis, & Nitriensis per Emericum Pongrátz Archi-Diaconum Nitriensem mense Jan. 1695.

Ibidem Tomo LVII.

217.) Anno 1696. Visitatio Parochiarum, & Parochorum I. Comitatus Zoliensis sub Innocentio XII. Cæsare Leopoldo, Rege Josepho, jussu, & autoritate Eminentissimi, ac Celsissimi Principis S. R. E. Presbyteri Cardinalis Leopoldi a Kollonich Archi-Episcopi Strigoniensis, peracta per Georgium Náray Archi-Diaconum Zoliensem, & Canonicum Strigoniensem, mensibus Junio, & Julio anni 1696.

Ibidem Tomo LIV.

218.) Anno 1697. Relations Diarium der grossen Feldschlacht unweit Senta unter dem Kommando des Prinzen Eugenii. Wien 1697. 4.

In Biblioth. Czenkensi C. Fr. Széchény.

219.) Anno eodem 1697. — 1703. Magyar Országi, és Erdélyi bujdosó Fejedelem Käszmárky Tökölyi Imre Secretariussának Komáromi Jánosnak Török Országi Diariuma, experientiaja anno 1697. die 8. Oct., ut videtur usque 17. Febr. 1703. deductum.

Autographum in Biblioth. C. Mich. Viczay Hedervariensi ex Autographo per Samuelem Székely de Doba descriptum, qui & Fata Joannis Komáromi descripta subjecit. In Biblioth. C. Jgnatii de Batthyán Ep. Transylvaniensis inter MSS olim Székelyiana T. XV. vid. KK. Privil. Anzeigen IV. Jahrg. p. 337.

220.) Anno 1699. Diarium, oder Reisebeschreibung von Wien nach Konstantinopel, und von da wieder zurük, in Deutschland des Grafen zu Oettingen. 1699. Oettingen 1735. 8.

In Biblioth. Czenkensi C. Fran. Széchény.

221.) Anno 1700. Ephemerides Leopoldinæ, id eſt per totum ſuæ vitæ, ac Imperii ſemiſeculum Romanorum more fortiter facta, & tolerata Leopoldi I. ad circulum unius anni contracta. Semeſtre 1. & 2. Viennæ 1700. 12.

Ibidem.

222. Anno 1701. Fragmentum Diarii motuum Rakotzianorum menſibus Novembri, & Decembri 1701.

In Biblioth. Regiæ Uuivers. Hung. Peſtini inter MSS. Stephani Kaprinay ſerie ſub Lit. A. fol. T. XLII. p. 170.

223.) Anno 1702. Joannis Adami Schenkelii vollſtändiges Lebens Diarium Leopoldi I. dero Groß-thaten &c. Wien 1702. 8.

Ibidem.

224.) Anno eodem 1702. Vera, & ſincera narratio eorum, quæ hoc anno 1702. circa finem Auguſti, & initium Septembr. contigerunt Claudiopoli, dum ibidem Sacerdotes Catholici Decimas Tritici a populo Catholico, quas hucusque oppreſſis per Principes Acatholicos Catholicis, pendebant Prædicantibus Acatholicis, autoritate Decreti Cæſarei deſumerent.

In Biblioth. R. Univerſitatis Hung. Peſtini inter MSS. Gabrielis Heveneſſy Tomo LXXIV.

225.) Anno eodem 1702 — 1710. Diarium motuum Rakotzianorum ad annos 1702 — 1710.

In eadem Biblioth. inter MSS. Steph. Kaprinay fol. ſub Lit. A. Tomo XLII. p. 177.

226.) Anno 1703. Brictii Vizaknay Diariuma.

Recenſetur inter MSS. inedita in Program. Societatis Tranſylv. & ejuſdem munk. 1. Dar. p. 200. locatur inter annos 1703. uſque 1715.

227.)

227.) Anno eodem 1703. Fragmenta Diarii motuum Rakotzianorum anni 1703. menſium Novembris, & Decembris.

In Biblioth. Regiæ Univerſitatis Hung. Peſtini inter MSS. Steph. Kaprinay in fol. ſerie ſub Lit. A. Tomo XLII. p. 113. Item alia ſimilia notata ibidem p. 151. & alia paulo uberiora, omnia per modum Diarii ibidem p. 153.

228.) Anno eodem 1703 — 1705. Excerpta quædam ex Diario noſtri Sacerdotis S. I. fidedigni Tyrnaviæ habitantis tempore horum tumultuum. anno 1703. 1704. 1705.

Ibid. ſerie ſub Lit. C. in 4. Tomo XVI. cujus potiorem partem efficiunt.

229.) Anno eodem 1703. 1704. 1705 — 1711. Notata Hiſtorico-Chronologica de progreſſibus motuum Rakotzianorum ad annos 1703. 1604. 1705. — 1711.

Ibidem Tomo XLII. ſerie ſub Lit. A. p. 143 — 173. & 123.

230.) Anno 1704. Danielis Reinii Diarium.

Recenſetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Tranſylvanicæ, & ejusdem munk. 1. Dar. p. 200. locatur intra annos 1704—1715.

231.) Anno eodem 1704. Diarium motuum Rakotzianorum.

In Biblioth. Regiæ Univerſitatis Hung. Peſtini inter MSS. Stephani Kaprinay ſerie ſub Lit. A. in fol. T. XLII. p. 225.

232.) Anno eodem 1604. Alia narratio cum Actis eorundem motuum in forma Diarii.

Ibidem p. 243.

233.) Anno 1705. Diarii motuum Råkotzianorum menſis Januarius anno 1705.

Ibid. p. 271. aliud Fragmentum ejusdem Diarii pro menſe Auguſto ejusdem anni ibid. p. 273.

234.) Anno eodem 1705. Diarium Ablegationis D. Nicolai Szirmay, & Michaelis Meczel, Status Evangelici Regni Hung. Deputatorum ad Sereniss. Sveciæ Regem Barusium in Poloniam. anno 1705. obiter ex origi..ali manu propria Nicolai Szirmay prænotato.

Inter MSS. Caroli Fehérváry T. VII. in 8. qui titulum præfert: *Ephemeridum Augustano-Evangelico-Ecclesiasticarum collectio.* Continet porro eadem collectio sequentia pleraque notis Chronologicis destituta.

235.) 1. Calendarium Historicum conscriptum a Paulo Ebero Kittingensi, & recens ab eo auctum, cujus plures sunt Authores.

Brictius Kolavinus (fors Kokkavinus cujus Diarium habetur etiam inter MSS. Wagneriano-Jankovicsiana T. LI. quod alibi notatum reperio ab anno 1588) Marcivillensis, Melchior Mathæi Baymotzenus, Joannes Boccajus, Andreas Demeter, Michael Sándorfy.

236.) 2. Fragmentum Ephemeridum, seu Diarii viri plurimum Clarissimi Balthasaris Nicleti olim Ecclesiæ Augustano-Evangelicæ Alsó-Sztrehovaiensis Antistitis fidelissimi, demum vero propter constantiam Religionis exulis, occasione Decennalis suæ, & sociorum persecutionis partim in Triremibus Neapolitanis, partim exilio, & captivitate constituti perlatæ conscripti, ex originalibus Autoris schedis, & notationibus congestum.

237.) 3. Fidedigna relatio Deputationis iterato ad Regem Sveciæ. anno 1707. expeditæ.

238.) 4. Diarium Georgii Clementis Prividiensis.

239.) 5. Zachariæ Clementis ministri Teuto Lipchensis Diarium.

240.)

240.) 6. Thomæ Dorithicii Pastoris Radnensis Diarium.

241.) 7. Andreæ Schmal ministri Felsö - Sajoviensis Diarium Ecclesiastico - Hungaricum.

242.) 8. Joannis Kriebels Ecclesiæ Eperjessiensis Nationis Germanicæ verbi Dei ministri Auszug aus dem Diario des H. Clementis Klein Rektors in Georgenberg so auch bey der Evangelischen Gemeinde daselbst aufbehalten wird.

243.) Eodem anno 1705. Memoriale Tekéntetes Ország - Gyülése anni 1705 die 17. Septemb. az Széchényi Mezön bé - álván, az mely kiváltképpen való dólgok naponként folytanak rendel igy következnek. Est Diarium cum Actis & Articulis.

Inter MSS. Cornidesiano - Telekiana Tomo M. 3. N. 2044.

244.) Anno eodem 1705. — 1712. Joannis Tsétsi Gymnasii Patakiensis Professoris Diarium Rerum Hung.

In Biblioth. Collegii Reformatorum Patakiensis. Distinctum ab eo, quod ad A. 1686. recensui.

245.) Anno 1706. Nemes Marmaros Vármegyében levö Huszth nemö Városban Méltóságos Erdélyi Fejedelem Felsö - Vadászy Rákotzi Ferentz &c. Kegyelmes Urunk Eö Nagysága által indulgeált, és indicáltatott Nemes Erdély Országa három Natióbol álló Statusoknak, Vármegyeinek, Székeiknek, és Városinak Gyüléséröl való Vay Ádám Senator, és Követ Urnak relatiója.

In forma Diarii a die 6 — 20. Martii A. 1706. deducta.

246.) Anno eodem 1706. Fragmenta motuum Rákotzianorum.

In Biblioth. Regiæ Universitatis Hung. Pestini. Inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub L. A. Tomo XLII p. 323.

247.) Anno eodem 1706. — 1713. Notata quædam Historica eventuum circa religionem sub motibus Rákotzianis ab anno 1706 — 1713.

Ibidem p. 315.

248. Anno 1707. Diarii seu Actorum sub motibus Rákotzianis Fragmentum.

Ibidem.

249.) Anno eodem 1707. Diarium Conventus Onodiensis a die 6. Maii usque 20. Junii deductum.

Inter MSS. Biblioth. L. B. Pauli Jeszenák, & inde in Grammatophilacio Instituti Széchényiani Dipl. Hist.

250.) Anno eodem 1707. Fidedigna relatio Deputationis iterato ad Regem Sveciæ anno 1707. expeditæ.

Vide ad A. 1705.

251.) Anno eodem 1707. Acta Synodi Universalis I. I. Statuum Regni Hung. Aug. Confessionis anni 1707. die 3. Apr. Rosenbergæ celebratæ.

In Biblioth. R. Universitatis Hung. Pestini inter MSS. Stephani Kaprinay serie sub L. A. fol. Tomo XXXIII. p. 17. & Tomo XLII. p. 339. Exstat etiam editum.

152.) Anno eodem 1707 — 1710. Diarium negotiorum apud Excelsam Suæ Serenitatis Principalis, ac Ducalis D. D. Francisci II. Râkoczy de Felsö - Vadâsz (Titt.) ad Aulam quotidie publice contigentium, succincte appositum, ac a tempore coepti generalis Conventus ad Campum Onod Statibus & Ordinibus Regni Hungariæ confoederatis per Suam Serenitatem indicti, vili sane, ast fideli calamo per me Casp. Beniczky, Suæ Serenitatis Principalis, ac Ducalis privatum Secretarium elaborari

rari inchoatum A. D. 1707. die 24. mensis Maji in Castris ad Sajó-Köröm positis.

„Ubi notandum occurrit, non mearum fuisse partium, abdita, & occulta Secretorum arcana tanti Principis rimari, aut quæ in Solitudine gesta sunt, scriptis mandare, adeoque, si qua die parum de occurrentiis appositum foret, in publico nil *contin&um* fuisse (contigisse) intelligatur cum eundem Serenissimum, ac benignissimum nostrum Principem, non vilibus & inanibus quotidie, sed utilibus, arduis, ac Herculeis plane laboribus occupatum fuisse & esse, ut præclara in vindicanda perditæ avitæ libertatis patriæ edita facinora perenatura nominis immortalis cum gloria testarentur."

Diarium hoc lingua Hungarica scriptum a die 24. mensis Maji A. 1707. usque diem 28. Februarii anni 1710. deductum in Autographo possidet Ignatius Nedeczky I. Comitatus Posoniensis Jurassor Bazinii.

253.) Anno 1708. Diarium rerum gestarum in Conventu ad Agriam pro die 15. Maii anno 1708. convocato, die autem 21. in Campo Agriensi incæpto collectarum.

Inter MSS. Steph. Kaprinay serie sub L. B. Tomo. XI. p. 249.

254.) Anno eodem 1708. Acta Conventus Patakiensis Sessionum a die 1. — 12. Decembris celebratarum, forma Diarii conscripta.

Inter Acta Tractatuum Publicorum.

255.) Anno eodem 1708. Fragmentum Diarii de motibus Rákotzianis.

Ibidem serie sub Lit. A. fol. T. XLII. p. 417.

256.) Anno eodem 1708. — 1710. Acta Conventus in negotio Religionis cum Diario.

In Grammatophylacio Széchényiano. Cujus Conventus, in Catalogo haud exprimitur.

257.) Anno eodem 1708. — 1715. Diarium Diætæ Poson. anni 1708. cæptæ, successive continuatæ, ac 1715. conclusæ. Tomi III. cum Actis.

In Biblioth. MSS. L. B. Pauli Jeszenák.

258.) Anno eodem 1708. — 1715. Diarium ejusdem Diætæ Posoniensis.

Ex MSS. Biblioth. C. Joan. P. Szapáry, in mea amplissima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

259.) Anno eodem 1708. — 1715. Ferdinandi Dobner Diarium ejusdem Diætæ Poson.

Ex Autographo Grammatophylacii Szécszényiani. In eadem mea collectione.

260.) Anno 1712. Extractus Diarii Coronationis Caroli VI

Inter MSS. Biblioth. Jos. Cardinalis de Batthyány T, XLVI. p. 33.

261.) Anno 1716 Thomæ Tartler Diarium Rerum Barczensium.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societ. Transylv.

262.) Anno eodem 1716. — 1718. Gratovszky Saxonis Interpretis apud Turcas in Transylvania Diarium de Bello Turcico anno 1716. — 1718. Seivert vertit in Germanicum.

Vide Ungr. Magazin p. 301.

263.) Anno 1717. Relation, was von Anfang der Belagerung Belgrads 1717. bis zur Uibergabe Notables vorkommen ist. s. l. & A. fol.

In Biblioth. Czenkensi C. Francisci Széchényi.

264.) Anno eodem 1717. Erbfeind aufs Haupt geschlagen, und Belgrad besieget d. i. Geographische Vorstellung alles dessen, so sich von Anfang des heurigen Feldzugs bis gegenwärtiges Monath (Aug) zugetragen. Deutsch, und Latein. Wienn 1717. 4.

In

In Biblioth. R. Universitatis Hung. Pestini.

265.) Anno eodem 1717. Raccolta esattissima delli Diarii dell' armi Cesaree in Ungheria. In Venezia appresso Girolamo Albrizzi con licenza; &c. 12. Tomi IV.

In Bibliotheca R. Universitatis Hung. Pestini inter editos. Sunt Extractus Epistolarum ab exercitu Cæsareo, & Turcico de armorum utrinque successibus scriptarum, ad eum plane modum, quo hodiedum novellæ Relationes passim eduntur. Ut ex Datis, & numeris colligitur per particulas singulo Tertio die unus numerus editus est, quæ singulo anni quadrante Tomulum unum, totus autem cursus annuus Tomos IV. efficit. Tomus III. (qui cum IV. solus adest) continuat a N. 64, De dato 31 Martii desinit in N. 100. die 11. Aug. dedicato al merito de Sig. conte Aless. Savioli Maestro delle Poste di Vienna. In Venezia. Initio habet Indicem. T. IV. continuat a N. 134. d. 29. Decembr. accedit dein adhuc N. 135. d. 5. Jan. A. 1718. Plus non adest. Quamdiu hæc Ephemeritum Novellarum Species duraverit, nondum colligere potui. Vidimus tamen jam ad A. 1686. & 1687. Ibidem simile quid prodiisse.

266) Anno eodem 1717. Diarium a die 23. Septembris usque ad diem 19. Octobris anni 1717. videlicet, quo D. Director Causarum Regalium continuatorium mandatum attulerat, in quo describitur, quid actum fuerit a meta ad Hornstein situata, usque ad Civitatem Neostadiensem, & ultra ad fines montis Dominia Frakno, & Katzelsdorff terminantis, nimirum Commissionis Regnicolaris ad rectificationem metarum Regni versus Austriam ordinata.

267.) Anno 1718. Diarium Commissionis Limitaneæ versus Moraviam a die 12. usque 29. Junii anni 1718. ubi describuntur Acta particularia, seu modus tractandi ad Gajar, & Köpchin.

268.)

268.) Anno 1719. Diarium Actorum D.D. Deputatorum pro die 12. Sept. pro interimali Portarum inter Circulos Regni fienda rectificatione, & aliorum Regni negotiorum, contributionem tangentium accommodatione, per Palatinum Regni Posonium convocatorum.

Habetur inter Acta publica.

269.) Anno 1720. & 1721. Diarium Actorum, & factorum Deputationis Inclytorum Statuum & OO. Regni, Liberarum & Regiarum Civitatum, nec non Montanarum penes benignum Suæ Maj. Sacratissimæ Mandatum, & *Suæ Excellentiæ Palatinalis* D. Comitis Nicolai Pálffi ab Erdöd &c. Intimationales ad universos Regni Comitatus *gratiose* exaratas pro die 1. mensis Septembris in Libera Regia Civitate Posoniensi pro Relatione conscriptionum Regni universorum II. Comitatuum & præmissarum Civitatum, & eruendis exinde Portis ordinatæ & concurrentis anno 1720. & subsequenti 1721. continuatæ.

270.) Anno eodem 1720 — 1747. Thomæ Szirmay Legionis Pedestris Hung. Colonelli Proprietarii Diarium ab anno 1720 — 1747. Res etiam Cæsarei Exercitus contra Gallos, Borussos, & Bavaros gestas complectens.

Inter MSS. Biblioth. Antonii Szirmay in 8. Maj. N. 453.

271.) Anno 1721. Diarium Actorum Deputationis pro Relatione Conscriptionum, & exinde eruendis portis, decidendoque quanto Hyberno Posonium ordinatæ anno 1721.

In Archivo Comitatus Zemplén.

272.) Anno 1722. & 1723. Diarium Diætæ Posoniensis.

Ex

Ex MSS. Biblioth. C. Joannis P. Szapáry in mea amplissima collectione Actor. & Diar. Diætalium.

273.) Anno eodem 1722. & 1723. Diarium ejusdem Diætæ Poson. a die 27. Junii anni 1722. usque diem 4. Julii anni 1723. deductum.

Ex MSS. Bibliotb. Jos. Card. de Batthyán T. XII. & XIV. in eadem mea collectione.

274.) Anno eodem 1722, & 1723. Diarium ejusdem Diætæ Posoniensis.

Ex Autographo Archivi Civitatis Bartphensis in eadem mea collectione.

275.) Anno eodem 1722. & 1723. Diarium ejusdem Diætæ Posoniensis.

Ex MSS. Biblioth. Antonii Szirmay. Vol. II. in fol. sub N. 448. in eadem mea collectione.

276.) Anno eodem 1722. & 1723. Diarium ejusdem Diætæ Posoniensis.

In Archivo Regni, & aliud in Archivo I. Comitatus Pestiensis. Aliud in Biblioth. MSS. L. B. Pauli Jezenák, utrumque cum insertis Actis Tomis II. comprehensum. Item Fragmenta Diariorum ejusdem Diætæ inter MSS. Biblioth Jos. Cardin. a Batthyán Tomo XIII. a pag. 1 — 245 & aliud Tomo XIV.

277.) Anno 1724 — 1747. Diarium Actorum Tabulæ Septemviralis ab anno 1724. usque annum 1747. Comitis Thomæ Berényi ejusdem Tabulæ Assessoris, in quo præter mandata Regia ad Excelsam Curiam emanata, & exactos Processuum Extractus, ac sententias aliæ etiam motiones, & deliberationes Politiam, & organisationem Fori hujus Judiciarii tangentes continentur.

In Biblioth. Jos. Card. de Batthyán aliquot Voluminibus in fol. constans.

278.) Anno 1728. & 1729. Diarium Diætæ Posoniensis cum insertis Actis.

Ex

Ex MSS. Biblioth. Antonii Szirmay fol. Vol. II. ſub N. 448. in mea ampliſſima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

279.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium ejusdem Diætæ Poſonienſis.

Ex MSS. Biblioth. Wagneriano-Jankovitſianæ in eadem mea collectione.

280.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium ejusdem Diætæ Publicum.

Ex MSS. Biblioth. C. Joan. P. Szapáry, & Nicol. Jankovich in eadem mea collectione.

281.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. C. Franciſci Széchény in eadem mea collectione.

282.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Nicolai Jankovich in eadem mea collectione.

283.) Anno eodem 1728. & 1729. N. Kontsek Epiſtolæ, quibus Diarium Diætæ anni 1728. & 1729. complexus eſt.

Ex MSS. Biblioth. Jos. Card. de Batthyán T. XX. in eadem mea collectione.

284.) Anno eodem 1728, & 1729. Diarium Diætæ Poſon.

Ex MSS. Biblioth. Jos. Card. de Batthyán T. XVII. & XIX. in eadem mea collectione.

285.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium Diætæ Poſonienſis.

Ex MSS. Biblioth. Jankovitſiano-Atzélianis in eadem mea collectione.

286.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium Comitiorum Regni Hung. anni 1728. & 1729. præmitti-

mittitur Index omnium perſonarum in memoratis Comitiis exiſtentium.

Inter MSS. Kollariana in fol. N. 119. & 139. Catalogi impreſſi.

287.) Anno 1728. Fragmentum Diarii privati Diætæ Poſon. extractive conſcripti a die 22. Maii usque diem 23. Sept.

Autographum inter MSS. Andreæ Lehótzky, & inde in ampliſſima collectione mea Actor. & Diariorum Diætalium.

288.) Anno eodem 1728. & 1729. Protocollum Actorum Diætæ anni 1728. & 1729.

In Archivo Regni.

289.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium Diætæ Poſon cum Actis in fol. Vol. II. Inter MSS. Biblioth. L. B. Pauli Jeſzenák.

290.) Anno eodem 1728. & 1729. Fragmenta Diariorum ejusdem Diætæ Poſonienſis.

Inter MSS. Biblioth. Jos. Cardin. a Batthyán, unum Tomo XIII. p. 284 — 478. & aliud Tomo XXI.

291.) Anno eodem 1728. & 1729. Diarium particulare cum actis in negotio juramenti.

In Grammatophylacio Széchényiano.

292.) Anno 1731. Diarium Legationis Uhlefeldianæ in pacis Tractatibus de 18. Septemb. anni 1730. concluſis decretæ, ac dein die 18. Maii inſequentis proxime anni iter ingreſſæ, cui præliminariter ſuccincta Legationum omnium ab Auguſta Domo Auſtriaca ad Portam Ottomanicam miſſarum ſeries accedit.

In fol. Inter MSS. Hadikiana.

293.) Anno 1734. Diarium Concurſus Regnicolaris per Suam Maj. Poſonium in diem 22. Martii indicti, ſed die 2. Aprilis inchoati, & die 13. Aprilis anni 1734. concluſi.

Habet

Habetur inter Acta publica.

294.) Anno 1735. Diarium concursus Regnicolaris per Suam Majestatem SS. Vigore Articuli 8. anni 1715. medio Exc. Regii Locumtenentialis Consilii Hung. pro die 14. mensis Martii anni 1735. clementer indicti, & die 7. Maii feliciter terminati.

Ex MSS. Biblioth. Ladisl. L. B. Ortzy in Grammatophylacio Instit. Dipl. Historici inter Acta, & Diaria Tractatuum publicorum.

295.) Anno eodem 1735. Diarium concursus Regnicolaris Posoniensis a die 18. Martii ad diem 28. April. productum.

In eodem Grammatophylacio ex Cod. MSS. Biblioth. C. Franc. Széchény.

296.) Anno 1736. Diarium concursus Regnicolaris Posoniensis anni 1736. a die 29. Maii, usque diem 27. Junii deductum.

Ex MSS. Biblioth. Széchényianæ Czenkensis, in eodem Grammatophylacio.

297.) Anno eodem 1736. Diarium ejusdem Concursus Regnicolaris Posoniensis.

In Archivo Regni.

298.) Anno 1737. Diarium Concursus Regnicolaris Posoniensis a die 18. Martii, ad diem 28. Aprilis anni 1737. deductum.

Ex MSS. Biblioth. C. Franc. Széchényi in Grammatophylacio Instituti. Dipl. Hist. inter Acta, & Diaria Tractatuum publicorum, & aliud ex MSS. Biblioth. L. B. Lad. Ortzy ibidem.

399.) Anno 1738. Comitis ab Aspermont-Linden Generalis Vigiliarum Magistri Diarium authenticum belli anno 1738. contra Turcas gesti, variis Tabellis, Chartisque tacticis illustratum, Germanico idiomate scriptum. Vol. II. in 4.

Inter MSS. Biblioth. Kollarianæ Catalogi N. 107.

300.)

300.) Anno 1739. Diarium Subdelegatæ Commiſſionis Sanitatis Budenſis anni 1739. a die 18. Junii, usque ad diem 15. Sept. productum in fol.

Inter MSS. Biblioth. C. Michaelis Viczay.

301.) Anno 1741. Gabrielis Kolinovich Senquicienſis I. Tabulæ Regiæ Judiciariæ in Hung. Jurati Notarii, nova Ungariæ Periodus anno primo Gynæco-Cratiæ Auſtriacæ inchoata, ſive Comitiorum Generalium, quibus defuncto Carolo VI. Auſtriacorum Cæſarum ultimo, ejus primogenita Filia Maria Thereſia in Reginam Ungariæ Poſonii anno 1741. inaugurabatur; ipſas quaternorum Regni Statuum & OO. de nomine adnotatorum ſententias, & ſuffragia in gravioribus negotiis ſub conſeſſu viritim lata, cum aliis omnibus circumſtantiis oculata, & aurita præſentis ubilibet fide Libris IX recenſens abſolutiſſima narratio. Edidit Martinus Georgius Kovàchich Senquicienſis, Budæ typis Regiæ Univerſitatis 1790. 8. Vol. I.

Diarium hoc editum eſt ex Autographo Ladislai L. B. Ortzy. Aliud Autographum habetur in Bibliotheca R. Univers. Peſth. inter MSS. Kollinovichiana. Tertium Autographum poſſidet Comes Joannes Szapáry, ex quo illud deſcriptum exſtat in mea ampliſſima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

302.) Anno eodem 1741. Diarium Diætæ Poſonienſis anni 1741. Publicum.

Inter MSS. Biblioth. ejuſdem Comitis Joannis Szapáry, & in Archivo I. Comitatus Szaladienſis, item inter MSS. Biblioth. Joſephi Card. de Batthyán Tomo XXVI. p. 1. — 265. In Archivo Regni, & inter MSS. Pauli L. B. Jeſzenák, ac mea prædicta collectione.

303.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. C. Franciſci Széchényi in eadem mea collectione.

304.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

In eadem Biblioth C. Eranciſci Széchényi omnium fuſiſſimum.

305.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Bibliorh. Joſephi Card. de. Batthyán Tomo XXV. in eadem mea collectione.

306.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex iisdem MSS. Tomo XXVII p. 1 — 256. in eadem mea collectione.

307.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex iisdem MSS. Tomo XXIX. in eadem mea collectione.

308.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex iiſdem MSS. Tomo XXX. p. 237 — 378. in eadem mea collectione.

309.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Conventus Aug. Confeſſ. Poſonienſis in eadem mea collectione.

310.) Anno eodem 1741 Diarium ejusdem Diætæ. Ex impreſſo in 8. ſub titulo: Relatio de diſpoſitionibus circa auſpicatiſſimum Sereniſſimæ, ac Potentiſſimæ Dominæ Mariæ Thereſiæ Regnorum: Hung. & Bohemiæ Reginæ in Regnum ſuum Hungariæ ingreſſum.

Exemplari Bibliothecæ Comitis Franc. Széchény (quod & Bibliotheca Telekiana poſſidet) in eadem mea collectione.

311.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Ant. Szyrmay in fol. ſub N. 189. In eadem collectione mea.

312.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. ejuſdem Bibliothecæ ſub N. 448. In eadem mea collectione.

313.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Inter MSS. Biblioth. Pauli L. B. Jeſzenák, ubi & aliud in fine mancum habetur.

314.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Andreæ Lehotzky in mea ampliſſima collectione.

315.) Anno eodem 1741. Diarium ejusdem Diætæ mancum a Seſſione LIV. usque Seſſionem XCII.

In Biblioth. R. Univerſitatis Hung. Peſtini inter MSS. Stephani Kaprinay ſerie ſub Lit. A. Tomo XXI.

316.) Anno eodem 1741. Fragmentum Diarii ejusdem Diætæ, quod Tabulam Procerum reſpicit a die 18. Maii ad diem 16 Julii productum.

Inter MSS. Joſephi Card. de Batthyán T. XXVI. p. 389—413. & inde in mea collectione.

317.) Anno 1746. Acta, & Diarium Comitiorum Tranſylvanien. Cibinii anno 1746. celebratorum.

Inter MSS. Cornideſiano-Telekiana. N. 2039.

318.) Anno 1749. Adami Ocſovſzky Deputati ex parte Evangelicorum Comitatus Zolienſis Diarium Deputationis ad ſollicitandum Religionis Evangelicæ relevamen Viennam expeditæ a die 14. Julii usque diem 12. Auguſti deductum.

E MSS. Cornidesianis Bibliothecæ Telekianæ in amplissima mea collectione.

319.) Anno 1751. Diarium Diætæ Posoniensis. Ex MSS. Biblioth. Ertsényiensis C. Joan. P. Szapáry in mea amplissima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium.

320.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Bibiloth. Jos. Card. de Batthyán Tomo XXXIV. p. 176. in eadem mea collectione. Idem exstat etiam inter MSS. Biblioth. Conventus Aug. Confess. Posoniensis.

321.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex iisdem MSS. Tomo XXXV. p. 286—339. & Tomo. XXVI. p. 291 — 389. in eadem mea collectione.

322.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex Autographo Archivi I. Comitatus Száladiensis in eadem mea collectione.

323.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex Autographo Biblioth. And. Lehotzky in eadem mea collectione. Idem habetur in Exemplari Biblioth. Conventus Aug. Confessionis Posoniensis.

324. Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Nicolai Jankovich in eadem mea collectione. Idem habetur in Exemplari Szirmayano, & Wagneriano.

325.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Caroli Koppi in eadem mea collectione.

326.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex

Ex MSS. Biblioth. Steph. Aczél in eadem mea collectione.

327.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Inter MSS. Biblioth. Kollarianæ Catal. N. 5 p. 283.

328.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ.

Inter MSS. Biblioth. Pauli L. B. Jeszenák.

329.) Anno eodem 1751. Diarium ejusdem Diætæ per Ablegatos I. Comitatus Albensis conscriptum.

In Archivo ejusdem Comitatus.

330.) Anno 1760. — 1768. Halmágyi István Diariuma ab anno 1760. — 1768.

Recensetur inter MSS. inedita in Programmate Societatis Transylv. & ejusdem Munk. 1. Darab p. 201.

331.) Anno 1764. & 1765. Diarium Diætæ Posoniensis publice dictatum.

Ex MSS. Biblioth. C. Joannis. Szapáry in mea amplissima collectione Actorum, & Diariorum Diætalium, & apud plures alios.

332. Anno eodem 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ per Jos. e Comitibus de Batthyán Archi-Episcopum Colocensem conscriptum.

Ex Autographo Biblioth. ejusdem Josephi Cardin. de Batthyán T. XXXVIII. in eadem mea collectione.

333.) Anno 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. ejusdem Bibliothecæ Tomo XXXVII. p. 1—475. in eadem mea collectione.

334.) Anno eodem 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. ejusdem Biblioth. T. XL. p. 1—249. in eadem mea collectione.

335.) Anno eodem 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Andreæ Lehotzky in eadem mea collectione.

336.) Anno eodem 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ.

Ex MSS. Biblioth. Nicolai Jankovich in eadem mea collectione.

337.) Anno eodem 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ a die 17. Junii anni 1764. usque diem 21. Martii anni 1765. deductum.

Inter MSS. Biblioth. Kollarianæ fol. Catal. N. 43. & aliud ibidem N. 40.

338.) Anno eodem 1764. & 1765. Diarium ejusdem Diætæ.

Inter MSS. Biblioth. Pauli L. B. Jeſzenak, aliud inter MSS. Biblioth. Cornideſiano-Telekianæ Tom. N. 2025.

339.) Anno 1774. Diarium Deputationis Statuum Proteſtantium ad Suam Majeſtatem miſſæ.

In Grammatophylacio Széchényiano.

340.) Anno 1776. Diarium Itineris Cis- & Trans-Tybiſcani anni 1776. die 23. Martii, usque diem 19. Aprilis confecti.

In Biblioth. Hederváriensi C. Mich. Viczay MSS.

341.) Anno 1788. Rauttenſtrauch ausführliches Tagebuch des itzigen Krieges zwischen Oesterreich und der Pforte. Wien 1788. &c. in 8. Hefte 6.

In Bibliotheca Czenkenſi C. Franciſci Széchényi.

342.) Anno 1790. & 1791. Journal der Verhandlungen der versammelten hohen Stände von Ungarn auf dem Landtage in Ofen 1790. Wien 4.

In Bibliotheca Comitis Franciſci Széchény.

343.) Anno eodem 1790. & 1791. Naponként való Jegyzéſei az 1790. Eſzt. II. Leopold által Budára

dára rendeltt, 's azután Posonyba által tétetett, 's ugyan ott 1791. bé-fejezett Magyar Orszäg Gyülésének &c. Budán 1790. és 1791. fol. Item Bétsben eodem in 8. Ephemeridibus Hung. Viennensibus adnexum.

Utrumque in Biblioth. eadem & passim alibi.

344.) Anno eodem 1790. & 1791. Idem Diarium Latine versum, & autoritate publica editum Budæ 1790. 1791. in folio.

345.) Anno eodem 1790. & 1091. Diarium ejusdem Diætæ per Antonium Mandich Electum Episcopum Pristinensem, Abbatem Dexteræ S. Stephani de Zent Jog, Cath. Eccl. Zagrabiensis Custodem, & Canonicum, Protonotarium Apostolicum, SS. Theologiæ Doctorem, & ad Exc. Consilium R. L. H. Consiliarium diligentissime cum omnibus eventibus; & singulorum suffragiis conscriptum.

Autographum apud eundem Autorem.

346.) Anno eodem 1790. & 1791. Diarium ejusdem Diætæ privatim per Christophorum Torkos Dominii Magyar-Óvár Fiscalem conscriptum.

Autographum apud eundem Autorem.

347.) Anno eodem 1790. & 1791. Diarium ejusdem Diætæ Hungarico Idiomate per Paulum Ösz privatim conscriptum.

Apud Georgium Nisnyánszky ad Exc. Consilium R. L. H. & Exc. Cameram Regiam Hung. Aulicam Juratum Agentem. Ferunt nonnulli Diarium hujus Diætæ etiam per Georgium Adonyi privatim conscriptum fuisse, videtur tamen illud eidem adscribi, quod Paulus Ösz conscripsit; id certum est, Comitiorum istorum Diaria, licet & Hungaricum, & Latinum publica authoritate conscriptum, ac etiam typis vulgatum sit, a pluribus ad eadem Deputatis privata industria conscripta esse.

348.) Anno 1792. Diarium Comitiorum Regni Hung. a Francisco I. Rege Hung Budam in 20. diem Maii anni 1792. indictorum ibidemque die 26. Junii ejusdem anni conclusorum. Originale Lingua Hung. conceptum, & autoritate Comitiorum Latinitate donatum Budæ 1792. fol.

In Biblioth. C. Franc. Széchény, & passim.

349.) Anno eodem 1792. Diarium ejusdem Diætæ per Christophorum Torkos privata industria conscriptum.

Autographum apud Autorem. Dicitur aliud ejusdem Diætœ Diarium per Paulum Ősz linqua Hung. privatim conscriptum fuisse.

350.) Anno eodem 1792. Diarium ejusdem Diætæ per Antonium Mandich Electum Episcopum Pristinensem &c. diligentissime privatim conscriptum.

Autographum apud eundem Autorem.

151.) Anno eodem 1792. Jegyző Könyve, az Erdélyi három Nemzetekből álló Rendeknek 1792. Kolosvárra hirdettetett Ország. Gyülés. Kolosvár. 1792 in fol.

352.) Anno 1796. Diarium Comitiorum Posoniensium anni 1796. Idiomate Hung. in fol. Budæ.

DIARIA, QUORUM ANNI NON SIGNANTUR.

353.) Excerpta ex Diario P. Hermanni Schullern.

In Biblioth. Regiæ Universitatis Hung. Pestini inter MSS. Steph. Kaprinay serie sub Lit. C. T. XXXIX. N. 20.

354.) Pretiosa, & pulcherrima excerpta per modum Diarii de variis, præcipue Societatem nostram

ſtram concernentibus rebus, ex diverſorum Collegiorum S. I. Archivis per Gabrielem Heveneſi.

Ibidem inter MSS. Gabr. Heveneſy T. XXVI. p. 190.

355.) Gabrielis Heveneſy Calendarium Hiſtorico - Chronologicum præcipuorum geſtorum.

Ibidem T. CVIII. p. I.

356.) Extractus Diarii Thomæ Dubenka Studioſi Collegii Eperieſſienſis, qua oculati teſtis eorum, quæ cum Civitate, & Collegio, ac Templis Eperjeſſini acta ſunt.

Inter MSS. Biblioth. Car. Fejérváry T. I. in 4.

357.) Georgii Thurzó Diarium, Calendario manu ſua inſcriptum.

Dicitur exſtare inter acta Arvenſia in Hradek,

358.) Compendium Diarii Bucholtzeriani per Sam. Székely de Doba factum cum Inſtrumentis per extenſum inſertis.

Inter MSS. C. Joan. Nepom. Eſzterházy.

359.) Caroli Kohl Diarium. Uſum ſe hoc Diario MSS. fatetur Caſp. Hain in elucubrando Chronico Scepuſienſi.

360.) Caroli Rayger Senioris Ephemerides de Eudemiis, & Epidemiis Regni Hung.

Has edendas promiſerat I. I. Torkos medicus Poſonienſis, quem easdem poſſediſſe vel inde conjicere licet. Vid. Veſzprémi cen. 1. p. 152.

361.) Ausführliche Relation von Szerényiſchen Feldzug in die niederhungariſche Türkey, welche gewähret von 20 Jän. bis 18. Febr. und dem Erbfeind groſſen Schaden zugefüget. s. l. & A. in 4.

In Biblioth. Czenkienſi C. Franciſci Széchényi.

362.) Excerpta quædam Chronologica ex Protocollo Georgii Lippai Archi-Epiſcopi Strigonienſis.

In

In Biblioth. R. Universitatis Hung. Pestini. Inter MSS. Gabrielis Hevenesy T. LXIX. p. 9. Ephemeridum Georgii Lippay etiam alibi memoriam reperi.

363.) Csérey Mihaly Diariuma.

Inter MSS. Cornidesiano-Telekiana N. 1075.

364) Varia ex diversis Diariis excepta monumenta Historica, ac signanter primorum Regum Hung. vitam. & obitum indicantia.

Inter MSS. Vagneriano-Jankovichiana. 14. T. XXVII.

365.) Antonii Verantii, Francisci Zay, & Augerii Busbequii Legatorum ad Portam Ottomanicam Epistolæ ad Ferdinandum I. Regem, quibus de successu Legationis suæ referunt, annis 1554. & 1555. scriptæ ad Classem Diariorum jure referendæ sunt.

Habentur in Grammatophylacio Instituti Séchényiani Histor. Diplomatici, quarum permultas edidit Stephanus Katona in Hist. Critica sub Ferdinando I. Rege, alias ego inter Scriptores Rer. Hung. Minores editurus sum.

Hæc sunt Diaria de rebus Hungaricis scripta, quæ mihi, quo nullus eorum plura possedit, nullus certo tanta, quanta, ego, manibus versavit, hactenus innotuerunt, quæ profecto plura, quam existimari poterat, cum innumeris scriptis hactenus ineditis, & a me aliquando in Bibliotheca MSS. Rerum Hung. recensendis, luculento indicio esse possunt, majores nostros, & eos quidem plerosque pauperiores non solum neglectos, verum etiam sæpe pressos, in rebus Domesticis ætatis suæ litteris mandandis, saltem posterioribus istis tribus seculis non plane fuisse negligentes. Longe vero plura exstare, quæ mihi nondum innotuerunt, penitus persuasus sum, quæ ut in themate, quod semel illustrandum assumsi, etiam producto jam in publicum

spe-

ſpecimine verſari ſoleo, quatenus mihi deinceps innotuerint, porro quoque diligenter connotabo, & hac eadem Methodo vulgabo, aut ſi hoc poſterius præſtare quacunque de cauſſa non poſſem, aliis telam, quam orſus ſum, pertexendam in aduerſariis relinquam: præſtat enim ſingula argumenta etiam per iterata ſupplementa exhaurire, quam paucis additis eadem, quæ jam producta ſunt, repetere.

Sed in hac ipſa Opella multa deſiderabis, quæ me vel debuiſſe, vel potuiſſe præſtare exiſtimabis. Erant nimirum non anni ſolum, ſed menſes etiam, ac dies, a quibus, & ad quos ſingula Diaria deducta ſunt, accuratius notandi, exponenda fuiſſent in ſpecie negotia, de quibus potiſſimum agunt, refero forte complura Diaria inter anonyma, & inedita, quorum autores, & editiones aliis noti erunt. Nonnullorum ætatem erronee adſcriptam reliqui, de aliorum nihil auſus definire, de valore cujusvis opellæ nihil prorſus addidi. Verum hos, ac ſimiles Lucubrationis iſtius meæ defectus, utcunque excuſare poſſum, qui uti præmiſi, non Bibliographiam, ſed Synopticum Indiculum, ſeu Catalogum Diariorum, Chronologico duntaxat ordine digeſtum non niſi e meis adverſariis, quorum vel hinc divitias æſtimes, dare conſtitui. Domi ſufficienti libraria ſupellectili, & ad frequentandas Bibliothecas, in quibus plures fontes conſulerem, otio deſtituor, permultis aliis longe gravioribus & officii muneribus, & privatis lucubrationibus literariis occupatus, quo minus mihi licuerit, ad alias Hiſtoricas, & Bibliographico-Literarias notiones excurrere, quod tamen alii facilius præſtare poſſunt, poſtquam ſingulorum Diariorum, quæ recenſeo Exemplaria, ubi conſuli poſſint, indicavi.

Quod

Quod autem errores concernit, cum non omnium horum Diariorum exemplaria videre, ac evolvere potuerim, quoad multa vel titulis in Catalogis expressis, vel aliorum relationibus, et citationibus fidere debui, qua occasione vix evitare potui, quin errores nonnulli etiam in hanc opellam e fontibus profluerent, Chronologia subinde erronee exprimeretur, vel titulo deceptus, ad classem Diariorum referrem, quæ hac forma reipsa conscripta non sunt; alia contra opuscula omnino Diaria, quoniam id ex Epigraphe non patebat, hac classe non comprehenderem, & ut paucis complectar: id solum, & ita præstare poteram, quemadmodum fontes, quorum delibandorum copia mihi fuit suppeditarunt, quod vel in illis observabis, quæ solo indicio vestri Programmatis de MSS. ineditis recensui, paucos tamen me errores adoptasse satis confido.

Quos vel in Catalogis, ex quibus complures notitias petii, vel in ipsis Exemplaribus manu exaratis titulos Diariis præfixos reperi, hos iisdem verbis referendos esse putavi, ut ab iis, quibus in manus venerint, facilius agnoscerentur, & ab aliis dignoscerentur. Contra in illis Diariis, quæ typis expressa prostant, quoniam aliis notis sufficienter determinantur, ab integris eorum titulis sæpe sat longis referendis tutius abstinui.

Non puto me de utilitate Diariorum multis differere oportere, cum omnibus in Historia aliquatenus versatis notum sit, quid in ea præstet accurata Chronologia, & sæpe Decisio quæstionis maximi momenti, a sola diei, qua res accidit, determinatione pendeat. Meam hanc Methodum Diaria ordine temporum, non quibus scripta sunt, sed de

qui-

quibus agunt, recenſendi tanto impenſius commendatam eſſe volo, quod eadem ad alios quoque Scriptores, & omnia Hiſtorica, Diplomaticaque præteritorum temporum monumenta in uſum ſtudentium æque ac lucubrantium Hiſtoriophilorum diggerenda velut filum Ariadnes deſervitura applicari poſſit. Qui hactenus in Hiſtoria literaria Hung. vel potius recenſendis ſcriptoribus, eorumque ſcriptis verſati ſunt, plerique Alphabeticum Autorum ordinem ſequuntur, & ſcripta eorum, cujuscunque demum argumenti ſint, ſub illorum nominibus indiſcriminatim recenſent, aut ſi ea in ſuas claſſes dividant, ſingulæ nimium ſteriles evadunt. Inter paucos unus eſt G. I. Hanerus Veſter, qui a communi aliorum methodo recedens Hiſtoricos ab aliis ſeparavit, & ordine non tam temporum, de quibus agunt quam ætatis autorum, qua quisque floruit, diſpoſitos peculiari opere recenſuit, verum ille, ut patet, non proviſus ſufficientibus fontibus, & mediis, ipſe ſenſerit, quam parum præſtet, & ideo opuſculum ſuum modeſto nomine *Adverſaria* inſcripſit. Diffiteri non poſſumus illos, qui nobis memoriam Hungarorum ſcriptis illuſtrium etiam ſine diſcrimine argumenti ſolo auctorum Alphabetico ordine ſervato e tenebris erutam, & ab oblivione vindicatam conſervare ſtudent, magnam gratiam meritos eſſe, quorum unus forte Horanius diligentiam æquaſſet, ſi propitio ſidere ampliſſima operis ſui ſupplementa edere potuiſſet, ſed ut eorum induſtriæ nihil detractum volo, ita dum de Hiſtoria Literaria ſermo eſt, opto ſingula in ſuas claſſes ſeparata, & illo ordine digeſta eſſe, ex quo clare appareat, quousque in ſingulis progreſſi ſimus, & qui adhuc hiatus ſupplendi reſtent, alias infinitorum

torum

torum opuſculorum, quæ plures unus ex altero eadem recenſent, & quaſi per vitrum polygonum multiplicare videntur, inepte gloriabimur, & pueriliter nobis blandientes, putabimus, nobis in nullo ſcientiarum genere claſſicos ſcriptores Domeſticos plures deeſſe, atque ita ulteriorem diligentiam ſuperfluam eſſe exiſtimabimus, quaſi nosmet ipſos proprio pede metiri, neque cum exteris comparari oporteret, ut an illis pares, aut inæquales ſimus, rite perſpiciamus.

Ut penes Hiſtorica, de quibus mihi ſermo eſt, maneamus, hæc ordine Autorum Alphabetico recenſere, & a filo Hiſtoriarum recedere vix alicujus operæ pretium eſt, cum Hiſtoriophili non quærant, quid quisque Autorum ſcripſerit, ſed quibus in operibus Hiſtoriam ex ordine temporum deductam legere poſſint, quod ex enumeratione Autorum alphabetica ſerie digeſta tanto etiam difficilius eruent, ſi opera eorum absque diſcrimine argumenti qualiacunque recenſeantur. Debebit igitur quisque, qui vel ſtudere, vel ſcribere in Hiſtoria noſtra voluerit, ut facilem, atque planam viam habeat, ſibi ipſe Chronologicam ſeriem operum Hiſtoricorum deducere, ſine cujus manuductione, ac filo, quantum laboris impendere, quantum temporis conſumere, quantum animi amittere debeat, pronum eſt prævidere. Accedit, quod ſine hujusmodi ſerie Chronologica Scriptorum Hiſtoricorum ne pervideri quidem poſſit, quid jam præſtitum ſit, quidve præſtandum adhuc reſtet?

Quo magis igitur optandum eſt, ut vir aliquis doctus, & in Hiſtoria Literaria Patriæ noſtræ, Bibliothecis item plerisque bene verſatus Scriptorum Hiſtoricorum, de rebus Hungaricis hactenus edi-

editorum Seriem Chronologicam cum notitiis tamen Hiſtorico-Bibliographico-Literariis, non ex indiciis Catalogorum, vel autorum citationibus, ſed ex inſpectis ipſis operibus hac eadem methodo adornaret, alter inedita ſimili ratione recenſeret. Poſſent deinde alii reliquos ad diverſa capita revocare, alii Repertorium Diplomatum proferre, alii prælucente iſta Cynoſura non Diplomata, & autorum textus compillando, ſed rite combinatis, & exhauſtis omnibus fontibus, ubique alioquin indicatis Stylo proprio, & æquabili, ſervato etiam, & notato dierum ordine, Annales Hungariæ continua ſerie deducere.

Ad id autem duo cumprimis ſummopere neceſſaria ſunt: primum conſociata doctorum virorum opera, cum vir unus quantæcunque ſagacitatis, & induſtriæ demum ille ſit, omnibus fontibus evolvendis, examinandis, combinandis, exhauriendis, & Hiſtoriæ a capite ad calcem ex illis deducendæ, omnino minime ſufficiat; alterum Bibliotheca ſive privata, ſive nationalis publica, in qua omnes fontes non Hiſtoriarum duntaxat, ſed etiam univerſæ, ac omnigenæ eruditionis domeſticæ ſimul collecti, in ſuas claſſes diſtributi, & concinno ordine diſpoſiti haberentur, ne, qui hujusmodi laboribus operam impendere vellent, primum fontes ipſos exquirere, eorum ſinceritatem examinare, ab admixtis heterogeneis repurgare, ac Cynoſuram efformare ſumtuum non minus, quam temporis diſpendio cogantur. Societatem qualemcunque doctorum virorum in Hungaria temporibus Mathiæ I. Regis, adeoque media ætate fuiſſe, illi ſatis probabilibus indiciis oſtendunt, qui Hiſtoriam Literariam Patriæ noſtræ profeſſa opera rimantur, Seculo noſtro fre-

quen-

quentiores conatus doctorum virorum in ejusmodi consociationem adhibitos fuisse meminimus, (a) sed hæc omnia sive quod non debito ordine instituta, sive quod attentione publica destituta fuerint, sub ipsis initiis brevi disparuerunt, & insigne documentum reliquerunt, privatos pauperum conatus sine publica autoritate subsistere non posse. An Vos Transilvani aliquid stabilius instituturi, an nos Hungari societatem literariam publicam aliquando habituri simus, tempus docebit. Suspiramus nos Hungari, cæco sæpe affectu jactabundi, celeberrimam Bibliothecam Budensem Corvinianam, cujus exiguam notitiam habemus, temporum injuria interiisse. Et quid, hæc nos ad rerum domesticarum notitiam, etiamsi in sua integritate superesset, juvaret. Constat enim eam, veteres potissimum autores classicos græcos juxta & latinos, sua, fere sequiori ætate manu licet elegantiori exaratos complexam fuisse, quorum ibi nullus forte exstitit, qui e vetustioribus Codicibus MSS. aliarum Bibliothecarum cum omni apparatu Philologico typis jam vulgatus non haberetur, quod autem ad res domesticas faceret, vix ullus eorum, qui de illa scripserunt, aliquid in ea exstitisse docuit. Magnum illa tum erat & aulæ Regiæ, & Patriæ nostræ ornamentum, sed ut rudera veterum monumentorum magis, quam quæ integra sunt, admirari solemus, vereor, ne præsentia illius famam minueret. Et quandiu majorum nostrorum ac præteriti temporis operibus ad nostram, & nostræ ætatis gloriam abutemur? quamdiu

(a) Vid. Programma meum: Entwurf zu einer Sammlung kleiner Schriften A. 1789. die 19. Maji in 8. editum.

diu cessabimus ipsi magnum aliquid moliri ea fiducia, quia olim aliquid habuimus, quod ostentare possumus? Est id profecto magis insulsum, quam ridiculum, si quo in gradu culturæ hodie consistamus, quærenti continuo id reponamus, quod ante tria Secula in Patria nostræ exstitit; a quo tempore in sinu ejusdem usque ad A. 1770. nullam Bibliothecam publicam habuimus. Post quem Bibliotheca Universitatis Regiæ Hung. primum Tirnaviæ, deinde Budæ, nunc Pestini, tum sive Episcopalis, sive Capitularis Quinque-Ecclesiis, tertia Colocæ, quarta novissime Capitularis Tyrnaviæ usibus publicis apertæ sunt, hæc in hunc præcise, quem opto finem, plenam nimirum rerum domesticarum notitiam non multum adferre videntur, quod pro eruditione omnigena, in quibus vix classica in singulis Disciplinis opera haberi possunt, sint destinata.

Non possum ego hoc loco votum illud dissimulare, quod alia occasione coram prima Patriæ nostræ columna ex intimo pectoris affectu elicui, utinam tandem liberali cura, & sumtibus publicis adornaretur Bibliotheca nationalis Publica, in qua quidquid de rebus nostris hactenus vulgatum est, vel deinceps vulgaretur, quidquid item in MSS. monumentorum Diplomaticorum, juridicorum, historicorum, quacunque in parte res domesticas concernentium uspiam habere intelligeremus, suas in classes apte distributum exstaret, & viri peritissimi in illis congerendis, digerendisque sincere non minus quam fervide collaborarent. Conabar ego etiam ultra vires meas huic tanto operi initium dare, & sperabam certo futurum, ut succedat, nisi tenues facultates meas prius exhausissem, quam publica ad istos conatus attentio excitaretur, & auxilium accederet. Facilius

iſtud, citiusque effectui dari poſſet, majorisque eſſet utilitatis, quam vulgo putetur; ſed an autoritate publica aliquando ſuſcipiendum ſit, nondum certo ſperare poſſum. Privatæ Bibliothecæ complures illuſtrium virorum cura, & ſumtibus hunc in finem adornantur, quarum unam Comitis Francisci Széchényi hoc loco interim nominare ſufficiat, in qua hactenus plurima de rebus Hungaricis ſcripta non minus, quam impreſſa habentur, quæve in dies augetur. Veſtrum erit, nobiliſſimi Tranſylvani! agere, ne ſimili Patriæ Veſtræ ornamento diutius deſtituti perſeveretis.

Autores Diariorum, quæ recenſeo, quatenus mihi innotuerunt, quoniam in ſerie Chronologica ſparſi, difficilius reperiuntur, ordine alphabetico cum indiciis numerorum, ſub quibus Diaria eorum recenſentur, hic ſub uno conſpectu ſiſto, ut videas, quam facile id ſuppleri poſſit, quod ut alii toto opere præſtent, a naturali, & utiliſſima ſerie Chronologica, atque adeo filo Hiſtoriæ recedunt, & ſcriptores ordine alphabetico recenſent.

NOMINA

NOMINA

AUTORUM, QUI DIARIA HIC RECENSITA CONSCRIPSERUNT.

Jessenii

Melegh

Sper-

Habe

Habe iſtud, Excellentiſſime Domine Comes! non ſolum mei in exornandam Patriam ſtudii, ſed etiam ſingularis, quam concepi de Te exiſtimationis, qualecunque, novum tamen Monumentum, & ſi nullam repereris occaſionem, qua mihi jam jam ſeneſcenti, & exiguo fortunæ debitori faveas, fave tamen bonis literis, & literarum Cultoribus ea inprimis ex parte, qua Patriam condecorant, atque me porro quoque Tua benevolentia complectere, qui ſum

Budæ in Grammatophylacio Inſtituti Diplomatico Hiſtorici Idibus Junii MDCCXCVII.

Tuus Cultor.

Martinus Georgius Kovachich
Senqvicienſis.


COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
0040309746